
BIBL NAZ
RACCOLTA
VILLAROSA
E
9

BULLARII ROMANI
CONTINUATIO
SUMMORUM PONTIFICUM
CLEMENTIS XIII. CLEMENTIS XIV. PII VI. PII VII. LEONIS XII. ET PII VIII.
CONSTITUTIONES, LITERAS IN FORMA BREVIS
EPISTOLAS AD PRINCIPES VIROS, ET ALIOS
ATQUE ALLOQUUTIONES COMPLECTENS
QUAS COLLEGIT
ANDREAS ADVOCATUS BARBERI
CURIÆ CAPITOLII COLLATERALIS
ADDITIS SUMMARIIS, ADNOTATIONIBUS, INDICIBUS
OPERA, ET STUDIO
COMITIS ALEXANDRI SPETIA I. C.

TOMUS QUINTUS
CONTINENS PONTIFICATUS
PII VI.
ANNUM PRIMUM AD TERTIUM





ROMÆ
EX TYPOGRAPHIA REVERENDÆ CAMERÆ APOSTOLICÆ
1842.




PIO SEXTO PONT. MAX.
Romae ex Calcographia R.C.A

PIUS VI.



Joannes Angelus Braschi tituli sancti Honuphrij, Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalis, natus Caesenae die 27 decembris 1717., creatus presbyter cardinalis a piae memoriae Clemente XIV. die 26 aprilis 1773., electus fuit in summum pontificem feria quarta de mane die 15 februarii 1775, cum 43 suffragiis Cardinales praesentes in conclavi erant 44 compraehenso electo.

Consecratus vero fuit in episcopum ab emo domino Joanne Francisco cardinale Albano, episcopo Portuensi, et sanctae Rufinae, sacri collegii decano, in Vaticana basilica, feria quarta, die 22 februarii praedicti, in quo die celebratur festivitas cathedrae sancti Petri apostolorum principis; Antiochiae, quem diem jussit, et indixit pontifex, pro hac vice, et Romae tantum festivum de praecepto.

Absoluta consecratione statim solemniter coronatus fuit. Subinde declaravit suos de latere legatos ad aperiendas Portas Sanctas pro jam incoepto Jubilaeo universali.

Excelsius a primo nactus ingenium Leonis X. gloriam, favendis literis, artibusque aemulatus est. Musaeum a Clemente XIV. inchoatum, operibus mire ampliatis, signis anaglyphis, omnigenisque priscae artis monumentis ornavit: obeliscos superiorum temporum negligentia corruptos, et refici, et celebribus locis restitui jussit. Urbem dominam, et per imperium plures aedificiis, aut renovatis, aut ab inchoato extructis munificentia sua excoluit. Pontinam paludem deducta fossa, et foenore utiliorem, et salubriorem incolatui reddidit. Pater, et princeps optimus aerumnosae plebis inopiam substentavit, caritateque annonae oppressos, recreavit patefactis horreis. Difficillimis reipublicae christianae temporibus clavo admotus sectam callidissimorum hominum semel, iterum, et saepe a pontificibus Romanis perculsam, et in spem rerum novarum rursus erectam literis ad orthodoxos universos, veteri more datis compescuit. Sectam alteram furentium philosophorum, quae penitus Galliam, et late Europam dilaceraverat, scriptis, consiliis, omni ope cohibendam curavit. Sacerdotes inde suis sedibus ejectos peramanter excipiens, grandi pecunia juvit. Quum pacis publicae hostes, tolerantia, monitis, donis frustra ad quietem

revocasset, grandi aetate, gravi valetudine aerumnaque confectus, ab improbis hominibus omni licentia grassantibus urbe Roma exactus est. Diuturnitate pontificatus caeteros omnes pontifices praetergressus Ecclesiam rexit annos xxiv. menses vi. dies xiv. Decessit sanctissime Valentiae ad Rhodanum die xxix. augusti anno MDCCXCIX. in arce, in qua obses Gallorum custodiebatur, dum annos ageret LXXXI. menses viii. dies ii. Egregias ejus virtutes, jamdiu in oculis, atque ore omnium collocatas futurae memoriae tradiderunt editis voluminibus MARCELLIUS, atque LOCATELLIUS, quorum primus Germanicae profectionis iter arduum auspicatissimum prosecutus est, atque opera publica ad usque nonum pontificatus annum; alter vero ejus vitae per virtutes actae, et principatus formam universam ad vicennalia expressit: uterque stylo pereleganti, planeque romano. Parentalia vero eidem collegium patrum cardinalium celebrarunt in ecclesia sancti Petri apostoli Venetiis x kalendas novembris MDCCICIX.

INDEX RUBRICARUM
OMNIUM CONSTITUTIONUM
QUAE
IN HOC TOMO CONTINENTUR

PII VI.

ANNO I.

C

CI.

CII.

CIII.

CIV.

CV.

CVI.

CVII.

CVIII.

CIX.

CX.

CXI.

CXII.

CXIII.

CXIV.

CXV.

CXVI.

CXVII.

CXVIII.

CXIX.

CXX.

ANNO III.

CXXI.

CXXII.

CXXIII.

CXXIV.

CXXV.

CXXVI.

CXXVII.

CXXVIII.

CXXIX.

CXXX.

CXXXI.

CXXXII.

CXXXIII.

CXXXIV.

CXXXV.

CXXXVI.

CXXXVII.

CXXXVIII.

CXXXIX.

INDEX VOCABULORUM

INITIALIUM

OMNIUM CONSTITUTIONUM

QUAE

IN HOC TOMO CONTINENTUR



A

B

C

D

E

F

G

I

L

M

N

O

P



PIUS VI.

ANNO PRIMO



Dat. die 26 februarii 1775. Anno I.

I.

Pœnitentiariis in basilicis, et ecclesiis urbis deputatis, et in anno sancto deputandis, confessariis a cardinali urbis vicario designandis, facultates eodem anno exercendæ conceduntur.

Pius Episcopus

Servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ubi primum divino imperscrutabili cepto consilio ad beatissimi apostolorum principis cathedram assumpti fuimus, atque illam Paracleti spiritus virtutem accepimus, qua ipse posuit Nos Ecclesiam Dei regere, et gubernare; maxima quidem perfusi fuimus formidine, cum Nos tanto ferendo oneri prorsus impares agnosceremus. Verum infirmitati Nostræ vim et robur addidit ea consideratio, quod recurrente hoc propitiationis, et veniæ tempore supra Dominicum gregem fuerimus constituti: etenim quemadmodum immensa Dei bonitas modo Ecclesiæ filios, ac prævaricatores omnes ad cor revocans, divitiarum suarum thesaurum erga fideles omnes velut effundit; ita majori spe adducimur, ut præcipue Nobis spiritum sapientiæ et intellectus, spiritum consilii et fortitudinis abunde tribuat. Ideo maxima Nostra inter plures suscepti nuper apostolici ministerii curas, in hoc versatur, ut præsenti Jubilæi anno jam inchoato, populi religionis caussa ad urbem Nostram, uti novam Jerusalem confluentes, paratos habeant Dei ministros peramplis facultatibus suffultos, qui vere pœnitentes a quibusvis reatibus exsolvere valeant: unde divinæ participes gratiæ revertentes ad propria, vere filii Dei nominentur, et sint.

§. 2. Quamvis autem imminente jam maximi Jubilæi celebritate a recol. mem. Clemento pp. XIV. immediato prædecessore Nostro in festo Dominicæ ascensionis mox præterito indicta, cum apostolica Sedes adhuc supremo careret Ecclesiæ universalis pastore; dilectus filius Noster Joannes Carolus tituli sanctorum Joannis, et Pauli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Boschi nuncupatus, uti sanctæ Sedis apostolicæ major pœnitentiarius, ex muneris sui debito, et vigore facultatum a prædecessoribus etiam Nostris summis pontificibus officio majoris pœnitentiarii attributarum, quas potissimum decessor quoque Noster Benedictus pp. XIV. in suis constitutionibus, quarum altera = *Pastor bonus* = altera vero = *In apostolicæ Pœnitentiariæ officio* = habet initium, complexus fuit, et ampliando recensuit; per suas encyclicas literas pœnitentiariis minoribus ab eo deputatis, ac deputandis in basilicis sancti Joannis Lateranensis, et sancti Petri in Vaticano, ac sanctæ Mariæ Majoris, necnon sancti Pauli extra mœnia, atque aliis urbis Nostræ ecclesiis, itemque confessoriis a dilecto filio Nostro Marco Antonio tituli sanctæ Mariæ de Pace ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinale Columna nuncupato, in ipsa urbe ejusque districtu vicario etiam modo Nostro in spiritualibus generali, vertente Jubilæi anno juxta morem deputatis pariter, et deputandis opportunas, distinctas tamen, facultates concesserit et impertitus fuerit, prout in memoratis literis sub datum xv. kalendas januarii anni proxime evoluti plenius continetur: nihilominus, ut fidelium vere pœnitentium necessitatibus sit opportune consultum, alias no-

Memorantur concessiones factæ in similibus casibus a Clemente XIV. et Bened. XIV.

dum circa absolutiones, sed quoad dispensationes pariter magis amplas facultates impertiri intendimus. Motu igitur proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine supra enunciatas literas confirmamus in primis, atque ita approbamus, ut iidem pœnitentiarii minores, iidemque confessarii illis libere, et valide respective uti queant.

Confirmatio, et ampliatio concessionum hujusmodi, cum suis reservationibus, et conditionibus.

§. 3. Deinde concessam in præfatis literis facultatem pœnitentiariis minoribus ad absolvendas quascumque personas sibi confitentes ita ampliamus, ut illas absolvere idcirco possint, per se ipsos tamen, et in foro conscientiæ dumtaxat, a quibuscumque culpis, criminibus, et excessibus, quantumcumque gravibus, et enormibus: necnon ab omnibus excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque censuris et pœnis ecclesiasticis præmissorum criminum occasione latis, et per illas incursis, etiam in casibus cuicumque, ac summo pontifici, et Sedi apostolicæ speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quamvis ampla non intelligerentur concessi; exceptis dumtaxat illis, qui in literis apostolicis super facultatibus cardinalis majoris pœnitentiarii, et apostolicæ pœnitentiariæ officii eidem cardinali, ejusque officio leguntur interdicti sub §. primo prædictæ constitutionis *Pastor bonus* ver. *principes*; ver. *minusque possit*, ver. *nec pariter possint*, et ver. *nec similiter valent*; injunctis salutaribus pœnitentiis, iisque distinctis ab operibus, quæ pro Jubilæo præscripta sunt, non obstante ejusdem Jubilæi indulto, et injunctis aliis de jure injungendis.

De absolutione a censuris propter hæresim.

§. 4. Absolutionem tamen a censuris propter hæresim formalem externam incursis impertiri non possint, nisi iis, qui hæresis complicem non habeant, vel si habent quidem hæresis complicem pro casu dumtaxat, quo ejusmodi complex, aut complices in regionibus, ubi hæresis impune grassatur, existunt, et degunt: prævia in utroque casu coram ipso confessario abjuratione hæresis secreta, prout etiam in memoratis encyclicis literis cautum est.

De conditionibus in iisdem literis adjectis servandis.

§. 5. In cæteris autem concessis absolutionum casibus, eas omnino conditiones servent, quæ juxta varietatem casuum in iisdem literis adiectæ laudabiliter sunt.

De dispensatione super visitatione basilicarum.

§. 6. Concedimus præterea iisdem pœnitentiariis minoribus, ut dispensare possint super visitatione quatuor basilicarum cum exteris, qui, vel ob paupertatem, vel ob aliam urgentem causam in urbe remanere non possunt, aut reducendo ad tres saltem dies visitationes earumdem quatuor basilicarum alioquin per quindecim dies ab iisdem visitandarum; vel visitationes præscriptas in alia pia opera ad ipsorum pœnitentiariorum prudens arbitrium commutando.

De iis qui morbo laborantes basilicas visitare non possunt.

§. 7. Cum civibus autem, et incolis Romanis, qui morbo, vel aliquo legitimo impedimento detenti non valeant prædictas basilicas visitare, possint præscriptas iisdem per triginta dies visitationes in alia pia opera, quæ illorum possibilitati proportionata esse viderint, dispensando commutare, suam tamen conscientiam oneraturi, si super hujusmodi visitationibus inconsulto, et sine justa et rationabili causa, sive cum exteris, sive cum Romanis civibus, aut incolis dispensaverint.

De usu facultatum.

§. 8. Aliis autem concessis dispensationum facultatibus non aliter utantur, quam ad formam in præcitatis literis præscriptam.

De confessariis a card. vicario designati, aut designandi.

§. 9. Confessarii porro pro hoc anno sancto a memorato cardinali vicario designati aut designandi, se omnino gerant quoad absolutionem a censuris, ac peccatis, et quoad dispensationes juxta facultates ipsis concessas in suis literis a cardinali majori pœnitentiario; facta iisdem quoque facultate dispensandi circa visitationes præscriptas quatuor basilicarum eodem prorsus modo, ac pœnitentiariis minoribus facta est.

De confessariis regularibus.

§. 10. Atque ita pariter se gerant confessarii regulares quicumque alias ejusdem cardinalis vicarii, seu ipsius vicegerentis approbationem ad confessiones habentes, et insuper per suos respective regulares prælatos, seu superiores ad excipiendas suorum religiosorum confessiones deputati, concessa ipsis etiam facultate dispensandi circa visitationes basilicarum cum suis ejusdem cœnobii, seu domus regularis pœnitentibus eodem, quo supra dictum est modo.

Declarationes speciales.

§. 11. Jam vero communi, tam confessariorum, quam pœnitentium utilitati, ac spirituali solatio provide intendentes, nonnullas hic etiam declarationes, seu magis apertas voluntatis Nostræ significationes super hoc indicto præsentis anni sancti Jubilæo subnectere opportunum duximus; quibus inspectis, ac diligenter, ut par est, animadversis, pleraque insurgentia dubia averti posse, aut facile solutum iri non

dubitamus. Eæ autem sunt quæ sequuntur.

Qui Romam ad Jubilæum consequendum venire possint.

§. 12. Personis Romam ad hoc Jubilæum consequendum venire volentibus non intelligitur data veniendi libertas, sive licentia sine obtento alias necessario suorum respective superiorum consensu.

Qui Romanorum appellatione intelligi debeant.

§. 13. Romanorum appellatione quoad visitationes quatuor basilicarum per triginta dies peragendas comprehenduntur omnes et singuli nati, atque habitantes Romæ, sicut etiam nati, atque habitantes in suburbano vinearum tractu intra quintum ab urbe lapidem. Incolarum autem nomine ad eumdem effectum intelliguntur omnes illi, qui certum aliquod officium in urbe obtinent, seu cum spe illud obtinendi moram ibidem trahunt, idcirco in ipsa quasi domicilium acquirunt: omnesque illi, qui ad eamdem urbem, vel ad aliquem suburbanum locum intra quintum lapidem, ut supra, se contulerunt alia quacumque caussa, quam præsentia Jubilæi lucrandi, vel si ipsius lucrandi causa ad urbem accesserint, eo tamen animo sunt, ut per majorem anni partem, seu ultra sex menses ibi commorentur. Reliqui omnes peregrinorum aut exterorum nomine quoad visitationes earumdem basilicarum per quindecim dies se comprehensos intelligant.

Quomodo basilicarum visitatio necessaria.

§. 14. Confessionem, et communionem pro hoc Jubilæo consequendo injunctas non necesse est visitationibus quatuor basilicarum præmittere, satis erit vel in hujusmodi visitationum decursu, vel etiam post easdem visitationes expletas confessionis, et communionis sacramenta suscipere.

A quibus peragi debeat confessio.

§. 15. Cum confessio sacramentalis in Jubilæo sit opus injunctum, peragenda eadem erit etiam ab eo, qui solis peccatis venialibus teneatur, si hoc lucrari Jubilæum velit.

Quomodo iterari debeat confessio ob lethale peccatum.

§. 16. Si quis post confessionem peractam in lethale peccatum (quod Deus avertat) inciderit; ante quam omnia omnino opera pro Jubilæo hoc lucrando injuncta expleverit, confessionem denuo præmittere debebit prius, quam ultimam saltem ex aliis injunctis operibus expleat, ut indulgentiam hoc Jubilæo concessam consequatur.

Quod pueri valeant absque communione Jubilæi beneficio frui.

§. 17. Quamvis injuncta pro hoc Jubilæo communio sit, pueri tamen, qui nondum ad primam communionem admissi fuissent, neque intra hunc annum sanctum parochi proprii, vel confessarii judicio admittendi videantur, censeri possunt ab ipso injuncto opere legitime impediti, eisdemque communionem in aliud pium opus arbitrio confessarii præscribendum commutari permittimus.

De ingressu basilicarum ad visitationem perficiendam.

§. 18 Ad injunctam basilicarum visitationem perficiendam non opus est in easdem basilicas per portas sanctas, vel per harum aliquam ingredi, vel egredi.

De indulto superveniente circa numerum visitationum.

§. 19. Si quod superveniat indultum, quo præscriptus initio visitationum numerus ad minorem redigatur; quisquis ante id indultum visitationes peregisset paucioribus numero diebus, quam qui in indulto præscribuntur, in visitationes a se jam peractas utiliter computare poterit ad conficiendum numerum visitationum hujusmodi indulto præscriptarum; superaddendo nimirum alias, quæ desint ad explendam summam indulto præfinitam. Si vero eam summam, seu numerum antea jam explevisset, vel etiam excessisset; unum saltem diem visitationis quatuor basilicarum præterea adjunget, ut indulti beneficio frui valeat.

De precibus effundendis pro Jubilæi consecutione.

§. 20. Injunctæ piæ preces in singularum visitatione basilicarum ad fines in præcitata constitutione s. m. Clementis pp. XIV prædecessoris Nostri pro indictione universalis Jubilæi expressos effundendæ satis erit, si vocales fuerint. Qui sola mente ad eosdem fines devote orare voluerit laudandus est; aliquam tamen etiam vocalem orationem adjungat.

Quomodo bis, et etiam pluries Jubilæum lucrari possit.

§. 21. Qui hoc anno sancto bis, aut pluries omnia, et singula opera, vel primitus in hujus Jubilæi indictione præscripta, vel superveniente forsan aliquo indulto, ea quæ in ipsius indulti concessione pro ejusdem Jubilæi consecutione præscribentur, plene iteraverit, vel prius ad indictionis, deinde ad indulti formam, vel prius ad formam indulti unius, deinde ad alterius fortasse diversi formam, ut præfertur, iteraverit; bis quoque, aut pluries poterit hoc anni sancti Jubilæum lucrari. Nos enim habita ratione annui spatii, ad quod hujusmodi Jubilæum protenditur, ita de apostolicæ liberalitatis plenitudine concedimus, et indulgemus; hoc tamen declarantes, neminem posse, nisi semel, idest prima tantum vice, frui seu potiri favoribus huic Jubilæo adjunctis; quare post primam vicem nullus gaudere amplius poterit beneficio, aut absolutionum a novis censuris, et casibus reservatis de novo fortasse contractis, aut commutationum, aut dispen-

satlonum in facultatibus superius posltis conteotarum.

De effectu absolutionis a censuris obtentæ pendente Jubilæo.

§. 22. Absolutiones a censuris, præter quam datæ ad reiocidentiam, qualis, exempli gratia, datur in casu expresso in præmemoratis eocyclicis literis, ubi de facultatibus minorum pœnitentiariorom agitur §. vii., commutatiooes item votorum, et dispensationes juxta coocessas hoc anno respectivas facultates semel obtentæ permanent io suo vigore, etiamsi contigerit eum, qui illas jam obtinuerat, mutato postea, quod prius habuerat, sincero et serio proposito Jubilæum hoc lucrandi, ac proinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi, de eodem Jubilæo consequendo amplius non laborare.

Suspensio facultatum absolvendi, et dispensandi indicta a Clemente XIV., urbem romanam non comprehendit.

§. 23. Suspensio facultatum absolvedi, dispensandi etc. pro hoc anno sancto a s. m. Clemente pp. XIV iudicta per alias literas apostolicas incipientes = Cum Nos nuper = datas idibus maii proximipræteriti oon comprehendit ipsam Romanam urbem, in qua hoc maxime anno præstat operariorum copiam; et auxilia pro expediendis pœnitentibus non imminui. Quicumque ergo in eadem alma urbe hujusmodi facultatibus alioquin legitime muoiti reperiantur, easdem per huoc quoque annum in ipsa urbe juxta tenorem uniuscujusque concessioois alias obtentæ exercere libere poterunt.

Confirmatur vero extra urbem, cum exceptionibus in iisdem literis expressis.

§. 24. Extra urbem vero servanda omnino erit suspeosio facultatum in præfatis literis expressa, per quam non modo facultates illas, quæ causa, vel occasioue indulgentiarum coocessæ fuisseot, verum etiam cæteras quaslibet quocumque alio titulo et causa coocessas, prædicto aono durante, suspensas esse, et censeri debere, exceptis dumtaxat illis, quæ in præmissis literis ab ipsa generali suspensione præservatæ sunt: præsentium tenore, quateous opus sit, et pari auctoritate adiicimus, et declaramus.

Monitum pœnitentiariis, et confessariis porrectum circa usum facultatum.

§. 25. Præmemorati porro pœnitentiarii, et confessarii noverint præmissas omnes absolutionom, dispensationum, et commutatioonm facultates non aliter concessas sibi esse, quam ad expressam in supracitatis literis cardinalis majoris pœoitentiarii formam §§. præsertim xxx. xxxi. xxxii., et xxxiii. ut servare illam idcirco omnioo debeaot, ac cætera etiam in eisdem literis præscripta, quæ ampliori facultatum concessiooi per præseotes factæ non adversentur.

Clausulæ salutares.

§. 26. Præsentes autem literas, omnesque et singulas concessiones, limitationes, monita, declarationes, ac voluntatis Nostræ significationes io his contentas de oullo defectu impugnari, aut redargui posse, sed omoimoda firmitate validas esse, et ceoseri, et ab iis omoibus, ad quos pertioet, exactissime observari, eisque etiam, quorum favorem respective concerouot, plenissime suffragari volumus, atque decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 27. Non obstaotibus quibusvis apostolicis, seo io universalibus, provincialibus, aut synodalibos conciliis editis constitutiooibus et ordinationibus, nec noo quarumcumque personarum, aut ordinum etiam mendicantium, coogregationum et institutorum etiam specialem et individuam meotionem promereotiom, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, legibus, usibus, et coosuetudinibus etiam immemorabilibus; indultis quoque, et privilegiis etiam mari magno, seu Bulla aurea, aut aliter nuocupatis, et sub quibuscumque tenoribus, et formis, et cum quibusvis etiam suspensionum, et derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis, seu irritantibus decretis, etiam simili motu, scieotia, et potestatis plenitudine, et alias quomodolibet concessis, et iteratis vicibus confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et siogulis, quatenus præsentibus in aliqoo adversari digooscantor; illis alias in suo robore permansuris, pro hac vice dumtaxat amplissime et latissime, ac specialiter et expresse, velut si eorum tenores præsentibus per extensum inserti forent, derogamus et derogatum censeri volumus, et decernimus.

Sanctio pœnalis.

§. 28. Nulli ergo omnino homioum liceat hanc paginam Nostrarum concessionum, limitationum monitorum, declarationum, mandatorum, decretorum, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc atteotare præsumpserit, indignatiooem omoipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum, anoo iocarnatioois Domioicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, quarto kalendas martii, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 26 februarii 1775 Anno I.

II.

Revocatio regularium apostatarum ad suos ordines, cum condonatione pœnarum.

Pius Episcopus

Servus Servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Ad universale pertinet pastorale munus, ad quod supremus, et æternus cunctarum animarum pastor humilitatem Nostram evehere dignatus est, nedum oves omnes ultro ad pascuum redeuntes libenter excipere, et fovere, sed eas etiam, quæ errantes sunt, et dispersæ paternis vocibus allicere, et congregare, atque ad pastoris sinum addocere: cumque ovibus ab ovili recedentibus, et errantibus ii similes censeantur, qui olim abdicatis mundi illecebris ob melioris vitæ frugem suavi alicujus regularis ordinis jugo sese subjecerant, verum communium hostium incitamento, at fraude decepti, pollicitam Deo, et sacramento firmatam vitæ institutionam impie deseruere: his quoque misericordiæ, et veniæ ostia nos patefacere oportet.

Tenor gratiæ.

§. 2. Itaque in præsenti anno Jubilæi, anno scilicet remissionis, et gratiæ, qui ed totius Catholicæ Ecclesiæ consolationem, atque ædificationem apertis, atque largiter prolatis spiritualium gratiarum dispensationi apostolicæ divinitus creditarum thesauris indictus fuit a san: mem: Clemente papa XIV. ac benedicente Domino, maximo cum animi Nostri gaudio celebramus, pietatis Nostræ viscera erga regulares professionis suæ desertores aperire, eosque ad Christi ovile suos videlicet cujusque ordines, extra quos luporum rapacium insidiis, atque periculis expositi misere vagantur, quantum divina benignitas largiri dignabitur, ut ad salutarem vitæ normam, quam amplexi fuerant, velut postliminio reversi, vota sua Domino reddera studeant, revocara cupientes, ac fel. rec. Urbani VIII., Clementis X., Innocentii XII., Benedicti XIII., et XIV. romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, qui, annis Jubilæi tunc instantibus, seu currentibus, ejusmodi regularium desertorum reductioni provide consuluerunt, vestigiis inhærentes, auctoritate apostolica tenore præsentium misericorditer indulgemus, ac statuimus, at decernimus, ut regulares apostatæ et fugitivi, cujuscumque sint ordinis, tam mendicantium, quam non mendicantium, congregationis, et instituti etiam necessario exprimendi, qui citra montes intra quatuor, ultra montes vero intra octo menses a publicatione earumdem præsentium literarum incohandos sua sponte ad suam quisque religionem redierint, tunc pœnarum omnium ipsis propter apostasiam hujusmodi inflictarum, vel infligendarum remissionem, atque impunitatem assequantur: ita tamen, ut debeant a suo quisque respectivo superiore humiliter petere absolutionem, et coram eo culpam fateri, atque emendationem polliceri, et vice versa superior benigne illos teneatur ab hujusmodi pœnis absolvere, et paterna charitate complecti, cui propterea ad effectum præmissum dumtaxat, quatenus opus sit, omnem facultatem necessariam dicta auctoritate harum serie impertimur.

§. 3. Non obstantibus quibusvis apostolicis, seu in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, ac quorumvis ordinum, congregationum, et institutorum, aliisve quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stylis, et usibus etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis etiam ordinibus, congregationibus, et institutis hujusmodi, illorumque generalibus, at aliis superioribus, ac personis quibuslibet sub quibuscumque verborum tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, at aliis decretis, etiam motu proprio, et de apostolicæ potestatis plenitudine, ac consistorialiter, et alias quomodolibet in contrarium præmissorum in genere, vel in specie concessis, et quantiscumque vicibus iteratis, approbatis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omis-

Derogatio contrariorum.

-so, et forma in illis tradita observate exprimerentur, et insererentur, præseotibus pro plene, ot sofficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vica duntaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscnmque.

Fides habenda transumptis.

§. 4. Ut autem cædem præsentes literæ omnibus facilius innotescaot, volumus illarum exempla ad dilectos filios Nostros, et apostolicæ Sedis nuntios, ac venerabiles fratres patriarchas, archiepiscopos, episcopos, aliosque ecclesiarum prælatos, et locorum ordinarios transmitti, qui illas quantocitius publicare studeant. Istarum vero præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eamdem omnino fidem in judicio, et extra illud ubicumque locorum haberi, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrorum indulti, statuti, decreti, concessionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto quarto kalendas martii pontificatus Nostri anno primo.



III.

Dat. die 26. februarii 1775. Anno I.

Indulgentiæ Jubilæi pro monialibus, oblatis, tertiariis, aliisque puellis, seu mulieribus in monasteriis, et religiosis, piisque communitatibus degentibus: item enachoretis, eremitis, infirmis, ac in carcere, et captivitate detentis cum opportunis facultatibus circa absolutiones, et votorum commutationes.

Pius episcopus

Servus servorum Dei.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Paterna charitas urget Nos, ut omnium Nostrorum, Ecclesiæque filiorum pia vota, non tam oblata Nobis benigne suscipere, quam animo vix concepta prævertere, eisque recluso apostolicæ liberalitatis thesauro occurrere studeamus. Dum itaque frequentes ex omni christiani orbis regione fideles ad Nostram hanc urbem, et ad beatorum apostolorum limina pro indicto anni sancti Jubilæo consequendo partim jam advenientes intuemur, partim venturos accipimus, ed complures alios utriusque sexus Christifideles mentis Nostræ oculos convertimus, qui non minori devotionis spiritu incensi, vel etiam animarum suarum necessitatibus impulsi hujusmodi iter avide aggrederentur, nisi eos aut susceptum sanctioris vitæ propositum certis locorum spatiis affigeret, aut ineluctabilis captivitas, vel corporalis infirmitas detineret. Horum Nos fidei, ac desideriis favere, nec non spiritualibus indigentiis consulere, simulque pias preces, supplicationesque eorum omnium, inter quos evangelicæ perfectionis sequaces animæ, lectissima portio Dominici gregis, connumerantur, Nostris, congregatæque Nobiscum fraternitatis obsecrationibus ad exorandam omnipotentis Dei misericordiam adjungere cupientes; præsentium literarum tenore opportunas rationes præscribere decrevimus, per quas tam viri, quam mulieres in eremis, et religiosis domibus assidue vitam degentes, seu in custodiis, et carceribus detenti, aut morbis, et infirmitatibus procul ab urbe impediti, etiam ad ipsam urbem non accedentes; neque sacras apostolorum memorias, et patriarchales ejusdem urbis basilicas respective visitantes, permissarum absolutionum, con-

cessique plenarii Jubilæi participes effici valeant,

Declaratur quænam personæ sub harum literarum tenore comprehendantur.

§. 2. Ut autem nemini dubium oriri possit, quænam personæ sub harum literarum providentia comprehendantur; in primis moniales omnes quæcumque solemnia religionis vota emiserunt, et in monasteriis sub perpetuæ clausuræ legibus, sive locorum ordinariis, sive regularibus superioribus, sive apostolicæ Sedi immediate subjectæ vivunt; earum quoque novitias, aliasque virgines, seu mulieres sæculares educationis, aut alia de causa cum opportunis licentiis in eisdem monasteriis habitantes; item monasteriorum hujusmodi moniales, quæ aliquando ad eleemosynas colligendas ex eorumdem clausura egrediuntur; nec non oblatas in communitatibus viventes, quarum institutum ab hac apostolica Sede approbatum existit, cum earum pariter novitiis, educandis, aliisque cum ipsis conviventibus, licet rigorosæ clausuræ legibus adstrictæ non sint; tertiarias quoque sub uno, eodemque tecto collegialiter viventes una cum earum novitiis, educandis, aliisque sæcularibus personis in earum societate viventibus, quamvis rigorosam clausuram non observent, earumque institutum, nec unquam ad hunc diem ab apostolica Seda approbatum, aut confirmatum extiterit, neque pro approbato præsentis concessionis vigore in posterum haberi debeat, ac denique puellas, atque mulieres in conservatoriis degentes, quamvis nec monialium, nec oblatarum, nec tertiariarum numero habeantur, neque clausuræ legibus subjectæ sint, tam in urbe, quam extra eam ubique locorum, et gentium existentes præsentis concessionis, favoribus uti, frui, et gaudere posse volumus, et declaramus.

Item anachoretas, et eremitas, non quidem eos, qui nullis clausuræ legibus adstricti, sive collegialiter, et in societate, sive etiam solitarii sub ordinariorum etiam regimine, certisque legibus, aut regulis obtemperantes vivunt; sed eos, qui in continua licet non omnimode perpetua clausura, et solitudine contemplativæ vitæ exercitiis dediti alter ab altero seorsim degunt, etiamsi monastici, aut regularis ordinis, et instituti professores existant, uti Cistercienses aliquot, Chartusienses, monachi, et eremitæ sancti Romualdi in more habent, sub hujus concessionis amplitudine volumus comprehensos.

Ad eos etiam utriusque sexus Christifideles, qui in captivitate apud hostes quoquomodo existunt, nec non ad eos, qui ubique locorum ex civilibus, aut criminalibus causis in carceribus tam episcoporum, aliorumque ecclesiasticorum superiorum, et tribunalium, quam sæcularium principum, et magistratuum, et ad regulares, qui in carceribus claustralibus detinentur, vel quia noodum eorum causæ expeditæ sint, vel quia tempus pœnæ eisdem impositæ non adhuc sit elapsum, quive ex superiorum quorumcumque præcepto aliquem locum, aut civitatem carceris, et custodiæ, seu exilii, et deportationis loco habent; ac demum ad eos, qui in triremibus, seu alibi ad opus damnati, eique addicti reperiuntur ejusdam præsentis concessionis gratiam misericorditer extendimus. Pro iis tamen, qui carceribus tribunalis sanctæ Inquisitionis inclusi ubicumque detinentur, ea, quæ paternæ providentiæ Nostræ opportuna videbuntur per organum ipsius Inquisitionis officii præscribere non omittemus.

Denique ad infirmos pariter utriusque sexus, tam laicos, quam ecclesiasticos sive sæculares, sive cujuslibet ordinis, congregationis, et instituti regulares, qui nempe extra urbem actu aliqua laborant corporis infirmitate, a qua juxta medici judicium non ita tempestive liberari poterunt, ut intra ipsum Jubilæi annum ad urbem conferre se valeant, vel qui licet ex hujusmodi infirmitate convaluerint, non tamen sine grave incommodo, et recidivæ periculo romanum iter conficere possent; quive etiam habitualiter infirma valetudine utuntur, adeo, ut iter hujusmodi suscipientes in actuale facile morbum, aliudve grave corporis incommodum incidere possent; ac demum ad senes septuagenario majores, quæcumque inferius præsentibus literis respective statuentur, spectare, et pertinere volumus pariter, et declaramus.

Indigitantur quæ sint præstanda ad Jubilæum consequendum.

§. 3. Hos itaque omnes, et singulos monemus, hortamur, et obsecramus in Domino, ut peccata sua in amaritudine animæ recolentes, totoque cordis affectu detestantes salutari pœnitentiæ sacramento, et congruis satisfactionis operibus conscientias suas expiare curent; tum ad vivificam divinæ mensæ convivium innocentiæ, et charitatis stola ornati reverenter accedant; Deumque optimum maximum per unigenitum filium ejus, ac per merita beatissimæ virginis Mariæ, et sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum juxta Nostram, Ecclesiæque

mentem enixis precibus orent per ejusdam sanctæ Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et totius christiani populi tranquillitate, et salute; in eumque finem alia tum voluntaria, tum sibi in locum visitationis quatuor basilicarum urbis ab ecclesiasticis superioribus, ut infra, injungenda religionis, pietatis, aut charitatis opera devote peragant, et exequantur.

Episcopis, aliisque superioribus facultates tribuuntur, ut opportune confessarios eligant, aliisque commutationes operum indulgeant.

§. 4. Nos enim venerabilibus fratribus episcopis, aliisque locorum ordinariis per præsentes committimus, et demandamus, ut monialibus, oblatis, tertiariis, aliisque superius expressis puellis, sive mulieribus tam sibi, quam Nobis, et Sedis apostolicæ immediate subjectis in eorum civitatibus, diœcesibus, et territoriis existentibus, anachoretis quoque, et eremitis, carceratis, et morbo, seniove affectis eorum jurisdictioni respective subjectis, atque etiam ab illa exemptis, quatenus sæculares personæ, aut extra claustra forsan cum debitis licentiis regulares existant: regularibus autem prælatis, et superioribus, ut subditis sibi monialibus, et siquæ sint oblatæ, aut tertiariæ ipsorum regimini subjectæ, et ab ordinariorum jurisdictione exemptæ, earumque novitiis, aliisque in earumdem monasteriis, et communitatibus, ut supra degentibus extra urbem, necnon religiosis anachoretis, sive eremitis, aliisque religiosis in carceribus claustralibus detentis, sive infirmis, et senibus septuagenario majoribus congrua religionis, pietatis, aut charitatis opera æquabili disciplinæ, et indulgentiæ moderatione servata sive per se ipsos, sive per prudentes confessarios designare, et præscribere non omittant, quæ, illi, et illæ loco visitationum quatuor basilicarum, et ecclesiarum intra, et extra urbis muros pro consequendo hujus anni sancti Jubilæo præscriptarum, juxta singulorum statum, conditionem, et valetudinem, ac loci, et temporis rationes respective exequi, et implere possint, ac debeant; et quorum implementum Nos in earumdem visitationum locum, ad effectum ipsius Jubilæi consequendi, auctoritate apostolica commutando subrogamus. Pro monialibus autem oblatis, et tertiariis quibuscumque hujus almæ urbis, earumque novitiis, necnon puellis, ac mulieribus tam in prædictarum monasteriis, et communitatibus, quam in conservatoriis ipsius urbis degentibus, et pro carceratis in ejusdem urbis carceribus volumus, ut ad dilectum filium Nostrum S. R. E. cardinalem Nostrum in Ipsa urbe, ejusque districtu vicarium in spiritualibus generalem, ejusque vicesgerentem dumtaxat hujusmodi operum designationem, sive per se ipsos, sive par prudentes confessarios facere omnino spectet, atque pertineat.

Concessio indulgentiarum.

§. 5. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, et prædictorum beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, ex concessa Nobis licet immerentibus suprema ligandi, atque solvendi potestate, omnibus, et singulis præfatis monialibus, oblatis, tertiariis, aliisque puellis, sive mulieribus in monasteriis, ac religiosis, piisve communitatibus viventibus, anachoretis, eremitis, necnon utriusque sexus captivis, et in carcere, sive in custodia detentis, atque infirmis, et senibus vere pœnitentibus, et intra præsens Jubilæi annum rite confessis, ac sacra communione refectis, Deumque optimum maximum, ut supra dictum est, orantibus, aliaque sibi in locum visitationis prædictæ injungenda opera, in locis, in quibus extiterint, devote adimplentibus; atque etiamsi eorumdam operum executione suscepta, ipsos ante integrum eorum implementum ex hac vita migrare contigerit, plenissimam omnium peccatorum suorum indulgentiam, veniam, et remissionem etiam duabus vicibus intra ipsius anni sancti decursum, si omnia præmissa opera injuncta iteraverint, per eorum singulos consequendam, non secus, ac ipsi, et eorum quilibet præmissa in hac alma urbe exsequentes, et quatuer basilicas ejusdem urbis, pro quibus visitandis Jubilæum ipsum, et indulgentia concessa fuit, eodem Jubilæi anno; diebus ad id statutis, personaliter visitantes consequerentur, et consequi possent; tenore præsentium, ac de apostolicæ liberalitatis amplitudine concedimus, et elargimur.

Confessariis tribuuntur facultates absolvendi a censuris, etiam in casibus reservatis.

§. 6. Iisdemque monialibus, earumque novitiis, ut ad effectum præsentium, et pro prima vice dumtaxat confessarios presbyteros sæculares, vel cujusvis ordinis regulares, a locorum respective ordinariis ad audiendas monialium confessiones approbatos quoscumque, cæteris autem supradictis anachoretis, eremitis, nec non oblatis, tertiariis, aliisque puellis, et mulieribus in monasteriis, et religiosis, ac piis communitatibus, seu conservatoriis conviventibus, et Christifidelibus captivitate, carceratione, aut custodia, in-

firmitate, aut senectute impeditis, tam laicis, quam ecclesiasticis sæcularibus, et cujusvis ordinis, congregationis, et instituti, etiam specialiter nominandi regularibus, ut ad effectum hujusmodi, et pro prima pariter vice dumtaxat, confessarios presbyteros sæculares, sive cujusvis etiam diversi ordinis, regulares ab ordinariis similiter, in quorum civitatibus, diœcesibus, et territoriis, confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad personarum sæcularium confessiones audiendas approbatos quoscumque eligere valeant; utque confessarii sic electi, illorum confessionibus diligenter auditis, eos, et eorum quemlibet a quibusvis peccatis, criminibus, et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam Sedi apostolicæ speciali licet forma reservatis, et quæ alias in concessione quamvis ampla facultatum non intelligerentur concessa, excepto tamen casu hæresis formalis, et externæ, absolvere, injuncta ipsis pœnitentia salutari, aliisque juxta canonicas sanctiones, rectæque disciplinæ regulas injungendis, ac præsertim quoad illos in carceribus detentos, quorum criminales causæ nondum conclusæ sunt, iisdem serio admonitis de obligatione, qua tenentur judicibus super eorum delictis legitima auctoritate eos interrogantibus veritatem aperire, quodque hoc animi proposito carentes absolutionem sacramentalem nullo fructu, quum potius majori animarum suarum damno susciperent; si autem cum hujusmodi veritatis fatendæ proposito, aliisque debitis dispositionibus peccata sua rite confiteantur, absolutio, quam a confessario obtinuerint, ipsis in foro externo utilis sane, et salutaris existet, nullatenus vero in foro externo ad temporalas promeritas pœnas evitandas prodesse poterit; atque præterea confessarii a monialibus, oblatis, tertiariis, aliisque puellis, et mulieribus supradictis ad præmissum effectum electi, iisdemque monialibus intra monasterii clausuræ legibus subjecta solemniter professis vota quæcumqua post professionem emissa, et cum earum observantia regulari compatibilia dispensando commutare; oblatis vero, tertiariis, et tam istarum, quam prædictorum monasteriorum novitiis, cæterisque puellis, sive mulieribus sæcularibus in iisdem monasteriis, et oblatarum, eut tertiariarum domibus, et communitatibus, nec non in conservatoriis quibuslibet educationis, convictus, aliave causa, et ratione cum debitis licentiis commorantibus omnia et quæcumque vota, exceptis illis, quæ Nobis, et apostolicæ Sedi reservata sunt, etiam dispensando commutare, easque omnes, et singulas, facta commutatione hujusmodi ab emissorum votorum, etiam juratorum observantia absolvere possint, et valeant; dicta auctoritate apostolica, et earumdem tenore presentium misericorditer in Domino concedimus, et indulgemus.

§. 7. Non obstantibus literis super indictione Jubilæi præsentis anni in hac alma urbe, et super suspensione indulgentiarum, et facultatum eodem Jubilæi anno vertente, necnon prædecessorum Nostrorum de indulgentiis non concedendis ad instar, aliisque apostolicis, et in universalibus, et provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, et reservationibus, necnon quorumcumque etiam mendicantium, et militarium ordinum, congregationum, et institutorum, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eisdem concessis præsertim, in quibus caveatur expresse, quod alicujus ordinis, congregationis, et instituti hujusmodi professores extra propriam religionem peccata sua confiteri prohibeantur. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret, hujusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime servatis habentes, pro hac vice, et ad præmissorum effectum dumtaxat plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. *Derogatio contrariorum.*

§. 8. Cæterum venerabiles fratres episcopos, aliosque locorum ordinarios hortamur, ut Nostræ, et apostolicæ Sedis benignitatis exemplo permoti, confessariis a præmissis omnibus ad earumdem præsentium effectum respective eligendis facultatem absolvendi eosdem a casibus eisdem ordinariis respective reservatis impertiri non recusent. *Hortatio ad episcopos, et locorum ordinarios.*

§. 9. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. *Fides habenda transumptis.*

Sanctio poenalis.

§. 10. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ declarationis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, quarto kalendas martii pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 27. februarii 1775 Anno I.

IV.

Nonnullæ facultates pro magno eleemosynario seu cappellano majori regis Sardiniæ.

Carissimo in Christo filio Nostro Victorio Amadeo Sardiniæ regi illustri.

Pius PP. VI.

Carissime in Christo fili noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Piis catholicorum regum votis, per quæ divinus cultus augeri, et ministrorum ecclesiasticorum præsertim regiarum cappellarum servitio adscriptorum status ad Dei gloriam tranquille, et recte dirigi, et gubernari valeat, libenter annuimus, et alias disponimus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Expositio precum porrectarum, et tenor concessionis.

§. 2. Itaque supplicationibus majestatis tuæ nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, eidem majestati tuæ, ut magnus eleemosynarius, sive cappellanus major cappellæ tuæ in episcopali dignitate constitutus in quibusvis civitatibus, oppidis, et locis, in quibus majestatem tuam prædictam, tuamque regiam curiam pro tempore residera contigerit continuo, vel ad tempus curam animarum familiæ tuæ, omniumque, et singularum personarum tam ex tuis regno, et dominiis originem habentium, quam extraneorum curialium, et dictam curiam sequentium, cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis, ac præeminentiæ existentium tam ecclesiasticorum, quam sæcularium (archiepiscopis, et episcopis exceptis) exercere, earumque rector nuncupari, easque corrigere, ac visitare, ac in easdem omnimodam jurisdictionem ordinariam, omniaque, et singula alia, quæ archiepiscopi, et episcopi, ac alii locorum ordinarii in diœcesibus suis de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, et exercere consueverunt, ac per se, vel alios ministros suam jurisdictionem ordinariam exercere, nec non ministros, et officiales necessarios ad exercendam apostolica auctoritate hujusmodi omnimodam jurisdictionem tam curiæ palatii, quam uti judex cappellæ hujusmodi, et aliorum prædictorum, qui ab eo, et ejus mandato nominati exerceant eorum officia, et jurisdictionem suam tam in causis semiliariorum cappellanorum servientium oratorii, cappellæ cantorum, et ministrorum etiam laicorum ejusdem cappellæ, quam aliarum personarum quarumcumque nationum tibi servientium, ac personarum regalium, et regiæ prolis in illos tantum, qui vere sunt curiales, nec non cappellanorum in ruralibus domibus, seu palatiis tuis existentium nominare, nec non per se, aut ministros suos, confessores regulares de licentia suorum superiorum, aut sæculares pro cura animarum dicti palatii, et curiæ etiam nominare, ac cappellanos, et clericos servientes tibi, et domui regali in dicta cappella, et oratorio ad celebrandas missas, et confessiones audiendas, ac verbum Dei prædicandum examinare, seu examinari facere, ab eis id faciendi licentiam, et facultatem dare, ac etiam prædicatores regulares, aut sæculares in dicta curia, vel extra eam ad prædicandum verbum Dei in dicta cappella regia, et domo, ubi tu, et tua curia erit, ita ut nullus ordinarius loci, in quo dicta curia, seu tu, aut domus tua erit, sive eundo, sive stando, sive etiam recreationis causa prædicationem verbi Dei impedire possit convocare; insuper prædictus eleemosynarius, seu cappellanus major cantores, et scholares in dicta cappella pro tempore existentes propter injectionem manuum violentarum inter se ipsos, aut etiam in clericos de dicta cappella non existentes, extra tamen membrorum mutilationem, aut enormem læsionem excommunicationis sententiam incurrentes, ab eadem sententia, prævia satisfactione, et injunctis injungendis absolvere, ac cum ipsis super irregularitate, si quam hujusmodi sententiis ligati, missas, et alia divina officia non tamen in contemptu clavium celebrando, aut illis se immiscendo

contraxerint, dispensare, omnemque inhabilitatis, et infamiæ maculam, sive ootam per eos propterea contractam abolire, ac infantes, et turcas, et saracenos, qui in præsentia tua ex quavis causa pro tempore baptizabuntur, baptizare, ac tibi, et tuis filiis, reliquisque in domo tua pro tempore servientibus, et residentibus, aut quacumque de causa, et qualiterumque in regio tuo palatio, ac in ædibus eidem palatio annexis, et pro familiæ, et curialium prædictorum habitatione designatis commoraotibus, aliisque dictæ curiæ curialibus, inter quos habeantur quicumque tui sanguinis priocipes etiam legitimati, ipsorumque soboles, ac familiares, sive servientes, et quos pro tempore alienigenas in regio tuo palatio, aut ipsorum principum hospites haberi contigerit, item equites torquati supremi ordinis bmæ virgiois Annuntiatæ, nec non militum copiæ, quæ tuæ, tuæque regiæ familiæ custodiæ perpetuo suot addictæ quocumque nomine censeantur, et cum iis etiam curiales illi, qui vel senio vel alia justa de causa a regio tuo servitio excusantur, at generaliter eorum omnium curialium, et hospitum familiæ, atque servientes, qui in regio tuo palatio, vel principum tuæ familiæ commorantur, poeoitentiæ, et eucharistiæ, ac alia sacrameota etiam in festo resurrectioois Domioi Nostri Jesu Christi absque alicujus licentia ministrare, seu ministrari facere, nec non idem eleemosynarius, seu cappellanus major, et omnes curiales, et quoscumque alios curiam sequentes tuam ab omoibus delictis, excessibus, et criminibus, etiam casibus episcopalibus, injunctis injungendis absolvere, et ioterdicti tempore ecclesiasticæ sepulturæ tradere, quodque pro se, et aliis cappellanis prædictis in quacumque ecclesia etiam ordinum fratrum minorum, ad quam te pro tempore declinare contigerit, dummodo in ea ipsi cappellani, et cantores divina officia celebrent, et canteot, oblatiooes, etiamsi de manu tua, tuorumque filiorum seu filiarum procedant, prout in dicta cappella regia recipere, necnon quæcumque matrimooia, quæ in præseotia tua cootrahentur, solemnizare, ac prædictus eleemosynarius, seu cappellanus major in episcopali dignitate constitutus tantum, ut putatur, omnibus, et siogulis interessentibus missarum solemniis, et verbi Dei prædicationi in tua præseotia vere pœnitentibus, et confessis duceotos dies de injunctis eis pœnitentiis misericorditer in Domino in forma Ecclesiæ consueta relaxare, ut quæ omoium et singulorum Christifidelium in curia tua ubicumque residentes continuo, vel ad tempus pro tempore commorantium, et aliorum quorumcumque ad ipsas regias ecclesias, seu cappellas accedentium per se, vel alium, seu alios per eum ad id deputatos, a suo, si curiales non fuerint, ordinario approbatos sacramentales confessiones audire, eosque a peccatis absolvere, injunctis eisdem pro commissis pœnitentia salutari, et aliis injungendis, nec non tam ipse, quam ab eo deputatus presbyter sæcularis, vel cujusvis ordinis de superiorum suorum licentia regularis pariter a suo, si non fuerit curialis, ordinario approbatus omnium, et singulorum in hospitali tuæ curiæ existentium, aut aliter in ipso tuo palatio ægrotantium confessiones similiter audire, eisque sacramenta ecclesiastica ministrare, et in mortis articulo omnium peccatorum suorum absolutionem, iojunctis pariter injungendis impendere, ac parochialem ecclesiam vicinioorem palatio, ubi te pro tempore morari contigerit, et si fuerint duæ parochiales ecclesiæ æque vicinæ dicto palatio alteram, quam maluerit eligere, aut si qui curiales in palatio non degant parochialem ecclesiam illorum habitationi vicioiorem, in eaque tam eleemosynarius, seu cappellanus major, quam persona ab eo ad animarum curam deputata, libere ingredi, et exinde sacramenta prædicta accipere, et sibi subditis ministrare, ac ad infirmos suæ curiæ deferre, et monitiones matrimoniales suorum subditorum juxta decreta concilii Tridentini publicari facere, eosque matrimonio, sine tamen jurium parochialium præjudicio conjungere.

§. 3. Præterea si eidem eleemosynario, seu cappellano majori videbitur, considerata decentia, et necessitate, sanctissimum eucharistiæ sacramentum, et extremæ unctionis in cappella regia, ut ad infirmos, et infirmas in dicto palatio existentes commodius deferatur, et multis incommodis, quæ alias nasci possent obvietur, reponere libere, et licite, et absque ullo conscientiæ scrupulo, aut censurarum ecclesiasticarum incursu valeat, liceat, et facultatem auctoritate apostolica teoore præsentium concedimus, et indulgemus; ad hæc ut quicumque locorum diœcesani, et alii ordinarii judices in majorem et cappellanos, et cantores, et Amplitiones ejusdem gratiæ, cum suis clausulis, et reservationibus

scholares prædictos actu inservientes, et consueta stipendia percipientes, quos ab illis prorsus et omnino eximimus, et totaliter liberamus, et quoad majorem Sedi apostolicæ immediate, quo vero ad alios cappellanos, cantores, et scholares hujusmodi dicto eleemosynario, seu cappellano majori subesse decernimus penitus nullam superioritatem, dominium, at jurisdictionem exercere, nec se illis quomodolibet intromittere valeant, sed prædicti cappellani, cantores, et scholares coram ipso eleemosynario, seu cappellano majori, sive legatis, aut delegatis dictæ Sedis dumtaxat teneantur do justitia respondere. Insuper, ut cappellani, cantores, et scholares servientes prædicti a quocumque, quem maluerint, catholico antistite gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habente ordines sacros, statutis ad id a jure temporibus, servata tamen forma constitutionis felicis recordationis Innocentii pp. XII. prædecessoris Nostri quoad literas dimissoriales, quæ incipit = Speculatores = successive accipere, dictique cappellani etiam religiosi, seu regulares missas, horas canonicas, et divina officia etiam te absente, juxta tamen ritum Romanæ curiæ etiam in dicta cappella, et in dicta cappella tantum tam alii cappellani, cantores, et scholares dicere, recitare, et canere, easdemque horas canonicas ex causa tamen, et infra diei terminum, ac privatim, non autem in dicta cappella anticipare, et postponere, ac in fecto ssmi corporis Christi, et per ejus octavam sanctissimum eucharistiæ sacramentum in eadem cappella, debitis tamen cum honore, ac reverantia tenere, ac in quinta, et sexta majoris hebdomadæ feriis idem sanctissimum eucharistiæ sacramentum in dicta cappella in sacrario, seu urna reponere, et ad morem patriæ monumentum, seu tumulum nuncupatum cum luminaribus facere, et tenere, nec non coram te missas quoque antequam luscescat dies, circa tamen diurnam lucem, et per unam horam post meridiem celebrare, quodque persona loco eleemosynarii, seu cappellani majoris, ut infra, deputanda, nec non triginta ex cappellanis prædictis, non tamen præbendas theologales, et pœnitentiales obtinentes fructus, redditus, et proventus quorumcumque beneficiorum suorum ecclesiasticorum etiam canonicatus, at præbendæ, dignitatas, personatus, administrationes, vel officia fuerint cum ea integritate, distributionibus quotidianis exceptis, percipere possint, cum qua illos perciperent, si in eisdem ecclesiis personaliter rasiderent, nec ad residendum intarim in eisdem teneantur, auctoritate, et tenore similibus etiam concedimus. Insuper, ut Christi fideles curiales tui de licentia ipsius eleemosynarii sau cappellani majoris dumtaxat quemcumque idoneum presbyterum sæcularem, vel cujusvis ordinis regularem approbatum ab ordinario, si curialis non fuerit in suum possint eligera confessarium, qui eorum confessionibus diligenter auditis, eos a peccatis absolvera, et pro commisis pœnitentiam salutarem, et alia injungenda injungere, et sacramenta prædicta etiam in die festo resurrectionis Dominicæ ministrare possit, utque cappellani cantores, et aliæ ecclesiasticæ personæ deputandæ ad informationes faciandas super puritata sanguinis admittendorum in cappella hujusmodi testes per censuras ecclesiasticas compellere possint juxta sacrorum canonum dispositionem auctoritate, et tenore prædictis pariter indulgemus. Ac prætcrea corpus quoque ædificiorum nuncupatum palatium principissæ Ludovicæ positum a dextera parte regii palatii, et destinatum habitationi regiorum principum, una cum intra eorumdem ædificiorum districtum, seu insulam annexis domibus, sive usque adhuc emptis, et comparatis, sive in posterum emendis, et comparandis pro usu domesticorum, et familiarium, eisdemque ædificiis uniendis, quoad curiales prædictos, eorumdemque consanguineos, et affines, hospites, ac domesticos una simul habitantes ab ordinarii Taurinensis jurisdictione exemptum, et exemptas, illudque, et illas immediatæ jurisdictioni magni eleemosynarii, seu cappellani majoris prædicti pro tempora existentis ad omnes juris effectus subjectum, et subjectas auctoritate, ot tenore similibus decernimus, ac declaramus. Utque hæc omnia at singula moderno, et pro tempore existenti dictæ cappellæ cappellano majori, seu eleemosynario, quamdiu, et quoties in dicta curia personaliter resederit, et eo ab eadem curia absente, seu in illa non residente, aut viam universæ carnis ingresso, personæ in presbyteratus ordine constitutæ per te toties quoties visum fuerit nominandæ, et per suum ordinarium approbandæ, quam Nos ex nunc pront ex tunc postquam per te nominata, at a suo ordinario approbata fuerit, deputamus, et approbamus, qua duran-

te absentia dicti eleemosynarii, seu cappellani majoris a curia prædicta, aut quamdiu illis datus sit successor in quibusvis civitatibus, oppidis, et locis, in quibus te, tuamque curiam regiam pro tempore residere contigerit, omniaque, et singula alia, quæ archiepiscopi, et episcopi, ac alii locorum ordinarii in diœcesibus suis de jure, vel consuetudine, aut alias quomodolibet facere, et exercere consueverunt (citra tamen exercitium pontificalium, ac ordinum, et beneficiorum collationem) exercere libere, ac licite, adeoque si opportuerit subditis suis etiam intra vacationis annum literas dimissoriales pari modo concedere, ac ipse cappellanus major sicut præmissum est, concedere possit, quodque omnibus, et singulis gratiis, favoribus, præeminentiis et indultis, quibus dictus eleemosynarius, seu cappellanus major, dum in tua curia residet, ratione sui officii gaudet, fruitur, et utitur, ac gaudere, frui, et uti quomodolibet potest, gaudere, frui et uti possit, et valeat pariformiter, et æque principaliter, ac tibi personam hujusmodi nominandi, et eligendi plenam, et omnimodam facultatem apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Declarationes quoad jus funeris, et sepulturæ.

§. 4. Declarantes jus funeris, et sepulturæ quorumcumque curialium apud curiam ubicumque decedentium (archiepiscopis, et episcopis in propria residentia decedentibus exceptis) ipsi quoque cappellano majori, ejusque vicario præ cæteris omnibus, et unice competere, prout etiam quorumcumque in ipso regio palatio, et ei annexis ædibus prædictis decedentium. Hoc insuper adjecto, ut si quandoque evenarit, majestatem tuam ab urbe solitæ Sedis abesse, nullo tempore intercidat, sed continuo exerceri debeat eadem jurisdictio erga tuam regiam familiam, personasque prædictas omnes, quæ ibi permanserint, idemque servetur etiam in ecclesiis ruralibus regiis, ubi vice-parochi perpetuo resident, erga curiales illos, qui etiam post majestatis tuæ discessum ibi morantur, et utrobique eadem per biennium vigeat jurisdictio ab ipso tuo obitu, quem Deus longe avertat, et ultra si Sedem apostolicam vacare quoque contigerit, quo realis successor commodius sibi, suæque familiæ, et curiæ consulere possit. Præsentes quoque literas de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, vel invalidari nullatenus posse, sed illas validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere; sicque, et non aliter per quoscumque judices quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, decernimus.

Deputatio judicum executorum concessionis.

§. 5. Quocirca venerabilibus fratribus archiepiscopo Taurinensi, et episcopo Vercellensi, ac dilecto filio pro tempore existenti in ducatu Sabaudiæ, et principatu Pedemontis, Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio per præsentes committimus, et mandamus, quatenus ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios, quoties pro parte majestatis tuæ, seu alicujus ex cappellanis, vel cantoribus, et scholaribus prædictis fuerint requisiti solemniter publicantes, sibique, et illis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate Nostra majestatem tuam, ac cappellanos cantores, et scholares prædictos præmissorum omnium, et singulorum effectu pacifice frui, et gaudere, non permittentes majestatem tuam, aut illos indebite molestari, contradictores quoslibet, et rebelles per censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus recolendæ memoriæ Bonifacii pp. VIII prædecessoris Nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diœcesim, nisi in certis tunc expressis casibus, et in illis ultra unam dietam a fine suæ diœcesis ad judicium evocetur, et de duabus dietis in concilio generali editis, dummodo ultra tres dietas aliquis auctoritate præsentium in judicium non trahatur, ac aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis statutis, et consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis per quoscumque romanos pontifices prædecessores quoque Nostros, et Nos, ac dictam Sedem, etiam per viam generalis legis, ac statuti perpetui, ac motu proprio, et ex certa scientia, de-

que apostolicæ potestatis plenitudine, etiam cum quibusvis irritantibus, annullativis, cessativis, restrictivis, revocativis, perservativis, exceptivis, declarativis, mentis attestativis, et derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis quomodolibet etiam pluries concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialis, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut exquisita forma servanda foret, et in eis caveatur expresse, quod illis nullatenus derogari possit, illorum omnium, et singulorum prædictorum tenores præsentibus pro sufficienter expressis, et ad verbum insertis, nec non modos, et formas ad id servandas pro individuo servatis habentes, hac vice dumtaxat, illis alias in suo robore permansuris, harum serie specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis

§. 7. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur ubique in judicio, et extra illud quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima februarii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 8. martii 1775. Anno I.

V.

Facultas eligendi in superiorem congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Guatimalensis etiam eum qui defectum natalium patiatur.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii præpositus, at presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Guatimalensis in Indiis, quod dicta eorum congregatio, cum recenter fundata sit, hinc presbyteris non admodum abundat: evenire autem quandoque potest, ut inter eos aliquis recenseatur, qui defectum natalium ex soluto tamen, et muliere soluta illegitime genitus patiatur, qua de causa licet cæteris qualitatibus præditus sit, ad munus tamen præpositi ejusdem congregationis assumi, et eligi nequeat, indeque fiat, ut electio hujusmodi admodum cohibeatur. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem nunc, et pro tempore existentibus presbyteris sæcularibus præfatæ congregationis civitatis Guatimalensis hujusmodi, ut ipsi quoties ad commune bonum, majoremque spiritualem utilitatem dictæ congregationis expedire in Domino judicaverint, quemcumque presbyterum, qui eidem congregationi nomen dederit, quique cæteroquin ad id idoneus reperiatur, licet ipse defectum natalium ax soluto tamen et soluta patiatur, defectu hujusmodi non obstante, si nullum aliud canonicum et hac in re obstet impedimentum, servatisque aliis servandis, præpositum, seu superiorem nuncupatum ejusdem congregationis libere, et licite eligere, ac assumere possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, at personis, sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibuslibet etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omni-

bus, et singulis illorum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 10. martii 1775

VI.

Abrogatio nonnullarum gratiarum supervivientiae in officiis vacabilibus Romanae curiae.

Pius PP. VI.

Moto Proprio etc.

Ratio abrogationis.

§. 1. Nuper siquidem Nobis innotuit, quod ab immediato praedecessore nostro recol. mem. Clemente pp. XIV nonnullae super officiis vacabilibus Romanae curiae comperiuntur elargitae gratiae supervivientiae nuncupatae, quae quidem praeseferunt, ut quamvis ea per obitum illa obtinentium vacare contingant, nihilominus, absque devolutione aliqua favore Datariae apostolicae, ut moris esset, de ipsis officiis a proprietariis, perinde ac si minime vacassent disponi queat. Cumque jamdudum praedecessores Nostri romani pontifices inter cancellariae apostolicae regulas eam etiam condiderint, et Nos ipsi innovaverimus, qua indulta supervivientiae super fructibus ecclesiasticorum beneficiorum in successorum praejudicium sublatae sunt; ita etiam de similibus concessionibus super officiis vacabilibus, quae in camerae Nostrae apostolicae detrimentum impertitae erant, par judicium esset ferendum: verum quia nil habuimus antiquius, quam servare aequitatem, quae est justitiae maxima propria; quas vel favore locorum piorum, vel justa ex causa elargitas deprehendimus, praeservandas fuimus arbitrati; e converso vero eas quas nonnisi levibus causis innixas fuisse compertum est, prorsus delere nimis congruum censemus.

Tenor revocationis.

§. 2. Motu igitur simili etc. omnes, et singulas supervivientiae concessiones, quae sive in schedulis motus proprii, vel vigore rescriptorum super supplicibus libellis ab eodem Clemente praedecessore, ad quodcumque tempus duraturae, super officiis vacabilibus Romanae curiae in favorem dilectorum filiorum marchionis Camilli Maximi, et marchionis Hortensii Ceva, ac Innocentii Buontempi, et Nicolai Felicis Bischi, necnon Caroli Ippoliti, ac dilectae in Christo filiae Victoriae etiam Bischi concessae comperiuntur, sive officiis illa, ut vulgo dicitur, in eorum capitibus, sive in aliis personis existant, sed ad praefatos marchionem Camillum, et Hortensium, necnon ad Innocentium, et Nicolaum Felicem, ac Carolum, et Victoriam, vel ad eorum aliquem, saltem quoad fructuum perceptionem respective pertineant, praesentis Nostrae schedulae vigore penitus, et omnino revocamus, delemus, et annullamus, ac cassamus, tollimus, et abolemus.

§. 3. Effectum tamen revocationis, et abolitionis hujusmodi ad sex menses proximos tantum a data praesentis Nostrae schedulae enumerandos; ita tamen, quod omnia, et singula officia ad ipsos, et ipsam, vel eorum aliquem, ut praefertur, spectantia proximo semestre elapso, vitae periculis illa obtinentium juxta primaevam officiorum eorumdem naturam subjecta sint; ex animi Nostri clementia suspendimus, ac differimus. Praesentem autem Nostri motus proprii schedulam, etiam ex eo, quod dicti marchiones Camillus, et Hortensius, necnon Innocentius, et Nicolaus Felix, ac Carolus, et Victoria minime citati, nec auditi fuerint, neque causae, propter quas illae emanarint adductae, vel verificatae non fuerint, de subreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostrae vel quovis alio defectu notari, impugnari, vel retractari non posse. Effectus revocationis, et abolitionis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Atque ita per quoscumque judices etc. sublata etc., judicari, et definiri debere, etsi secus super his a quoquam, quavis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus. Non obstantibus Clementis praedecessoris praefati schedulis, et rescriptis hujusmodi, earumque, et eorum in regesta relatione, necnon contractibus super officiis hujusmodi forsan initis: Nostra pariter, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum die decima martii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto pontificatus Nostri anno primo

VII.

Dat. die 15. martii 1775. Anno I.

Confirmatio privilegiorum congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Guatimalensis.

Pius Papa VI.

Ad futuram rei memoriam

Expositio precum porrectarum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii præpositus, et alii presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Guatimalensis in Indiis, quod eorum ecclesia, et domus vespere diei xxix. julii 1773. ex terremotu omnimodam ruinam passæ fuerunt, ita ut dicti exponentes in valle dell' Eremita vulgo nuncupata, et per decem leucas ab eadem civitate dissita confugerunt, ibique modo commorantur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat privilegiis, gratiis, et indultis, quibus dicti exponentes in eorum ecclesia veteri hujusmodi, ac domo fruebantur, potiebantur, ac gaudebant, in nova quoque ecclesia, et domo sub eadem denominatione, sive interim erecta, sive in posterum erigenda frui, potiri, et gaudere posse plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmisis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia privilegia, gratias, et indulta memoratæ antiquæ, ac dirutæ ecclesiæ, et domui congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Guatimalensis prædictæ quomodolibet concessa, tributa, at elargita ad novam ecclesiam, at domum sub eodem titulo, seu denominatione vel interim denuo ædificatam respective, atque constructam, seu in posterum ædificandam, et construendam auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium transferimus, et quatenus opus sit, illa de novo auctoritate, et tenore prædictis concedimus et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ congregationis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

VIII.

Dat. die 22. martii 1775 Anno I.

Impositio taxæ super mercibus in pondere vendendis, seu quomodolibet in civitate Centumcellarum introducendis.

Guglielmo Pallotta protonotario apostolico, e della santità di Nostro signore Pio papa VI. e sua reverenda camera tesoriere generale.

Lex edictalis reverendissimi thesaurarii, vi cujus pontificiæ literæ publicantur.

§. 1. Le cognizioni, da lungo tempo ben note alla santità di Nostro signore Pio VI. si dai caratteri del *peso pubblico* istituito in Civitavecchia, come dei varj pretesti, coi quali molti si studiano di defraudarne non meno l'intendimento, che quei profitti, che

ne dovrebbero derivare alla camera; ed i ripari da lui medesimo disposti per incontrarli fino da quando sostenne, con tanto plauso, la carica di tesorier generale, fan ben vedere, che al felicissimo di lui governo erano tutte serbate le providenze valevoli a stabilire il buon ordine di tal provento, e queste appunto son quelle, ch'Ei si è degnato di dettagliare con cedola di moto proprio da Lui segnata il dì 22 del corrente marzo, registrata poscia sotto il medesimo giorno, negli atti dell'infrascritto segretario di camera, del tenore seguente; cioè

Pius papa VI.

Motu proprio.

Tenor pontificiæ constitutionis, vi cujus explicatur, quæ merces subiiciantur taxæ.

§. 2. La cura, che Noi dobbiamo a proventi del Nostro erario ci fece risovvenire di quei pretesti, coi quali alcuni de'negozianti del porto di Civitavecchia procurano di sottrarsi dal pagamento del tenue dazio comunemente chiamato del peso pubblico, per cui si mantiene, presso degli esteri, quell'opinione di buona fede, che tanto giova nelle città mercantili, e se ne cava poi anche qualche compenso, quantunque piccolo, all'esorbitante dispendio, che giornalmente soffre la camera per quel porto, come succede, per provida istituzione, nell'altro della Nostra città di Ancona. Avendo pertanto qui per espresse le antiche, e recenti costituzioni dai Nostri predecessori su la franchigia del detto porto di Civitavecchia, gli aditti emanati per l'esazione dell'enunciato diritto del peso, ed ogni altra cosa quantosivoglia necessaria da esprimersi, di Nostro moto proprio, certa scienza, e colla pienezza della Nostra sovrana potestà dichiariamo, e vogliamo, che tutte quante le merci solite contrattarsi a peso, cioè ad un tanto per libra, decina, centinaja, o migliaja, le quali vengono per mare, o per terra nel porto, città, e territorio di Civitavecchia, a che in qualunque maniera si contrattano, benchè talvolta si contrattassero, su i conti originali, a pezzi, e colli, senza la condizione del peso, purchè effettivamente si vendino, comprino, o barattino, o in altro modo trapassino da mano a mano, cambiando dominio, e proprietà, si abbiano sempre a pesare colla pubblica stadera, e siano soggetti a pagare puntualmente il diritto di essa alla Nostra camera, o suo appaltatore, qual pagamento senza eccezione di alcuna persona benchè ecclesiastica, o privilegiata, si dovrà fare nella quantità, che attualmente si pratica, nè più nè meno.

Cavetur ne fraudibus locus fiat.

§. 3. E perchè molte sono le frandi, che si potrebbero commettere in pregiudizio del medesimo diritto, dissimulando, e occultando i contratti fatti da quei, che vendono, cedono, oppur rinunziano le mercanzie nella città, porto, e territorio di Civitavecchia su le fattore di esse, o le consegnano ad altre persone nel porto, e città per conto dei proprietarj: Vogliamo perciò che anche questa mercanzie siano soggette a pagar la pesa ogni volta che passano veramente da mano a mano, o che vanisse cambiato merco su le medesime, oppur giungessero per via di mare, o di terra dirette ad uno, e poi ricevute da un altro, a cui non erano indirizzate. Quelle all'incontro, che dai negozianti, o da altri verran spedite per terra, o per mare a lor conto, o per conto del proprietario, o proprietarj delle medesime, dovranno prendere la holletta dell'appaltatore del peso senza pagamento alcuno, quando però l'estraente farà costare anche per mezzo del giuramento, che la spedizione effettivamente si fa per suo conto, o per conto delli proprietarj, e che le medesime non siano state contrattate, vendute, barattate, nè rinunciate, o cedute, e molto meno pesate, o colleggiate per contrattarle nella città, porto, e territorio suddetti; ed a cautela maggiore del ricordato diritto del peso, qualunque degli estraenti sarà obbligato di dare idonea sicurtà di riportarne in un congruo termine il corresponsale, o corresponsali giurati in autentica forma del pervenimento delle mercanzie per proprio conto nel luogo del loro destino, senza che siavi stato di mezzo contratto, rinuncia, o permuta alcuna. Sarà però lecito ai negozianti, ricevitori, e raccommandatari dei generi di pesarli colla stadere, e bilancie proprie fuori del caso, che questi debbano cambiar mano, o proprietà, e al mero oggetto di riscontrarne la quantità, formarne il bilancio, e simili, e quando ancora per questi effetti piacesse loro servirsi dell'officiale, o ministri del peso pubblico, saran tenuti a pagare soltanto il diritto solito per la metà.

Rr. dd. thesaurarii pro tempore existentes executores deputantur.

§. 4. Per il totale adempimento poi, ed esecuzione di questa Nostra dichiarazione, Noi commettiamo a monsignor Guglielmo Pallotta Nostro tesoriere generale, e suoi successori di dare

gli ordini necessarj, pubblicare editti anche penali, e di stabilire la formole dell'obbligazione, e sicurtà da farsi, e respettivamente prestarsi dai negozianti per riporto dei corresponsali, a di fare tutt'eltro, ch'egli crederà necessario, ed opportuno.

Clausula salutares, et derogatio contrariorum.

§. 5. Volendo, e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio, benchè non si ammetta, nè si registri in piene camera, e ne'suoi libri in conformità della Bolla di Pio IV. Nostro predecessore *de registrandis*, vaglia nulladimeno, e debba avere la sua piena esecuzione, e vigora colla Nostre semplice sottoscrizione, ancorchè non vi siano stati citati, nè intesi li. negozianti di Civitavecchia, e qualunque altro, che vi avesse, o pretendesse di evere interesse, non ostante la detta Bolla di Pio IV. *de registrandis*, la regola della Nostra cancelleria *de jure quæsito non tollendo*, a qualsisiano altre costituzioni, ed ordinazioni epostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, usi, stili, consuetudini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario, elle quali tutte, e singola, avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto per questa volta sola, ed all' effetto premesso pienamente deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Veticano questo dì 22 marzo 1775.

Pius pp. VI.

Declarationes factæ a reverendissimo thesaurario in executionem literarum.

§. 6. Noi pertanto, cui si degnò il santo Padre comunicare ogni opportuna facoltà per promoverne l' esecuzione, inerendo all' istessa cedola, non men che agli ordini da Lui daticì a bocca, e per l'eutorità del nostro offizio, col presente editto ordiniamo, che di tutte quante le merci, e robe soggette alla pesa, che s'introdurranno in Civitavecchia, o suo territorio per via di terra, o di mare, i ricevitori, e raccomandatarj di esse ne debban dare nel termine di tre giorni dopo l'arrivo di esse fedel denuncia giurata *all' appaltatore della pesa* per farne il registro sotto la pena di *scudi cinquanta* per ogni volta in caso di contravenzione.

Quelle poi, che verran contrattate, e quante volte trapassaranno di mano in mano, cambiando proprietà, nella città, porto, e territorio di Civitavecchie dovranno sempre pesarsi colle stadere, a bilancie della reverenda camera, come prescrive l'istessa cedole, pagando il diritto solito all'appaltatore, che farà subito nota del pagamento seguito nei pubblici libri di quell'offizio, e qualora ne sia richiesto, darà le bolletta per l'estrazione del genere pesato cantante in faccia del compretore, o altro acquirente, da valer sempre per il solo tempo, che puole occorrere al trasporto, nè mai più oltre.

Ma per non togliere ai negozianti la libertà di asportare, senza alcun menomo pagamento, quell' eltre merci, che ivi talor non potessero vendere, o permutare, o che volessero spedire altrove per conto proprio, o dei respettivi committenti, e proprietarj, sarà permesso ad ognuno di farne il carico per altre parti con intelligenza dell'appaltatore, che ne darà la bolletta *gratis*, purchè però l'estraente, o estraenti prestino idonea sicurtà, e faccia l'obbligo di giustificare in un congruo termine da ragguagliarsi dalla maggiore, o minor distanza dei luoghi, mediante il ritorno del corresponsale, il pervenimento di quelle merci al loro destino, come pur viene ordinato nel prelodato moto proprio di Sua Beatitudine; per il qual obbligo potrà servire *la formola* espressa a piedi del presente, o altra simile nella sostanza, di modo che mancando poi gli estraenti di riportare il promesso corresponsale nel tempo prescritto (alla riserva dei casi d'alcun sinistro, o infortunio di viaggio) siano costretti a pagare l' intiera pesa proporzionata a quel peso accennato, ell'incirca, nell'obbligo stesso.

Sarà conseguenza di tutto questo, che delle merci soggette al pubblico peso non possa farsene il carico per trasportarle senza qualcuna delle prefate bollette, cioè senza quella, per cui si giustifichi il pagamento del solito diritto del peso, o senza l'altra corrispondente all'obbligazione dell'estraente di riportare il corresponsale, sotto pena della perdita delle merci, che si tentasse di caricare per via di mare, oppur dell'altre, che si trovassero anche nel viaggio per via di terra.

Sanctio poenalis.

§. 7. Avverta pertanto ognuno di prontamente obbedire, poichè nel caso di contravenzione si procederà irremissibilmente alle pene suddette, e ad altre ancora ad arbitrio nostro, ed il presente editto affisso, e pubblicato ne'luoghi soliti di *Roma*, e *Civitavecchia* avrà l'istessa forza, e vigore, come se fosse a ciascuno personalmente presentato, e intimato. Dato dalla nostra so-

lita residenza di Monte Citorio questo dì 23 marzo 1775.

G. Pallotta tesoriere generale.

G. Giovanardi Bufferli commissario generale della R.C.A.

Silvestro Antonio Mariotti segretario e cancelliere della R.C.A.

Formola dell'obbligazione da farsi dai negozianti, che vorranno estrarre le merci soggette alla pesa per conto proprio, e dei respettivi proprietarj.

Modulo obligationis emittendæ a negociatoribus merces supposita taxæ extrahere volentibus.

§. 8. Si dichiara da me sottoscritto anche mediante il mio giuramento, di estrarre per via di mare colla nave.... (*oppure per il vetturale N.N., se l'estrazione si fa per terra*) per condurre, e consegnare in ..... le appiè descritte, numerate, e marcate mercanzie, le quali vengono spedite per conto mio proprio, e per vendersi per esso mio conto, e proprietà, non essendo state nè vendute, nè contrattate da me, nè da altri, e molto meno pesate, nè fatte pesare, nè collegiare, obbligandomi in termine di giorni..... di riportare, ed esibire al signor appaltatore di questa pubblica pesa il corresponsale in autentica forma, e giurato: ed in caso contrario intendo soggiacere alle pene contenute nell'editto di monsignor tesoriere generale de' 23 marzo 1775.

Balle di .... col *merco* di ... circa in peso di libre ....

Dat. die 27. martii 1775. Anno I.

IX.

Facultas sepeliendi cadavera Christifidelium in ecclesia s. Mariæ de la Cabeza vulgo nuncupatæ, Limanæ diœcesis.

Venerabili fratri archiepiscopo Limano

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis, nuper fecit dilectus filius Michael Emmanuel de Arrieta presbyter istius civitatis, vel diœcesis Limanæ, quod ipse, ut asserit, secretarius Limanæ inquisitionis adversus hæreticam pravitatem, et cappellanus existit antiquæ ecclesiæ sub titulo, seu invocatione sanctæ Mariæ de la Cabeza vulgo nuncupatæ, quæ a fundatione sua duo, et ultra secula enumerat, et cujus, ut pariter asserit, patroni sunt pro tempore existentes inquisitores, seu officiales prædictæ inquisitionis. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, in hac ecclesia augustissimum Eucharistiæ sacramentum asservetur, atque illa posita reperiatur in viciniis magni rivi civitatis Limanæ, et admodum distet ab ecclesia parochiali; hac de re non solum magna est in ea Christifidelium frequentia, plerumque pauperum, et nigrorum, qui in numero septem, et ultra millium circum illam habitant, et ad illam confluunt, sed etiam pro tempore existens cappellanus memoratæ ecclesiæ sanctæ Mariæ in spiritualibus eorumdem Christifidelium necessitatibus supplet vices parochi, qui propter præmissa tanto Christifidelium numero præsto esse non potest, hincque facultate, et indulto ibidem sepeliendi Christifideles, qui in ea sepulturam eligant, sine ullo jurium parochialium præjudicio, per Nos eamdem ecclesiam insigniri idem Emmanuel plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, petitam facultatem sepeliendi in dicta ecclesia sanctæ Mariæ cadavera Christifidelium defunctorum, qui in ea sepulturam sibi elegerint, sine tamen ullo jurium parochialium præjudicio, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium pro tuo arbitrio, et prudentia concedas, atque indulgeas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima martii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 27. martii 1775 Anno I.

X.

Confirmantur quatuor capitula statuti montis Matrimonii nuncupati civitatis Bononiæ.

Pius Papa VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Utilissimum sane opus dudum in civitate Nostra Bononiensi ad commune familiarum, et juventutis bonum provide, prudenterque institutum, ac perenni fide, prudentia, et diligentia illorum, qui ejusdem operis administrationem gesserunt, et nunc quoque sustinent, mirum in modum servatum, et auctum, postulat, ac merito exigit, ut in iis omnibus, quæ ejus conservationem, et incrementum respiciunt, apostolicæ Nostræ auctoritatis partes interponamus, quemadmodum omnibus mature perpensis, expedire in Domino arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii prior, et officiales dicti operis montis Dotium Matrimonialium, seu Matrimonii nuncupati civitatis prædictæ, quod alias anno nempe MDLXXXIII. nonnulli pii, ac prudentes illius cives, ut consultum esset iis adolescentibus, et puellis, quibus opportunum redderetur subsidium aliquod in casu, quo vel in Domino, vel in sæculo nubere vellent, montem unum erexerunt, quem Dotium Matrimonialium nuncupandum esse voluerunt.

Status montis, et leges quibus regitur.

§. 3. Quamvis autem mons hujusmodi in sui primordio omni penitus redditu, seu fundo destitutus fuisset, adhuc utilitas sua, optimumque illius regimen præmissa, quæ deficiebant, mirifice suppleverunt. Publice enim invitatis iis omnibus, qui in dicto monte deponere vellent aliquam pecuniarum quantitatem, non minorem tamen libris viginti quinque monetæ illarum partium, nec majorem libris mille similibus, quæ postmodum successivis temporibus aucta fuit usque ad summam librarum mille quingentarum, onus in se gratuite assumpsit idem mons, depositas pecunias ita investiendi, ut fructus inde redderent, easque postmodum una cum obventis fructibus, seu utilibus restituendi, tunc scilicet, quando masculus, sive fœmina, in cujus creditum descriptum reperiebatur depositum pecuniarum, perventus, sive perventa respective fuisset ad terminum, sive ad tempus in Domino, aut in sæculo nubendi; atque per conditionis modum præscriptum fuit, ut fructus, et utilia ex depositis pecuniis percipi non possent, nisi in casu, quo fœminæ spirituale, aut temporale conjugium contraxissent, masculi vero aut ad sacros ordines promoti reperirentur, sive regularem professionem emisissent, vel doctoralem lauream assecuti fuissent, seu, ea jam obtenta, locum deinde haberent in certis, atque designatis collegiis, aut ipsi uxores duxissent.

Pius papa V. montis erectionem probavit.

§. 4. Hujus itaque montis institutum ab omnibus dictæ civitatis ordinibus non solum approbari promeruit, verum sa: me: Pius papa V. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die IX. maii MDLXXXVI. expeditas literas statuta pro recto gubernio ejusdem montis condita apostolica auctoritate confirmavit, et facultatem quoque indulsit officialibus, qui dicto monti præessent, mutandi, et reformandi statuta hujusmodi juxta temporum circumstantias, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Peculiaris lex circa pecunias depositas in eodem monte.

§. 5. Inter cætera vero in eisdem statutis disposita, atque præscripta cap. VII. cavetur, ut eveniente casu obitus alicujus ex iis, qui pecunias suas in dicto monte deposuissent, ejusque propterea essent creditores ante superventum tempus, seu terminum in subsequenti cap. X. præfixum nuptiarum scilicet, seu aliorum præmissorum, tunc, et eo casu tam pro se, quam pro suis hæredibus, et successoribus amissa censenda essent utilia omnia a die depositæ pecuniæ inde obventa, illaque perceptura, atque divisura fore inter alios creditores dicti montis, qui tales reperirentur tempore peragendæ primæ divisionis utilium hujusmodi, horum favore illa acquisita esse declarando; ita tamen, ut pecunia omnis, quæ in defunctæ, seu defuncti servitium penes montem prædictum deposita extaret, hoc eveniente obitus casu, ejus hæredi restitui deberet, dummodo aliter in partita depositi omnino exequenda dictum, aut scriptum minime appareret. In posteriori itaque cap. X. declarata fuerunt quæ, et qualia essent tempora, seu termini, matrimonii scilicet, seu regularis professionis, ac assumpti ordinis sacri, ac obtentæ laureæ doctoralis, et collegii,

ita ut his temporibus, seu terminis supervenientibus, quisque capitale, seu depositam pecuniam sui favore descriptam, una cum utilibus ex capitali ipso proportionabiliter obventis recipere deberet.

Alia lex servanda in solutione capitalium.

§. 6. Rursus in cap. XI. praescripta fuit regula, seu methodus servanda in solutione proprii capitalis, ejusque utilium cuilibet probanti, se se perventum revera fuisse ad aliquem ex enunciatis terminis, seu temporibus, atque constitutum reperiri in eo vitae statu, in quo solutio decernitur. Praeterea in cap. XII. statutum est, ut quicumque complevisset aetatem quadraginta quinque annorum (ad annos tantum quadraginta ex ultima reformatione cohibitam) absque eo, quod in ullo ex descriptis vitae generibus reperiretur, posset, si vellet petere capitale, seu pecuniam pro ipso depositam in dicto monte, amittendo tamen utilia, quae aliis creditoribus acquirantur, ac prout uberius continetur in eisdem capitulis, quorum tenor est, qui sequitur videlicet.

Tenor capitulorum statuti super utraque lege.

§. 7. VI. Non potrà alcuno riavere il suo credito, nè cederlo ad altri, dopo che sarà stato scritto in campione come di sopra, se non in caso, che fosse giunto ad uno dei termini di poterlo riavare, come si dirà a basso. Ma occorrendo, che alcuno, che sia stato fatto creditore come di sopra sul monte, muora prima, che giunga ad uno dei termini, che si diranno, perderà per se stesso, a suoi eredi, a successori tutti gli utili, che avrà fatti, e guadagnati dal giorno del deposito sino al giorno della morte, quali utili si dovranno guadagnare, e dividere fra gli altri creditori nel monte, che saranno al tempo, che si farà la prima divisione degli utili, che si deve fare in ciascun anno, dal principio dell' anno, per tutto gennaro, a quali per la presente si dichiarano acquistati. E tutto il denaro, che sarà stato depositato sul monte per servizio del morto, o morta avanti sia giunto ad uno dei termini detti, e che si diranno, si debba rendere, e restituire all'erede del morto, mentre non sarà stato detto, e scritto nella partita del deposito, altrimenti, nel qual caso si debba adempire quanto in detta partita si contiene. Qual monte però abbia termine, e dilazione di tre mesi dal giorno, che gli sarà stata notificata la morte di quello, che era creditore, a pagare, e restituire la vera sorte suddetta a chi si dovrà, come sopra: la qual notificazione si debba fare legittimamenta al signor priore, o al notaro del monte, quali ne dovranno dara nota al campioniero, acciocchè ne faccia menzione sopra i campioni, per poter distribuire gli utili come di sopra, e duranti li detti tre mesi gli eradi, a successori del morto, o quelli, che dovranno avere la vera sorte depositata, non potranno pretendere, o avere utile alcuno per detti denari, ma solo riaveranno il depositato, con la gravezza di pagare li dieci, o venti bolognini già detti. E se a caso uno delli creditori del monte, come di sopra, giungesse, o fosse giunto ad uno dei termini, dei quali si è detto, e si dirà, in modo tale, che potesse, ed avesse potuto riavere tutto il denaro depositato, e gli utili fatti, e de' quali fosse creditore, e che non avesse notificato al monte del Matrimonio con farlo sapere, nel modo detto di sopra, al signor priore, o al notaro, d' esser giunto ad uno dei termini abili per riavera il denaro depositato, ed utili, e quelli volere, ed averli con effetto addimandati, e morendo prima di ciò fare, in tal caso gli eredi, o successori del morto, o quelli, a' quali si dovrà pagare quanto sarà stato depositato, non possano pretendere, nè aver parte alcuna degli utili fatti in vista del già morto, ma solo debbano riavere il depositato, e tali utili si debbano dividere nel modo detto di sopra. Ma se uno giunto ad uno dei termini, che si diranno (non però quanto all' età) non notificherà come di sopra, potrà conseguire in ogni tempo, durante la sua vita naturale, li suoi utili, conforme il suo credito, e concorrerà con gli altri creditori, sinchè notificherà d' esser giunto al suo termine, dando però frattanto la notizia della sopravvivenza come al cap. XIV.

Quali siano i termini, nei quali potranno i creditori levare i loro crediti. Cap. X.

Potranno i sopradetti creditori riavere il loro credito con gli utili ordinarj, e straordinarj scorsi dal giorno seguente dapoichè furono scritti nei campioni, come è detto, qualunque volta giungeranno ai termini infrascritti, cioè le donne quando si mariteranno, servati gli ordini della santa Chiesa, e quando si faranno monache professe, o converse, o del terzo ordine, fatta però la professione, o vero essendo Orsoline, dopo che saranno state coronate

conforme al moderno instituto, e regola di quella congregazione: e gli uomini quando prenderanno moglie, secondo gli ordini di santa Chiesa, e quando si faranno chierici secolari, ottenendo gli ordini in sacris, o regolari fatta la professione, o quando essi uomini avranno ottenuto il grado del dottorato in collegio approvato, ovvero quando essendo dottori saranno condotti a leggere in alcuno studio publico, fuori però di Bologna, o saranno aggregati ad uno de' collegi di teologia, o di ragione canonica, o civile, o di filosofia, o di medicina di Bologna, il che abbia luogo tanto nei creditori presenti, quanto in quelli, che per l' avvenire deponeranno denari in detto monte.

Modo di rilevare i crediti. Capitolo XI.

Quello, che sarà giunto ad alcuno dei sopradetti termini, e volendo conseguire il suo credito, lo notificherà al signor priore del monte, lasciandogli il libretto del suo credito, o vero al notaro, o campioniero di quello, facendogliene far memoria sopra di un libro da deputarsi a ciò (quale ne dovrà subito dar parte al sig. priore) e non fatta la notificazione ad uno dei suddetti, non si ammetta in altro modo, ed altrimenti fatta sia di niun valore, di poi farà prova autentica di esser giunto al termine, come di sopra prescritto nei presenti capitoli, quale prova quanto ai matrimonj, sia la fede del rev. curato, quale avrà solennizzato il matrimonio, riconosciuta con giuramento di esso, o da due testimonj per rogito dal notaro del nostro monte. Per la quale recognizione di fede sia tenuto ciascheduno, che vorrà levar denari dal monte, seguita detta recognizione, pagare al notaro per mercede di ciascuna fede riconosciuta soldi 10 di quatrini, quando non passerà il credito da riscuotere la somma di lire 100. ma se passerà il credito dette lire 100.; accresca la sudetta mercede a ragione di soldi 5. per ogni lire 100 proporzionabilmente fino alla quantità di lire 2. oltre le quali per qualsivoglia somma non possa il detto notaro pretendere alcuno accrescimento di mercede, e questo s' intenda dentro della città, essendo che nel contado si potranno far riconoscere le fedi per mezzo d' altro notaro, o di alcuna persona conosciuta, e degna di fede. Quanto alla professione delle monache, o coronazione delle Orsoline, la fede delle loro superiori riconosciuta come sopra, e similmente alla professione dei regolari si servi il medesimo. Quanto agli ecclesiastici secolari, la fede dell' ordinario, quale li abbia ordinati in sacris. Quanto a dottori il privilegio del loro dottorato o fede del notaro del collegio, nel quale sarà stato dottorato. Rispetto alli condotti l' istromento della loro condotta. E rispetto agli aggregati la fede del notaro del collegio, al quale saranno aggregati in forma probante; e debba farne delle predette cose esibita, e consegna al notaro per notarle, e parendogli conservarle. Dal giorno poi di tale notificazione, e prova legittima, come di sopra fatta, a tre mesi si dovranno sborsare dal depositario con mandato da' signori officiali a quello, che sarà giunto ad uno dei detti termini, o a suoi eredi caso che morisse dentro il suddetto termine dei tre mesi, tutto il suo credito, come è detto di sopra nel cap. VI.

E per invigilare quanto più si può, che non occorrano errori, o fraudi intorno a giustificare li creditori, o creditrici dal nostro monte nel levare il loro credito, si statuisce, ed ordina, che il signor priore primo dell'anno, cominciando a calende di gennaro nella prima congregazione del Corporale, che egli convocherà, elegga, e nomini due de' signori officiali per assunti a rivedere le fedi per tutto l' anno, quali ancora avranno la cura conforme al cap. XIII. Questi col signor priore pro tempore saranno pregati per carità, quando alcuno preteso creditore voglia levare il suo credito, come giunto ad uno dei termini prescritti, giustificare le fedi presentate, incontrandole col campione, osservando se confronta l' età, e le altre circostanze, se sia stato presentato il suo libretto ai tempi debiti, e se patisca alcuna difficoltà, qual libretto però sarà lasciato nelle mani del signor priore, come si dice ancora nel suo capitolo, e di poi lo restituirà al creditore, ed in ciò sono supplicati d'ogni vigilanza, e sollecitudine per vietare ogni frauda, ed insieme ogni dilazione. Questi signori assunti, come gli occhi del nostro monte, nei mandati da farsi, si sottoscriveranno, o almeno uno di essi si sottoscriverà come tale dopo il signor priore immediatamente, e avanti gli altri officiali. E senza la sottoscrizione del signor priore, o di uno di essi assunti il mandato sarà nullo, ed invalido.

Di quelli, che non giungeranno ad alcuno dei detti termini, e vorranno il loro capitale. Cap. XII.

Essendo che varj accidenti, e secondo la disposizione del Signore può facilmente succedere, che qualche creditore nel monte giunga all' età delli quarantacinque anni compiti, senza essere pervenuto ad alcuno dei suddetti termini, per li quali avrebbe conseguito il suo credito, e li frutti dovutigli; perciò si costituisce, ed ordina, che quando un creditore in detto monte del Matrimonio sarà giunto all' età di anni quarantacinque compiti, e non averà fatta alcuna delle suddette cose, per le quali possa avere il suo capitale, e frutti, se quello, o quella personalmente, o per persona, quale abbia mandato legittimo da lui, mediante un memoriale sottoscritto, e riconosciuto da quello per parte del quale sarà presentato, addimanderà il denaro, che in nome di lui sarà stato deposto sul monte del Matrimonio, e presenterà fede d' essere dell' età suddetta, a quello, o quella se li potrà dare, e restituire solo la sua vera sorte, ed il suo capitale per esso a principio della sua aggregazione depositato, ed in tal caso tutti gli utili, che avrà fatto per tutto il tempo, che sarà stato creditora nel monte, si acquistino, ed applichino agli altri creditori come utili straordinarj, e si dividano come gli altri utili straordinarj, il che se sia lecito fare ogni volta, ed in ogni tempo le piacerà dopo che sarà giunto all'età di anni quarantacinque, salvo però se nella partita del deposito del denari sul monte non vi fosse cosa, o condizione alcuna, mediante la quale si chiarisce, che in caso di morte di quello, a favore del quale fossero stati deposti quei tali denari, si dovessero applicare, e spettassero ad altra persona, poichè in tal caso non si dovranno pagare con tutto che fosse giunto all'età suddetta, ma si dovrà eseguire quanto sarà contenuto nella partita del deposito fatto, quando che altrimenti non si contantino gli interessati, o loro eredi, e salvo ancora se li denari, quali vorrà levare dal monte quello, o quella, che sarà giunto all' età suddetta, fossero stati depositati da persona, che non fosse padre, o fratello del creditore sul monte, ma da altra persona, che gli avesse depositati per far donativo, o elemosina a quello, che fosse creditore sul monte, poichè in tal caso si dovrà avere il consenso di quello, che li averà deposti, o suoi eredi, o successori in officio, ed altrimenti non si possano, e debbano pagare, sebbene il creditore ne facesse istanza.

§. 8. Ex præmissis igitur in dictis capitulis tam salubriter, et provide dispositis, atque præscriptis, sicuti mirum in modum consultum reperitur præcipuo effectui, et causæ propositi instituti, ita in maximum publicum, privatumque bonum civitatis prædictæ, præfati montis substantia in eorum dispositione constabilita fuit: quandoquidem licet in illo ferme, ac in quovis alio publico banco ea vigeat praxis negotiationis pecuniarum ibidem depositarum, illas nempe erogando in cambia, et census, aliosque legitimos contractus, unde congrua, atque conveniens utilitas deponentibus comparatur; maximum tamen emolumentum non solum dicti montis, sed etiam creditorum, quorum favorem potissimum respiciunt disposita in eisdem capitulis, seu statutis, dubio procul oritur ex eo, quia utilia illorum creditorum, qui ante susceptum aliquod ex generibus vitæ a statutis hujusmodi præscriptis decesserunt, aliis creditoribus accrescunt, eisque debentur, indeque evenit, ut major in dies avaserit frequentia creditorum deponentium, quibus non raro decedentibus, et consequenter utilia prædicta amittentibus, substantia, et capitalia dicti montis una cum utilitate aliorum creditorum admodum excreverunt: cumque præterea annui etiam fructus pecuniarum depositarum, quæ, ut præfertur, in cambiis, censibus, aliisque contractibus sint conversæ in majorem creditorum hujusmodi utilitatem in alios contractus similes convertantur, inde fit, ut quisque ex creditoribus spatio quindecim, aut viginti annorum non modicum lucrum ex deposita pecunia assequatur.

Leges prædictæ laudantur, et salubriter, ac provide disposita declarantur.

§. 9. Hæc sane regula, ac methodus tam prudenter, ac utiliter usque a primordio instituti montis hujusmodi præscripta ad hæc usque tempora executioni semper fuit demandata, licet non semel conatus pro ea destruenda adhibiti fuerint; etenim quædam mulier Bononiensis non adhuc perventa ad aliquem ex terminis præscriptis ab eisdem statutis, alias supplex petiit, atque ex rescripto felicis recordationis Benedicti pp. XIV. itidem prædecessoris Nostri obtinuit dispensationem, et facultatem assequendi una cum pecunia, seu capitale in dicto monte ad ejus creditum deposito, utilia etiam, quæ sive in Domino sive in sæculo nupta tunc reperiretur, petere optimo sane jure valuisset. Vix tamen patefato re-

Improbantur nonnullæ derogationes regularum, seu constitutionum ipsius montis obreptitie, et subreptitie extortæ.

scripto hujusmodi officialibus dicti montis, agnita statim fuerunt tot, ac talia argumenta subreptionis, et obreptionis adhibitæ in gratia hac obtinenda, ut eadem mulier quiete, ac libenter receperit solas depositas pecunias, seu capitale, sine prorsus utilibus, neque ulterius obtentæ gratiæ exequutionem amplius assequi curavit. Deinde vero nec petitæ, nec unquam concessæ fuerunt hujusmodi gratiæ tam ab eodem Benedicto, quam a rec: mem: Clemente pp. XIII. prædecessore quoque Nostro. Novissime tamen dilecta in Christo filia Lucia Ungarelli supplices porrexit preces felicis recordationis Clementi pp. XIV. pariter prædecessori Nostro, et absque ulla prorsus mentione eorum, quæ in statutis prædictis disposita comperiuntur, solum exposuit, quod ipsa, quæ creditrix erat dicti montis propter pecunias in eo compluries depositas librarum in tot quingentarum, neque in Domino, neque in sæculo nubere poterat, plurimum desiderabat, se habilem declarari ad assequendam non solum earumdem pecuniarum quantitatem, sed etiam fructus, ac utilia a die earum depositi inde respective obventa. Porrectas sibi hujusmodi preces idem Clemens XIV. prædecessor remisit arbitrio dilecti filii Nostri Vincentii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Malvetii nuncupati ex concessione, et dispensatione apostolica metropolitanæ ecclesiæ Bononiensis præsulis, qui omnibus primum serio, et mature perpensis, et arbitrium suum ad rationis normam dirigendo, atque officialium dicti montis vigilantiam, et diligentem administrationem plurimum collaudando, sua postmodum sententia declaravit, habilem ex præmissis causis eamdem Luciam ad assequenda quidem capitalia in monte hujusmodi pro suis dotibus, seu dotalibus subsidiis deposita, et in illius creditum descripta; locum vero non esse concessioni petitorum utilium, seu lucrorum eisdem subsidiis dotalibus ibi depositis correspectivorum, nisi cum evidenti exitio ipsius montis, ac alias prout in dicta sententia lata die quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo quarto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo a verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Petitio exposita pro confirmatione statutorum.

§. 10. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ex prædictis, aliisque similibus petitionibus, quæ in dies parari, et proponi possint ab iis, qui utilia ad alios creditores, ut præmittitur, pertinentia sibi acquirere adnitantur edoctos se agnoscant dicti exponentes, quibus quam maxime cordi est, ut mons eorum curæ, et gubernio commissum in publicum bonum dictæ civitatis una cum suis legibus, et statutis sartum, tectumque conservetur, et augeatur; hinc præmissa eorumdem statutorum capitula, sextum nempe, decimum, undecimum, et duodecimum, nec non reformationem cohibentem ætatem annorum quadraginta quinque ad annos tantum quadraginta confirmari, et approbari, et quatenus opus sit, omnia in præmissis capitulis, et reformatione contenta per Nos innovari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio apostolica.

§. 11. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulare studium, ac zelum in utilitate dicti montis procuranda, nec non summam diligentiam omni tempore adhibitam in illius rebus administrandis quam maxime in Domino commendantes, nec non dictorum exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto ejusdem Vincentii cardinalis, et archiepiscopi, præinserta capitula statutorum ejusdem montis, sextum videlicet, decimum, undecimum, ac duodecimum, nec non reformationem prædictam cohibentem ætatem annorum quadraginta quinque a memoratis statutis pro restitutione capitalis, seu depositæ pecuniæ præscriptam ad annos tantum quadraginta, auctoritate nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omniaque, et singula in eis, ac respective in dicta reformatione disposita, præscripta, et demandata, quæ, quatenus opus sit, innovamus, futuris temporibus ab omnibus semper, ac inviolabiliter observanda, et exequenda esse auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis in genere, vel in specie, aut alias in contrarium concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima septima martii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28 martii 1775. Anno I.

XI.

Concessio officii, et missæ sanctæ Margaritæ da Cortona sub ritu duplici minori in regno Portugalliæ.

Pius Papa VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor concessionis expeditæ ad preces fidelissimæ reginæ Portugalliæ, et Algabiorum.

§. 1. Ad eximia pietatis in Deum aliaque multiplicia regiarum virtutum dona, cum singulari in Nos, et apostolicam hanc sanctam Sedem fide, et devotione conjuncta, quibus carissimam in Christo filiam Nostram Mariam Annam Victoriam Portugalliæ, et Algabiorum reginam fidelissimam ab omnium bonorum largitore Deo cumulate condecoratam esse gaudemus, paternæ dirigentes considerationis intuitum merito adducimur, ad concedenda ea, quæ ad augendam in terris sanctarum in cœlis cum Christo regnantium venerationem admodum conferunt, quæque tam suæ, quam aliorum spirituali consolationi, animarumque saluti, speramus in Domino profutura. Itaque piis, et enixis ejusdem Mariæ Annæ Victoriæ reginæ supplicationibus Nobis per dictum dilectum filium vicecomitem Franciscum de Almada, et Mendoça super hoc humiliter porrectis benigne inclinati, ut a clero tam sæculari, quam regulari in iisdem regnis, et dominiis ditioni carissimi in Christo filii nostri Josephi Portugalliæ, et Algabiorum regis fidelissimi subiectis degentibus, officium cum missa in memoriam sanctæ Margaritæ de Cortona, cum lectionibus secundi nocturni, et antiphonis ad *Benedictus*, et ad *Magnificat*, ac oratione propriis, jam pro universo ordine sancti Francisci approbatis, atque a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum sub die v. maii 1736 ad clerum sæcularem, et regularem totius Italiæ extensum, in festo ejusdem sanctæ sub ritu duplici minori recitari, ac respective celebrari possint, et valeant apostolica auctoritate, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, et manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava martii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28. martii 1775. Anno I.

XII.

Facultas regi catholico pro tempore existenti nominandi ad primam dignitatem collegiatæ ecclesiæ beatæ Mariæ de Guadalupe Mexicanæ diœcesis doctores sive in theologia, sive in jure canonico, non obstante etc.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Concessio facta a Benedicto XIII.

§. 1. Alias felicis recordationis Benedictus pp. XIII. prædecessor Noster per suas sub plumbo quinto idus februarii anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo vicesimo quinto, pontificatus sui anno secundo, piis claræ memoriæ Philippi V., dum vixit, *Hispaniarum* regis catholici supplicationibus inclinatus, parochialem ecclesiam beatæ Mariæ de Guadalupe prope, et extra moenia civitatis Mexicanæ in Indiis, quæ de jurepatronatus ejusdem Philippi regis existebat, in collegiatam insignem erexit, ac inter cætera constituit, ut ille, qui a pro tempore existente earumdem Hispaniarum rege catholico præsentandus esset ad abbatiam principalem, et unicam dignitatem dictæ collegiatæ ecclesiæ doctorali laurea in utroque jure insignitus esse deberet, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, ubarius contineri dicitur.

Preces porrectæ pro moderatione concessionis Benedictinæ in ea parte, quæ exigit in eligendis lauream doctoralem.

§. 2. Nuper autem pro parte carissimi in Christo filii Nostri Karoli earumdem Hispaniarum regis catholici expositum Nobis fuit, quod aliquando propter exiguum numerum illorum, qui hujusmodi dignitatem obtinere cupiant, nec unus reperiri valet doctorali laurea prædicta insignitus, cæterisque simul ad id requisitis qualitatibus præditus: qua de re ipse Karolus rex, licet in memoratis literis ejusdem Benedicti prædecessoris doctoralis laurea prædicta in utroque jure requisita sit, ut præfertur, nihilominus in posterum doctoralem lauream sive in sacra theologia tantum, sive in jure canonico eisdem præsentatis ad hujusmodi dignitatem suffragari posse per Nos concedi plurimum desiderat.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos igitur ejusdem Karoli regis votis hac in re quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, supplicationibus super hoc Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum ad unicam, et principalem dignitatem abbatiam nuncupatam collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ de Guadalupe prædictæ doctores vel in sacra theologia, vel dumtàxat in jure canonico, aliis cæteroquin ad id requisitis qualitatibus prædìti, etiamsi doctorali laurea in utroque jure juxta præfatas ejusdem Benedicti prædecessoris literas insigniti non sint, ab ipso Karolo rege, et a pro tempore existentibus earumdem Hispaniarum regibus catholicis præsentari libere, et licite possint, et valeant, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ solitæ, ac decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, ac Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus ipsius Benedicti prædecessoris literis prædictis, quibus quoad præmissa sufficienter, et expresse derogamus, nec non aliis apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dictæ collegiatæ ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæ-

terisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava martii millesimo septingentesimo septagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 30. martii 1775. Anno I.

XIII.

Declaratur, quod carcerati fugam a carceribus capientes, eorumque custodes illos dolo dimittentes ecclesiastico asylo minime gaudere possint in regno Sardiniæ.

Venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Sardiniæ

Pius pp. VI.

Venerabiles fratres
salutem et apostolicam benedictionem.

Memoratur quaenam capta fuerit Clementis XIII. providentia, ad frequentiam criminum coercendam.

§. 1. Ad coercendam frequentiam criminum, quæ ex commodo, ac facili confugio ad ecclesias, aliaque loca immunia in Sardiniæ regno persæpe patrabantur felicis recordationis Clemens pp. XIII. prædecessor Noster piis votis cl. me. Karoli Emmanuelis, dum vixit, Sardiniæ regis illustris annuere volens per suas in simili forma Brevis die xxi. martii MDCCLIX. expeditas literas fraternitatibus vestris conscriptas motu proprio, ac ex certa scientia, et de apostolicæ potestatis plenitudine sub certis modo, et forma tunc expressis declaravit, statuit, et decrevit non solum, quænam essent crimina, et delicta, quorum causa rei, ac delinquentes ad publicam quietem, et securitatem, ecclesiasticum asylum habere nequirent, sed etiam quæ ecclesiæ, et loca immunitate ecclesiastica gaudere minime deberent: qua de re, italico etiam sermone adhibito, in memoratis suis literis crimina, et delicta hujusmodi, nec non ecclesias, et loca prædicta ipse Clemens prædecessor distincte numeravit, et expressit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Preces porrectæ pro exclusione a privilegio asyli eorum, qui e carceribus fugam arripiunt.

§. 2. Nuper vero pro parte carissimi in Christo filii Nostri Victorii Amadei ejusdem Sardiniæ regis illustris nobis expositum fuit, quod frequenter admodum in regno prædicto rei, qui in carceribus ibidem reperiuntur, intelligentia plerumque, et cooperatione eorum, qui custodes carcerum hujusmodi sunt, ab illis evadunt, hincque se se liberos reddunt a pœna pro eorum criminibus debita, ope confugii, quod in sacro asylo ipsi commode sumunt. Ut igitur tanta perturbatio, quæ impedit cursum justitiæ, eique præjudicat, ac publicæ tranquillitati adversatur, in posterum procul absit, et amoveatur, ipse Victorius Amadeus rex inter delicta, et crimina, propter quæ dictus Clemens prædecessor in memoratis suis literis declaravit, minime immunitate ecclesiastica gaudere eos, qui talia patrassent, reos quoque prædicti criminis, nempe custodes carcerum, qui dolo dimittant detentos in carceribus, vel ibidem mancipatos a carceribus ipsis affugere faciant, comprehensos a Nobis declarari plurimum desiderat.

Tenor pontificiæ declarationis.

§. 3. Nos igitur Christifidelium omnium quieti, et tranquillitati, ut ferventius ipsi Deo inservire valeant, quantum Nobis ex alto conceditur, paterna charitate, consulere cupientes, ejusdemque Victorii Amadei regis votis benigne annuere volentes, motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, præter ac ultra reos illos, quos in regno Sardiniæ ecclesiasticum asylum minime habere debere idem Clemens prædecessor in suis literis prædictis statuit, atque decrevit; non solum = quei carcerieri, che in avvenire nel regno di Sardegna si trovassero rei d'aver dolosamente lasciati, o fatti fuggire dalle carceri i carcerati, i quali con complotto co'carcerieri, o pure con complotto tra medesimi carcerati, e violentemente fossero fuggiti dalle carceri, = ecclesiastico asylo in dicto regno Sardiniæ nequaquam gaudere, sed inter alios reos in præfatis literis ipsius Clementis prædecessoris relatos, atque expressos, hos quoque comprehensos declaramus, atque statuimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apo-

atolici auditores, et Sedis apostolicæ nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Clemens prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima martii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 5. aprilis 1775. Anno I.

XIV

Gratiæ, et privilegia conclavistis postremi conclavis concessa.

Pius papa VI.

Urbis

Motu proprio etc.

Donatio scutorum decem millium auri.

§. 1. Nos volentes dilectos filios conclavistas, qui conclavi, in quo divina favente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, Nobis, et venerabilibus fratribus Nostris S. R. E. cardinalibus uti familiares, et continui commensales inservientes interfuerunt, quique ea de causa labores, vigilias, et incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi, favoribus, gratiis, et privilegiis pro cujusque meritis exornare, Ipsosque conclavistas, quibus hodie, ac aliis participantibus descriptis in rolo, seu divisione subscripto, seu subscripta per dilectum filium Nostrum Andream ss. Viti et Modesti diaconum cardinalem Nigronum nuncupatum pro-datarium Nostrum summam decem millium scutorum auri in auro ex pretio tot officiorum vacabilium ad Nos spectantium gratiose donavimus, in veros, indubitatos, et non fictos familiares, et continuos

Receptio in familiares.

commensales Nostros, ac eos, qui ex illis clerici existunt, seu militiæ clericali adscribi desiderant, quosque tres præfatæ S. R. E. cardinales singulatim in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, et aliis meritis dignos tali dignitate judicaverint in Nostros, et Sedis apostolicæ notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum de numero participantium notariorum, recipimus, et tam illos, quam alios conclavistas singulos, qui singulatim ab iisdem tribus cardinalibus digni tali honore reputati fuerint, sacri palatii, et aulæ Lateranensis comites, et milites, et tam illos, quam omnes etiam quoscumque alios conclavistas indistincte, qui nobiles non sunt, nobiles, quique urbis, vel alicujus alterius ex civitatibus temporali dominio eidem S. R. E. mediate, vel immediate subjectis cives esse voluerint, singulos in ea ipsa civitate, quam singillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem tribus cardinalibus se admitti petierit, veros cives ad instar, et sine ulla prorsus differentia inter eos, et singulos alios veros originarios, et antiquissimos etiam nobiles, et participantes cives ipsius urbis, vel civitatis, itaut ipsum jus civilitatis ad quoscumque illorum hæredes eodem modo transeat, creamus, constituimus, et deputamus, ac nobilitatis, et civilitatis titulo, honore, et insigniis decoramus, aliorumque familiarium, et continuorum commensalium Nobis actu in palatio Nostro apostolico inservientium, ac in illius tinello comedentium, et bibentium, ac Nostrorum, et Sedis præfatæ notariorum palatii, et aulæ prædictorum comitum, militum, et nobilium, ac civium hujusmodi originariorum numero, et consortio favorabiliter aggregamus, et pro veris, et indubitatis, et non fictis familiaribus, continuis commensalibus, ac notariis Nostris comitibus, nobilibus, militibus, et civibus deinceps haberi volumus, et reputari mandamus, eisque, ut in quibuscumque impetrationibus, concessionibus, et literis tam gratiam, quam justitiam separatim, seu utramque mixtim concernentibus se familiares, continuos commensales, Nostrosque comites, milites, nobiles, et cives etiam originarios nominare possint, nec propterea impetrationes, concessiones, et literæ hujusmodi subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps in perpetuum omnibus, et quibuscumque, ac prorsus similibus antelationibus, præ-

In notarios.

Creatio in comites, milites, et nobiles.

Electio civilitatis.

Etiam pro hæredibus.

rogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, decretis, declarationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii Nostri familiares tempore dictæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum, et rocchettum notariorum ipsius Sedis non deferant, palatiique, et aulæ præfatorum comites, milites, nobiles etiam originarii, ac antiquissimi cives ejusdem urbis, vel civitatis, quam, ut præfertur, elegerint, quique ex utroque parente vere nobili, et cive originario, et antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel alias ex aliquo speciali privilegio, seu alias quomodolibet etiam quoad assecutionem quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum etiam per quascumque literas seu constitutiones apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, et extra, sine tamen eorumdem notariorum de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant realiter, et integre in omnibus, et per omnia, etiamsi in urbe, et civitate hujusmodi non habitaverint, perinde ac si de vere nobili genere, et ex utroque parente nobili originario, ac antiquissimo cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilagia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et jura, quæ pro aliis nobilibus, et civibus originariis emanarunt, et quæ ratione nobilitatis, et civilitatis naturalis, et originariæ aliis competunt pro eisdem conclavistis in specie emanassent, seu emanarent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competerent auctoritate, et tenore similibus indulgemus. Ac conclavistas præfatos a solutione, et exactione quarumcumque decimarum, non tamen decimarum subsidiorum, et onerum in subsidium expeditionis contra turcas, et orthodoxæ fidei hostes impositarum, et impositorum, et cujuscumque pedagii, gabellæ, et cujuscunque oneris ordinarii, et extraordinarii ubique locorum, et ex quacunque quantumvis urgentissima, et inexcogitabili causa, et occasione, etiam ad instantiam imperatoris, regum, et rerumpublicarum etiam Venetæ, et aliorum quorumcumque principum impositorum, et imponendorum pro tempore ex nunc, prout ex tunc, et e contra, et postquam casus hujusmodi impositionis, et solutionis evenerit, liberamus, et eximimus, liberosque, et exemptos fore, et esse decernimus, districtius inhibentes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus ejusdem S. R. E. camerario, thesaurario, præsidentibus clericis, ac quibuscumque aliis officialibus cameræ Nostræ apostolicæ, ac exactoribus decimarum, præterquam decimarum subsidiorum, et onerum in subsidium expeditionis contra turcas, et orthodoxæ fidei hostes, ut præfertur, impositarum, et impositorum, necnon cujuscumque pedagii, subsidii, gabellæ, et aliorum, ut præfertur, impositorum onerum hujusmodi, ac aliis personis, cujuscumque ecclesiasticæ, vel sæcularis dignitatis, status, gradus, ordinis et conditionis existentibus, ne eos ad aliquam solutionem cogere, seu compellere, aut super præmissis, eorumque usu, possessione, vel quasi directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio molestare, vel alias quomodolibet impedire quoquo modo præsumant, nec non eisdem conclavistis, quod bona quæcumque ad ipsos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium, et quorumvis ordinum, et militiarum, atque hospitalium quorumcumque regularium, necnon canonicatuum, et præbendarum, ac dignitatum quorumlibet per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore, ingenio, seu eorum industria, legitime tamen, et alias licite acquisita, et acquirenda, etiam in dicta urbe, ejusque districtu, ac ubique existentia spoliis minime subjaceant, sed conclavistæ præfati, etiam si religioni alicujus militiæ, non tamen sancti Johannis Hierosolymitani adscripti, et in ea expresse professi fuerint, de illis in favorem quarumcumque personarum de jure tamen capacium etiamsi curiales esse desierint, et in quocumque loco quantumvis remoto, etiam extra eorum propriam residentiam eos decedere contigerit, testari, vel alias disponere, iisque ab intestato decedentibus legitimi eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant, simili modo concedimus, et indulgemus, præcipientes, et mandantes eisdem præfatæ S. R. E. camerario, thesaurario, præsidentibus, cle-

Exemptio ab habitatione in civitate.

A gabellis, et decimis, aliisque oneribus, exceptis decimis impositis, in subsidium expeditionis contra turcas.

Exemptio a spoliis cum facultatibus testandi, exceptis equitibus s. Joannis Hierosolymitanis.

ricis, et quibusvis aliis spoliorum hujusmodi collectoribus, et subcollectoribus, ac militiarum, non tamen dicti sancti Joannis Hierosolymitani prædictarum receptoribus, officialibus, aut prioribus, et quibusvis aliis personis, tam sæcularibus, quam regularibus, etiam cujusvis militiæ, et cujusvis gradus, status, ordinis et præeminentiæ, etiamsi speciali nota digni existant, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes præfatorum conclavistarum desuper molestare audeant, seu præsumant; ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, et codicillorum per ipsos conclavistas de eorum bonis hujusmodi faciendas semper, et perpetuo validas, et efficaces fore.

Facultas concessa etiam equitibus cujuscumque militiæ retinendi pensiones ad summam ducatorum 200.

Ac cum eisdem conclavistis etiam in militia sancti Joannis Hierosolymitani, et in quavis alia militia expresse professis, quod ratione quarumcumque pensionum annuarum eis, et eorum cuilibet super quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum, et etiam mensarum episcopalium, archiepiscopalium, abbatialium, necnon dignitatum quarumcumque, ac monasteriorum etiam per ejusdem S. R. E. cardinales ad præsens obtentorum, et in posterum quomodolibet obtinendorum fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de camera pro quolibet eorum nunc, et pro tempore reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum habitum, et tonsuram clericalem gestare; et in illis dommodo alias ipsi habitum decentem, et honestum, ac per milites præfatos gestari solitum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam desuper cogi, seu compelli, minusque aliquas sententias, censuras, nec etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum pœnas occasione præmissorum incurrere possint, sed easdem pensiones usque ad præfatam summam ducentorum ducatorum hujusmodi ascendentes, et reservatas, et in posterum reservandas, ut præfertur, etiamsi matrimonium quoad milites alicujus militiæ, videlicet cum militia compatibile jam contraxerint, vel post hac contrahere voluerint cum unica, et virgine, tantum recipere, et quoad vixerint, et quilibet eorum respective vixerit retinere libere, et licite valeant, de speciali dono gratiæ dispensamus. Et insuper conclavistis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, vel cathedralium, seu duarum insignium urbis collegiatarum ecclesiarum, aut personæ aliæ quæcumque ecclesiasticæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in Romana curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super quibuscumque fructibus etc. juribus, obventionibus, at emolumentis universis, certis, et incertis quarumcumque mensarum episcopalium, archiepiscopalium, et abbatialium, ac etiam distributionibus quotidianis etiam ratione servitii, et mercedis dignitatum, canonicatuum, et præbendarum, cæterorumque aliorum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura sæcularium et quorumvis ordinum regularium, non tamen per S. R. E. cardinales obtentorum reservatas, seu reservandas, seu fructus etc. hujusmodi beneficiorum reservatos, seu reservandos, etiamsi, semel, vel pluries translatæ, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum auri de cameræ similium in toto, vel in parte, ac in una, seu pluribus vicibus, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas seu fructus etc. hujusmodi usque ad summam præfatam centum ducatorum uni, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis, vel etiam clericali charactere tunc temporis nondum insignitis cum clausula tamen ex tunc, prout postquam dicto charactere rite insigniti fuerint, seu alias pensionum, seu fructuum hujusmodi capacibus per eosdem conclavistas, et illorum singulos nominandos, etiam quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus similiter eis quoad vixerint, vel eorum procuratoribus legitimis, eisdem modo, et forma quibus eisdem conclavistis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque beneficia hujusmodi obtinentium consensu integre persolvendas, et per eos propria auctoritate percipiendas, exigendas, et levandas, aut percipiendos, exigendos, et levandos reservare, constituere, concedere, et assignare possint, itaut præfati translatarii in quasi possessione pensiones, seu fructus etc. hujusmodi exigendi, in qua ipsi conclavistæ tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant, in omnibus, et per omnia subrogati esse censeantur, concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris, alias forsan obtinuerint, seu quislibet eorum

Facultas transferendi pensiones usque ad summam 100. ducatorum.

Abaque necessitate deferendi habitum, et tonsuram clericalem.

Ampliatio in non clericos.

Cumulativa similium gratiarum.

obtinuerit, tam vigore aliorum privilegiorum conclavistarum, quam ex quocumque alio indulto, et privilegio, quorum effectum per hanc novem gratiam, et concessionem impedire nolumus, sed cumulative concessam, et concessas esse volumus, itaut quilibet eorum cumulative, et empliative præfatis facultatibus præsentibus, et preteritis privilegiis hac in re concessis uti, frui, et potiri possint. Decernentes novas reservationes, constitutiones, concessiones, assignationes, et translationes pensionum, ac fructuum etc. hujusmodi, ut præfertur, faciendas ex nunc, prout postquam factæ fuerint plenam roboris firmitatem obtinere, ipsaque beneficia super quorum fructibus etc. aliisque hujusmodi reservatæ fuerint obtinentes ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore. Necnon conclavistis præfatis, qui s. Johennis Hierosolymitani, seu cujusvis alterius militiæ, seu religionis regularis etiam expresse professi sunt, ut etiamsi ab eorum conventu absentes existant, dummodo tamen quinquennalem, seu etiam debitam residentiam in conventu fecerint, et consueta servitia præstisterint quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, ac quarumvis pensionum, et commendarum eorum militiæ, seu religionis capaces existant perinde ac si in eadem militia, seu religione antianitatem de justitia consecuti fuissent, similiter indulgemus.

Concessio antianitatis equitibus.

Præterea eosdem conclavistas si qui eorum defectum natalium patiantur ex quocumque damnato, et illicito coitu, etiamsi ex nobilibus perentibus, et vilibus fœminis procreati existant, etiamsi alias legitimati existant, legitimamus, omnemque ab illis genituræ hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac legitimis natalibus restituimus, et cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et maternis, ac aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque, sine tamen præjudicio venientium ab intestato, vel fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione, et præterquam in bonis ecclesiasticis, et ab Ecclesia provenientibus succedere, et illa donationis, vel alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere eos ad omnia jura, legitimas successiones ex testemento, vel ab intestato, hæreditates, legata, libertates, restituendo realiter, et cum effectu, ac ad dignitates, honores, et quæcumque alia officia sæcularia, publica, vel privata, etiam assumi, illaque gerere, et exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legitimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obsistat impedimentum, ut clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt insigniri, ac ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines si nondum ad illos promoti sint promoveri, ac postmodum charactere, et ordinibus hujusmodi, ac illorum privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, et quæcumque, et qualiacumque cum cura, et sine cura beneficia ecclesiastica, etiamsi personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva in cathedralibus, et metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis, seu si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, ac canonicatus, et præbendæ, ac dignitates non tamen majores post pontificalem in cathedralibus, aut principales in collegiatis ecclesiis hujusmodi fuerint si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur in eisdem recipere, et dummodo plura simul non sint, quam, quæ e concilio Tridentino permittuntur quoad vixerint retinere libere, et licite valeant similiter dispensamus:

Legitimatio spuriorum.

Habilitatio ad successiones, honores, ordines, et beneficia.

ac omnes, et quoscumque defectus si qui forsan sint in omnibus, et quibuscumque provisionibus, ac permutationibus beneficiorum quorumcumque eorundem conclavistarum tam ob multiplicitatem titulorum, ac ob incursionem quorumcumque censurarum etiam irregularitatis, et similiter in expeditionibus literarum apostolicarum super illis, quam alias ex quavis causa provenientes quoad præteritum tantum, ac sine præjudicio juris alicui quæsiti, et dummodo non intercesserit simoniæ labes, nec aliqua lis desuper pendeat sanamus, ac provisiones hujusmodi vigore præsentium in utroque foro, perinde ac si novas provisiones obtinuissent revalidamus, et quatenus opus sit, omnibus, et singulis eorum de omnibus, et singulis dignitatibus, et aliis cum cura, et sine cura beneficiis ecclesiasticis quomodolibet qualificatis, et nuncupatis etiam cujusvis ordinis regularibus per eos respective obtentis de novo etiam respective providemus, ac omnes, et singulas pensiones eis, et eorum singulis super quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum quomodolibet qualificatorum, et nuncupatorum etiam alicujus ordinis regularium fructibus etc. ac etiam distributionibus quotidianis respective reservatas

Sanatio defectuum provisionum.

similiter de novo reservamus; ipsisque conclavistis, eorumque singulis quoscumque, fructus etc. ecclesiasticos occasione quarumcumque dignitatum, canonicatuum, et præbendarum, aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque, ac quarumcumque pensionum annuarum ipsis, et eorum cuilibet respective collatorum, et reservatarum tam ex antedictis, quam ex aliis defectibus, et occasionibus etiam ratione omissionis recitationis horarum canonicarum, vel eorum non promotionis ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines, vel non susceptionis gradus doctoratus indebite perceptos cujuscumque quantitatis fuerint gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate, et irregularitate per eos propterea quomodolibet contracta, vel etiam ex eo, quod censuris hujusmodi legati missas et alia divina officia, dummodo tamen non in contemptum clavium celebraverint, aut alias in divinis se immiscuerint, quodque illa, et præmissis eisdem non obstantibus ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines alias rite, et dummodo nullum aliud alicui eorum obstet canonicum impedimentum, promoveri, et in illis, et in susceptis per eos alias rite ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare libere, et licite valeant dispensamus, quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, et quævis aliæ literæ apostolicæ provisionum quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum hujusmodi, prout Nostris familiaribus continuis commensalibus eisdem conclavistis, et eorum cuilibet gratis dentur, concedantur, et expediantur, ac etiam literæ ipsæ in forma Brevis tam de capienda possessione nomine dictæ cameræ apostolicæ, quam alias uti illis super provisionibus quorumvis beneficiorum ecclesiasticorum dari poterunt, similiter gratis deotur, concedantur, et expediantur, ac dari, concedi, et expediri omnino debeant etiam præcipimus, et mandamus, ac eisdem conclavistis, et eorum cuilibet, ut alia similia, vel dissimilia indulta, privilegia, facultates, et gratias hactenus eis, at eorum cuilibet per Nos, et romanos pontifices prædecessores Nostros, et Sedem præfatam concessa in suo robore, et firmitate cum præsentibus stare; ac illorum omnium, et singulorum tenores perinde ac si de verbo ad verbum inserti forent præsentibus haberi volumus pro expressis, quam in posterum concedenda specialia, vel generalia, quibus per præsentes, ac præsentibus per illa minime in aliquo præjudicare intendimus, ita ut quotcumque, et qualiacumque fuerint unum alteri derogare non censeantur, sed eos, et eorum quemlibet illis simul, ac cum præsentibus prædictis cumulative, vel singulariter, prout eisdem conclavistis, et eorum cuilibet magis expediens videbitur, frui, et gaudere posse decernimus, dummodo tamen præsentibus non adversentur similiter concedimus, et indulgemus. Postremo eosdem conclavistas, eorumque aliquem ad præsentem motum proprium, seu literas super præsentibus si videbitur conficiendas in dicta camera insinuandum, aut admitti, et registrari petendum minime teneri, nec illum, seu illas etiamsi motus proprius, et literæ hujusmodi intra legitimum tempus insinuatus, admissus, at registratus non fuerit, seu illæ insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint propterea minus validum, seu validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, ac motum proprium, et literas hujusmodi, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, decretis, et constitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, vel moderarentur, quæ a Nobis, et a dicta Sede pro tempore, et ex quibusvis causis etiam urgentissimis, etiam in favorem fidei, ac divini cultus augumentum etiam consistorialiter, vel alia quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanavarint minime comprehensum, et et comprehensas esse, sed quoties illæ emanabunt toties eum, et eas in pristinum statum restitutum, repositum, et plenarie reintegratum, et restitutas, repositas et plenarie reintegratas, seu restituendum, reponendum, et plenarie reintegrandum, et restituendas, reponendas, et plenarie reintegrandas esse censeri. Et insuper cum dilectus filius Alexander de Turre presbyter romanus et basilicæ s. Mariæ Transtyberim pariter nuncupatæ de urbe canonicus, coadjutor dilecti etiam filii Joannis Philippi de Turre in officio subcollectoris generalis quindenniorum, tamquam dictorum conclavistarum procurator in præmissis, sedulam pro eis operam navaverit, propterea, et aliorum meritorum suorum, et obsequiorum Nobis, et dictæ Sedi impensorum intuitu, volentes ipsum specialibus favoribus et gratiis prosequi, eidem Alexandro, licet ipse in conclavi prædicto non intervenerit, ni-

Remissio fructuum male perceptorum.

Absolutio ab irregularitate.

Expeditio literarum apostolicarum gratis.

Confirmatio aliorum similium, vel dissimilium privilegiorum.

Exemptio ab insinuatione in camera.

Comprehensio procuratoris in privilegiis.

hiteminus omnibus, et singulis supradictis gratiis, privilegiis, facultatibus, immunitatibus, libertatibus, honoribus, prærogativis, præeminentiis, indultis, exemptionibus, cæterisque præmissis, non tamen quoad participationem decem millium scutorum auri hujusmodi per Nos, ut supra, dictis conclavistis donatorum, et inter eos, ut præfertur, distributorum, seu distribuendorum tanquam conclavista frui, et gaudere libere, et licite possit, et valeat, perinde ac si conclavi hujusmodi vere, et realiter interfuisset. Constitutionibus, at ordinationibus, cæterisque supradictis, et aliis contrariis nequaquam obstantibus motu, scientia, et auctoritate similibus de speciali gratia indulgemus; sicque per quoscumque judices, etiam commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet in quavis instantia aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, irritumque etc. attentari. Et insuper dilecto filio Nostro Henrico Benedicto Mariæ Clementi episcopo Tusculano, et s. Laurentii in Damaso nuncupati commendatario prædictæ S. R. E. card. duci Eboracensi nuncupato, ejusdem S. R. E. vice-cancellario, et literarum apostolicarum summatori, ac dilectis filiis cameræ apostolicæ ministris loco secretariorum apostolicorum suppressorum, præsidenti plumbi, aliisque officialibus, ad quos literarum præfatarum desuper conficiendarum expeditio per viam secretam quomodolibet spectat, et pertinet sub pœna indignationis Nostræ motu simili, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine paribus etiam mandamus, ut præfatas literas super prædictis omnibus, et singulis, tam conjunctim, quam separatim pro singulis, quibus concessa fuerunt, ac seorsim, et separatim cum omnibus, et quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis concessis gratis, etiam quoad compositionem in dataria Nostra, et per eandem viam secretam absque alio mandato expediant, et expediri faciant; insuper omnia, et singula privilegia, gratias, et concessiones eisdem conclavistis, et eorum cuilibet a diversis summis romanis pontificibus prædecessoribus Nostris hucusque concessa, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus confirmamus, et approbamus, ac de novo liberalissime concedimus. Non obstantibus præmissis, ac de certo eorumdem notariorum numero, etiam si ad illum non sit deventum, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de præstando consensu in pensionibus, et fel. rec. Pii pp. IV. de similibus, et dissimilibus gratiis in dicta camera infra tres menses præsentandis, et registrandis, ac Pii V. romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum contra illegitimos, necnon Pictaviensis concilii, ac Nostris, et cancellariæ præfatæ regulis, etiam in crastinum dictæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem editis, et in prædicta cancellaria publicatis, ac etiam in universalibus, et provincialibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, ac ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, etiam s. Joannis Hierosolymitani, ac etiam urbis Romæ, ac aliarum civitatum, oppidorum, et terrarum cameræ prædictæ, et quarumvis universitatum, etiam juramento etc. roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, naturis, decretis, et novis reformationibus, etiam legibus tam pontificiis, quam imperialibus, regiis, et ducalibus, et sacris canonibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis illis, eorumque superioribus, et personis, ac locis quibuscumque in genere, vel in specie, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam vim contractus, et statuti perpetui continentibus, ac etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et consistorialiter, ac alias in contrarium concessis, confirmatis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus etc. etiamsi de illis etc. eorumque tenores etc. illis alias etc. permansuris hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse motu pari derogamus. Cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Clausula sublata, et decretum irritans.

Expeditio gratiosa, et per viam secretam. Derogationes.

Fiat Motu proprio F. A.

§. 2. Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et quod obstantiæ etiam beneficiales conclavistarum, et ab eis subrogatæ hujusmodi, et dispensationes, ac indulta habeantur pro expressis, seu in toto, vel parte exprimi possint in literis, et in casibus regulæ de insordescentibus, cum opportuna illius, necnon alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, derogatione, at quarumcumque aliarum constitutionum apostolicarum, et conciliorum etiam generalium, at statutorum, et stabilimentorum, usuum, naturarum, constitutionum

Absolutio a censuris

E

synodalium, statutorum, et privilegiorum populi romani, et Cluniacensis, Cisteroiensis, s. Benedicti, s. Augustini, et aliorum ordinum, et militiarum, etiam s. Joannis Hierosolymitani, et ecclesiis, et monasteriis, civitatibus, et locis, et personis, et dominiis temporalibus, sub quibuscumque verborum formis, et cum quibusvis efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, et decretis, etiam consistorialibus, etiam contra alienigenas, et alias personas certis modis non qualificatas, aut alias quomodolibet concessis, quorum tenores etc. latissime, ac de verbo ad verbum prout ipsis conclavistis magis placuerit, exprimi possint, etiam cum suspensione quarumcumque gratiarum, indultorum, quibusvis ordinariis collatoribus conferendi beneficia ecclesiastica, etiam reservata, ad eorum collationem etc. pertinentia, et in omnibus, aut certis expressis causis quomodolibet concessis latissime extendendis, itaut omnia tollantur; et quod sola præsentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in judicio, et extra, regula quacumque contraria non obstante.

Præceptum de describendis nominibus conclavistarum.

§. 3. Et quod præmissorum omnium, et singulorum indultorum, concessionum, gratiarum, et derogationum, major, et verior specificatio, et expressio fieri possit in literis, si videbitur, in quibus singulorum conclavistarum nomina, et cognomina, qualitates, ordines, gradus, diœcesis, patria, et cætera requisita exprimi, et describi, seu expressis, et descriptis haberi possint, inter eos sacrista, et magistri cæremoniarum cappellæ Nostræ, necnon secretarius collegii eorumdem cardinalium, et cæteri alii in notula per ipsos magistros cæremoniarum facta, et descripta adnotati, et descripti, si alias ad pensiones, et beneficia hujusmodi habiles, et capaces fuerint, comprehendantur, et adnotentur simul, vel ad partem, etiam in una, non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedien.

Fides habenda transumptis

§. 4. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum, seu præsentis motus proprii Nostri transumptis impressis, et sigillo, ac manu alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, et etiam descriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis, seu præsenti motui proprio Nostro originali adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ, aut exhibitus, vel ostensus foret. FIAT J. A.

Datum Romæ apud s. Petrum octavo idus aprilis anno primo.

XV.

Dat. die 5. aprilis 1775. Anno I.

Imminutio festorum in diœcesi Compostellana.

Venerabili fratri archiepiscopo Compostellano.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio imminuendi aliquando dies festos.

§. 1. Cum sicut, quædam sunt, ut inquit sanctus Leo magnus prædecessor Noster, quæ nulla possunt ratione convelli, ita multa sint, quæ aut pro consideratione ætatum, aut pro necessitate rerum oporteat temperari, illa semper conditione servata, ut in his, quæ vel dubia fuerint, aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec præceptis evangelicis contrarium, nec decretis sanctorum patrum inveniatur adversum. Ea propter apostolica hæc sancta Sedes pro paterna erga universos Christifideles benignitate, quoad integrum sibi fuit, consuevit supremam suam in iis auctoritatem interponere, quæ cæteroquin ad majus divini cultus incrementum præscripta, aut per frigescentem in nonnullorum cordibus charitatem, ad otium, luxuriamque convertuntur, aut ob rerum ad vitam traducendam necessariarum inopiam non sine conscientiæ angore contemnuntur.

Supplicationes propositæ ab ordinario diœcesis Compostellanæ pro assequenda imminutione festorum.

§. 2. Quoniam autem, sicut pro parte tua Nobis expositum fuit, eidem fraternitati tuæ innotuit, quod in tua diœcesi Compostellana adeo excreverunt calamitates, et angustiæ propter præsentium temporum infortunia, ut miseri illius habitatores, incolæque, et præsertim ii, qui in sudore vultus sui panem comedunt, persæpissime coguntur (quamvis animo invito) dies festos negligere, operibusque mechanicis sese addjcere pro pane lucrando, et id eo facilius contigit ob excretum dierum festorum numerum: ac propterea Nobis humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Indulgetur juxta preces.

§. 3. Nos itaque, qui Christifidelibus, quantum cum Domino possu-

mus, salutare remedium potius ad æternam salutem comparandam, et humanam vitam honeste substinendam adhibere, quam per severiorem Ecclesiæ disciplinæ rigorem ad desperationem inopes adducere cupimus, dictos incolas specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, ei quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus tuo nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, omnibus utriusque sexus Christifidelibus in prædicta tua Compostellana diœcesi existentibus, ut deinceps, exceptis omnibus diebus dominicis, nec non Natalis Domini Nostri Jesu Christi, et sequenti sancti Stephani, Circumcisionis, Epiphaniæ, paschatis Resurrectionis, et sequenti, Pentecostes, et sequenti, ac corporis Christi, et Ascensionis, sancti Joannis Baptistæ, et sanctorum Petri, et Pauli, ac Jacobi apostolorum, et commemorationis omnium sanctorum; præterea quinque dicatis beatæ Mariæ virgini immaculatæ scilicet Annuntiationis, Purificationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, nec non sancti patroni, aut tutelaris cujuslibet loci pro hominibus ejusdem loci, dumtaxat festivis diebus, in quibus integra manet præcepti obligatio, in reliquis vero festis sive per hanc sanctam Sedem præceptis, sive per synodales ejusdem diœcesis constitutiones, sive quacumque alia de causa, etiam ex causa voti per majores suos facti, quod quoad hanc partem etiam auctoritate Nostra apostolica per te commutari volumus, præceptis, præscriptisque (audita tamen missa) laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus sine ullo prorsus conscientiæ scrupulo vacare possint, auctoritate Nostra apostolica concedas, et indulgeas, permittas, ac statuas, præcipias, et mandes.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non diœcesis prædictæ, illiusque locorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XVI.

Datum die 8. aprilis 1775. Anno I.

Mandatum episcopis græcis ritus uniti, ut eorum sententiam referant super diminutione festorum.

Venerabilibus fratribus episcopis Fogaracsiensi, Munkaciensi, Schidvicensi ritus græci uniti.

Pius pp. VI.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Usus s. Sedis minuendi dies festos si ita expediverit necessitatibus spiritualibus Christifidelium.

§. 1. Assueto paternæ charitatis affectu, quo romani pontifices prædecessores Nostri Christifidelium omnium spiritualibus simul ac temporalibus necessitatibus consulere semper studuerunt, dies quoque festos ad preces carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ reginæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris in romanorum imperatricem electæ viduæ in civitatibus, et diœcesibus ejus dominio subjectis primum imminuit fel. rec. Benedictus papa XIV., deinde vero temperata etiam jejunii lege, eorumdem festorum numerum rec. mem. Clemens papa XIV. magis quoque cohibendum esse decrevit. Quocirca per suas cuique ex archiepiscopis, et episcopis earumdem civitatum in simili forma Brevis expeditas literas, quid ab ipsis statuendum, exequendumque propterea esset, idem Clemens prædecessor uberrime patefecit,

nec non omnes dies, in quibus firma adhuc præcepti obligatio retinenda foret distincte enumeravit.

Imminutio facta pro Christifidelibus latini ritus non valet pro aliis græci ritus.

§. 2. Cum autem non una, eademque festorum celebrandorum ratio inter latinos vigeat ac græcos ritus uniti; hinc eadem carissima in Christo filia Nostra pro eximia, qua pollet pietate, et erga omnes sibi subjectos populos singulari studio enixe a Nobis postulat, ut necessitatibus quoque græcorum hujusmodi, qui sub suo felici dominio reperiuntur de apostolica benignitate opportune providere dignaremur. Ut igitur in re tanti momenti sanctorum venerationem, animarumque æternam salutem respiciente, quid statuendum sit matura deliberatione adhibita, præscribere valeamus, fraternitatibus vestris, de quarum intergritate, doctrina, ac religionis zelo plurimam in Domino fiduciam habemus, per præsantes committimus, ut juxta vobis datam a summo luminum patre prudentiam serio perpendatis, quot dies festi in unaquaque ex vestris respectivis diœcesibus imminuere magis congruum, atque expediens vobis in Domino videatur. Postmodum vero, ne salutaris jejuniorum medela animabus eorumdem græcorum unitorum unquam deficiat modum, ac tempus quo jejunia in posterum statuenda sint perscrutetis, ac denique ne festorum diminutorum celebritas a memoria excidat Christifidelium hujusmodi, quibus diebus festis tum apostolorum, cum martyrum commemoratio in missa peragenda sit Nobis proponite. His enim omnibus assueta prudentia, charitate, et religionis zelo fraternitatum vestrarum consideratis, et a vobis intellectis id adjuvante Domino præscribemus, quod venerationi sanctorum, et istarum animarum vestræ curæ commissarum majori spirituali bono magis expedire putabimus. Interea vero fraternitatibus vestris, ac ovibus solicitudini vestræ concreditis apostolicam benedictionem peramanter impertimur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XVII.

Dat. die 8. aprilis 1775. Anno I.

Facultas episcopis græcis ritus uniti minuendi dies festos, transferendi jejunia etc.

Venerabilibus fratribus episcopis Fogaracsiensi, Munkaciensi, Schidvicensi ritus græci uniti.

Pius pp. VI.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem.

Proemium.

§. 1. Assueto paternæ charitatis affectu, quo romani pontifices prædecessores Nostri Christifidelium omnium spiritualibus simul ac temporalibus necessitatibus consulere semper studuerunt, dies quoque festos ad praces carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ reginæ apostolicæ, et Bohemiæ reginæ illustris in romanorum imperatricem electæ viduæ in civitatibus, et diœcesibus ejus dominio subjectis primum imminuit fel. rec. Benedictus papa XIV., deinde vero temperata etiam jejunii lega, eorumdem festorum numerum rec. mem. Clemens papa XIV. magis quoque cohibendum essa decrevit. Quocirca per suas cuique ex archiepiscopis, et episcopis earumdem civitatum in simili forma Brevis expeditas literas, quid ab ipsis statuendum, exequendumque propterea asset, idem Clemens prædecessor uberrime patefecit, nec non omnes dies, in quibus firma adhuc præcepti obligatio retinenda forat distincte enumeravit.

Preces porrectæ a regina Hungariæ, pro obtinenda imminutione festorum pro Christifidelibus regni sui, qui servent græcum ritum.

§. 2. Cum autam non una, eademque festorum calebrandorum ratio inter latinos vigeat ac græcos ritus uniti; hinc eadem carissima in Christo filia Nostra pro eximia, qua pollet pietate, et arga omnes sibi subjectos populos singulari studio enixe a Nobis postulat, ut necessitatibus quoque græcorum hujusmodi, qui sub suo felici dominio reperiuntur da apostolica benignitate opportune providere dignaramur.

Facultates opportunas ad rem concedit pontifex, singulis ordinariis locorum, cum opportunis legibus, et declarationibus.

§. 3. Nos igitur ipsius votis quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, ut quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ut ipsi Christi fideles græci in unione, qua, propi-

tiante Deo, cum latina ecclesia nunc sunt, in posterum quoque indesinenter, alacriterque perseverent, fraternitatibus vestris facultatem, ut in vestris respective civitatibus, et diœcesibus Austriacæ ditioni subjectis, retentis tamen, ac celebratis festivis diebus Resurrectionis, et Pentecostes, aliisque per, annum diebus dominicis, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, nec non quinque dicatis beatæ Mariæ virgini, scilicet Purificationis, Annuntiationis, Assumptionis, Nativitatis, et Conceptionis, ac etiam festis sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, et omnium sanctorum, reliquos dies festos per eosdem græcos celebrari solitos prout magis congruum, atque expediens vobis in Domino videbitur, minuere, ac præscripta pro eis jejunia transferre, nec non aliorum apostolorum, et martyrum commemorationem in alicujus diei festi celebritate peragere valeatis, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Commissum tamen opus, venerabiles fratres, ita absolvere curabitis, ut quoad fieri poterit, et cujusque respective diœcesis necessitates, ac rationes postulabunt, græcorum hujusmodi indigentiæ, et salutari animarum medelæ ex jejunio percipiendæ prudentia, et charitate vestra pia, sancteque a vobis consultum fuisse omnes agnoscant, et fateantur.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac civitatum, et diœcesum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XVIII.

Dat. die 9. aprilis 1775. Anno I.

Privilegia, exemptiones, et indulta concessa dapiferis, qui in conclavi S.R.E. cardinalibus inservierunt.

Pius PP. VI.

Urbis

Motu proprio etc.

Nos volentes dilectos filios Nostros, dum cardinalatus honore fungebamur, ac venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium dapiferos, qui conclavi, in quo divina favente clementia ad summi apostolatus apicem assumpti fuimus, inservierunt, quique ea de causa labores, vigilias, et incommoda plura subierunt, habita ratione obsequiorum hujusmodi favoribus, gratiis, et privilegiis pro cujuscumque meritis exornare, ac eosdem dapiferos, et eorum singulos motu proprio non ad ipsorum dapiferorum, vel alterius pro ipsis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam; sed de mera liberalitate, certaque scientia Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine in veros indubitatos, et non fictos familiares continuos commensales Nostros, et eos, qui ex illis clerici existunt, seu militiæ clericali adscribi desiderant, quosque tres ex præfatis cardinalibus, in quolibet ordine antiquiores gradu, nobilitate, et aliis meritis, dignos tali dignitate judicaverint in Nostros, et apostolicæ Sedis notarios, sine tamen præjudicio dilectorum filiorum notariorum de numero participantium, tenore præsentium recipimus, et tam illos, quam alios dapiferos singulos, qui sigillatim ab eisdem tribus cardinalibus, digni tali honore approbati fuerint, sacri palatii, et aulæ Lateranensis comites, et milites, ac tam illos, quam alios omnes quoscumque dapiferos indistincte, qui nobiles non sunt; nobiles quique urbis vel cujusvis alterius ex civitatibus, temporali dominio dictæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis, cives esse voluerint singulos, in ea ipsa civitate, quam sigillatim quisque eorum elegerit, et ad quam ab eisdem cardinalibus se admitti, petierit, veros cives, ad instar, et nulla prorsus differentia, inter eos, et singulos alios veros, originarios, et antiquissimos, et nobiles participantes, cives ipsius urbis, vel civi-

Receptio in familiares.

In notarios.

Creatio in comites, milites, et nobiles.

Electio civilitatis.

Etiam pro heredibus.

tatis; ita ut ipsum jus civilitatis ad quoscumque eorum hæredes eodem modo transeat creemus, constituimus, et deputamus, ac nobilitatis, et civilitatis titulo, et honore, et insigniis decoramus; aliorumque familierium continuorum commensalium, Nobis actu in palatio Nostro apostolico servientium, et in illius tinello comedentium, et bibeutium, ac Nostrorum, et Sedis apostolicæ notariorum, palatiique, et aulæ præfatæ comitum, militum, et nobilium, et civium bujusmodi originariorum numero, et consortio fevorabiliter aggregamus, et pro veris, indubitatis, et non fictis familiaribus continuis commensalibus, ac notariis Nostris, comitibusque, militibus, nobilibusque, ac civibus deinceps haberi, et reputari volumus, et mandamus; eisque in quibuscumque impetrationibus, ac concessionibus, et literis tam gratiam, quam justitiem separetim, seu utramque mixtim concernentibus, se familiares continuos commensales Nostros, et comites, milites, nobilas, ac cives, et origiuarios nomineri, nec propterea impetrationes, concessiones, et literæ ipsæ subreptionis vitio subjaceant, sed validæ, et efficaces existant, ac ex nunc deinceps, et in perpetuum omnibus, et quibuscumque prorsus similibus antelationibus antelationum, prærogativis, privilegiis, libertatibus, immunitatibus, examptionibus, decretis, et declarationibus, derogationibus, mandatis, suspensionibus, favoribus, gratiis, privilegiis, indultis, ac juribus, quibus alii Nostri familieres tempore dictæ assumptionis Nostræ ad summi apostolatus apicem, ac quibus alii ejusdem Sedis notarii etiam de numero participantium existentes, etiamsi habitum et rocchettum notariorum ipsius Sedis non deferant, palatiique, et aulæ prædictæ comites, milites, ac nobiles originarii, et antiquissimi cives ejusdem urbis vel civitatis, quem ut præfertur elegerint, quicumque ex utroque parente, vere nobili, ac cive originario, et antiquissimo procreati de jure, statuto, consuetudine, vel elias ex eliquo speciali privilegio, seu alias etiem per quascumque literas, seu constitutiones apostolicas pro tempore editas utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et geudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum ubique locorum in judicio, et extra sine tamen eorumdem notariorum, de numero participantium præjudicio, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite valeant realiter et integra in omnibus, et per omnia, etiamsi in urbe, et civitate hujusmodi non habiteverint, perinde ac si de vero nobili genere ex utroque parente originario, et antiquissimo cive procreati forent, et hujusmodi prærogativæ, privilegia, exemptiones, gratiæ, favores, concessiones, indulta, et jura, quæ pro aliis nobilibus, et civibus originariis emanarunt, et quæ ratione nobilitatis, et civilitatis naturalis, et originariæ aliis competunt pro eisdem dapiferis in specie emanassent, seu emanerent, et eis naturaliter de jure, statuto, consuetudine, fundatione, vel alias competerent vigore præsentium indulgemus, ac singulos dapiferos præfatos a solutione et exactione decimarum ecclesiasticarum, ubique locorum, et ex quacumque quantumvis urgentissima, et inexcogitebili causa, et occasione, etiam ed instantiam imperatoris, regum, rerumpublicarum etiem Venetorum, et quorumcumque aliorum principum impositarum, et pro tempore imponendarum, non tamen decimarum, subsidiorum, et onerum impositorum in subsidium expeditionis contra Turcas, et orthodoxæ fidei hostes, liberamus, et eximimus; liberosque, et exemptos fore, et esse decernimus; nec non ipsis dapiferis, eorumque singulis quoscumque fructus, et proventus ecclesiasticos, tam occasione pensionum annuarum ipsis, vel eorum elicui reservatarum, quam ratione omissionis, recitationis horarum canonicarum indebite perceptos, cujuscumque quantitatis fuerint, gratiose remittimus, et condonamus, ac cum eis super inhabilitate per eos, propteree quomodolibet contracta, vel etiam ex eo quod censuris ligati, missas, et alia divina officia, non tamen in contemptum clavium celebraverint, eut alias in divinis se immiscuerint, ut illa, et eisdem præmissis non obstantibus ad omnes, etiam sacros, et presbyteratus ordines, alias tamen, rite promoveri, et in illis etiem susceptis alies rite per eos ordinibus, etiam in altaris ministerio, ministrare, etiam libere, et licite valeant, dispensamus; ac eosdem depiferos, si qui eorum defectum natalium patiantur ex quocumque damneto, et illicito coitu, etiemsi ex nobilissimis parentibus, et vilibus fœminis forsan procreati sint, etiamsi legitimati elies existant, legitimamus, omnemque ab illis geniture hujusmodi maculam, sive notam abstergimus, et abolemus, ac

Exemptio ab habitatione in civitate.

A gabellis, et decimis, aliisque oneribus.

Remissio fructuum male perceptorum.

Legitimatio spuriorum.

legitimis netalibus restituimus, ac cum eorum singulis, ut in quibuscumque bonis paternis, et maternis; et aliorum consanguineorum, seu cognatorum, vel aliorum quorumcumque non tamen phæudatalibus, et emphyteuticis, ant ecclesiasticis, vel ab Ecclesia acquisitis, ac siue præjudicio venientium eb intestato, vel ex fideicommisso, seu alias de jure valida dispositione succedere, et illa donationie, seu alio quovis titulo consequi, et habere, ac ad æquales portiones cum legitimis succedere acs ad omnia jura legitima, et successiones ex testamento, vel ab intestato hæreditates, legata, libertates restituendo, et reintegrando realiter, et cum effectu, necnon ad dignitates, honores, et quæcumque alia officia sæcularia publica, vel privata etiam assumi, illaqua gerere, at exercere in omnibus, et per omnia, ac si de legiimo matrimonio procreati forent, ac eodem defectu non obstante, si aliud canonicum eis non obstet impedimentum; ac clericali charactere, qui illo nondum insigniti sunt, insigniri, et ad omnes etiam sacros, et presbyteratus ordines, si ad illos nondum promoti sunt promoveri, et postmodum charactere, et ordinibus hujusmodi, illorumque privilegiis uti, ac in eisdem ordinibus etiam in altaris ministerio ministrare, ac quæcumque, ac qualiacumque cum cura, et sine cura beneficia ecclesiastica etiamsi personatus, administrationes, et officia, etiam curata, et electiva in cathedralibus, et metropolitanis, vel collegiatis ecclesiis, seu si parochiales ecclesiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, ac canonicatus, et præbendæ non tamen in cathedralibus, ac dignitates, non tamen in eisdem cathedralibus post pontificalem majores, nec principales in collegiatis ecclesiis hujusmodi fuerint, si sibi alias canonice conferantur, eut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur, in illis recipere, et dummodo plura simul non sint, quamque a concilio Tridentino permittuntur quoad vixerint retinere libere, ac licite veleant similiter dispensamus; quodque omnes, et quæcumque gratiæ, provisiones, commendæ, ac præsentes, et quævis aliæ literæ apostolicæ, ac etiam in forma Brevis pro illis expediendæ, gratis ubique expediantur, tam de capienda possessione nomine cameræ apostolicæ, quam in favorem literarum apostolicarum, ubi illis super provisionibus quorumcumque beneficiorum ecclesiesticorum dari poterunt, prout Nostris familiaribus, et continuis commensalibus, etiam gratis dantur, ac conceduntur, etiam dari, et concedi debeant præcipimus, et mandamus; ac dapiferis præfatis, et eorum singulis, ut quicumque loci ordinarii, vel canonici metropolitanarum, aut aliarum insignium ecclesiarum, ant personæ quæcumque ecclesiasticæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tum in Romane curia, quam extra eam ad id per eos, et eorum singulos eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, eorumque singulis super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et emolumentis universis certis, et incertis, ac distributionibus quotidianis quarumcumque mensarum episcopalium, archiepiscopalium, et abbatialium, et dignitatum, et canonicatuum, et præbendarum, cæterorumque beneficiorum ecclesiasticorum, non tamen per S.R.E. cardinales obtentorum, et in posterum obtinendorum, cum cura, et sine cura sæcularium, aut quorumvis ordinum regularium, seu fructus, redditus, et proventus, eliaque emolumenta, et distributiones hujusmodi reservatas, seu reservatos, ac reservandas, seu reservandos, etiamsi alias semel, vel plures translatæ, seu translati fuerint usque ad summam centum ducatorum in toto, vel parte, ac etiam in mortis articulo cassare, et extinguere, ac postquam cassatæ, et extinctæ fuerint alias similes pensiones annuas, seu fructus, redditus, et proventus, et alia emolumenta, et distributiones hujusmodi usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis ecclesiasticis per eosdem dapiferos, et eorum singulos nominandis quotcumque, quæcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus alias tamen pensionum hujusmodi capacibus similiter eis quoad vixerint, vel earum procuratoribus legitimis eisdem modo, et forma, quibus eisdem dapiferis reservatæ, seu reservati erant, etiam absque beneficia hujusmodi obtinentium consensu integre persolvendas, seu persolvendos, et per eos percipiendas, exigendas, levandas, ac percipiendos, exigendos, et levandos, veservare, constituere, et assignare valeant, ipsique translatarii in possessionem dictas pensiones exigendi, in qua ipsi dapiferi tempore translationis per eos vigore præsentium faciendæ existebant in omnibus, et per omnia subrogati esse cen-

Habilitatio ad successiones, honores, ordines, et beneficia.

Expeditio literarum apostolicarum gratis.

Facultas transferendi pensiones usque ad summam centum ducatorum.

Cumulativa similium gratiarum.

eantur, etiam concedimus, et indulgemus, etiamsi similem gratiam a prædecessoribus Nostris alias forsan obtinuerint, seu quilibet eorum obtinuerit, illius effectu cumulative eos gaudere, et potiri volumus; decernentes ipsas translationes, et novas reservationes, constitutiones, et assignationes pensionum, seu fructuum, redditum, et proventuum, aliorumque hujusmodi plenam roboris firmitatem obtinere, ipsosque beneficia, super quorum fructibus, redditibus, et proventibus reservatæ fuerint, obtinentes, ad illas persolvendas efficaciter obligatos fore, ac eisdem dapiferis, ut ratione quarumcunque pensionum eis, et eorum cuilibet, super quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, ut præfertur, vel alias quomodolibet qualificatis, non tamen ultra summam ducentorum ducatorum auri de camera pro quolibet nunc, et pro tempore reservatarum, et reservandarum habitum, et tonsuram clericales gestare, et in illis dummodo ipsi habitum decentem, et honestum deferant, incedere minime debeant, nec ad id a quoquam cogi seu compelli, minusque aliquas sententias, aut censuras etiam privationis, seu cessationis ipsarum pensionum incurrere possint, ipsasque pensiones ad præfatam summam ducentorum ducatorum ascendentes, et reservatas, ut præfertur, etiamsi matrimonium contraxerint, cum unica tantum, et virgine recipere, et retinere; postremo quod bona quæcumque ad dictos dapiferos, et eorum quemlibet spectantia, et per eos etiam ratione quorumcumque beneficiorum ecclesiasticorum, etiam canonicatuum, et præbendarum, ac dignitatum quarumcumque per eos alias obtentorum, et obtinendorum, aut alias quomodolibet, et quovis quæsito colore, vel ingenio, seu eorum industria legitime tamen, et licite acquisita, et acquirenda etiam in urbe, ejusque districtu, et ubicumque existentia spoliis minime subjaceant, sed ipsi dapiferi etiamsi religioni alicujus militiæ non tamen sancti Joannis Hierosolymitani, adscripti fuerint de illis in favorem quarumcumque personarum, de jure tamen capacium etiamsi curiales esse desierint, et in quocumque loco, quantumvis remoto eos decedere contigerit testari, et alias disponere, ejsque ab intestato decedentibus, eorum hæredes quicumque succedere libere, et licite valeant simili modo concedimus, et indulgemus; præcipientes, et mandantes dilectis filiis nunc, et pro tempore existentibus S. R. E. camerario, thesaurario, præsidentibus clericis cameræ Nostræ apostolicæ, ac quibuscumque aliis spoliorum hujusmodi collectoribus, ac militiarum præfatarum officialibus, aut procuratoribus, ne in hujusmodi bonis manus apponant, neque hæredes dictorum dapiferorum desuper molestare audeant, seu præsumant, ac etiam decernentes donationes etiam per viam testamenti, et codicillorum per ipsos dapiferos de eorum bonis hujusmodi, servatis de jure servandis, faciendas, semper et perpetuo validas, et efficaces fore, nec eosdem dapiferos, eorumque aliquem ad literas super præsentibus conficiendas in dicta camera insinuandum, aut admitti, et registrari faciendum, teneri, nec illas, etiam si infra tempus legitimum insinuatæ, admissæ, seu registratæ non fuerint propterea minus validas censeri, sed suos plenarios effectus sortiri debere, easdem præsentes, et in eis contenta quæcumque sub quibusvis limitationibus, revocationibus, suspensionibus, modificationibus, decretis, constitutionibus apostolicis similium gratiarum revocatoriis, vel quæ eas limitarent, aut moderarent, quæ a Nobis, et dicta Sede pro tempore, et de quibuvis causis, etiam urgentissimis etiam in divini cultus augumentum, etiam consistorialiter, vel alias quavis auctoritate hactenus, vel in posterum emanaverint minime comprehendi, sed quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum repositas, et reintegratas esse, et censeri; sicque per quoscumque judices, etiam commissarios quavis auctoritate fugentes in quavis causa, et instantia sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate ubique judicari, et definiri debere, irritum quoque, et inane si secus super his a quoquam quovis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari; et insuper dilectis filiis rescribendario, et computatori collegii scriptorum literarum apostolicarum, aliisque, ad quos earumrumdem literarum expeditio spectat, in virtute sanctæ obedientiæ, et sub pœna indignationis Nostræ motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus mandamus, ut easdem præsentes, et forsan alias literas super præmissis omnibus, tam conjunctim, quam divisim, ac pro singulis quibuscumque derogationibus, decretis, et clausulis in eis contentis, gratis de mandato Nostro, ubique in omnibus officiis, etiam ab-

Marginal notes:

Facultas retinendi pensionem ad summam biscentum ducatorum (beside "cunique pensionum eis …")

Absque necessitate deferendi habitum et tonsuram clericales. (beside "ricales gestare …")

Exemptio a spoliis cum facultatibus testandi exceptis equitibus s. Joannis Hierosolymitani. (beside "obtinendorum, aut alias quomodolibet …")

Exemptio ab insinuatione in camera. (beside "ces fore, nec eosdem dapiferos …")

Clausula sublata, et decretum irritans. (beside "per quoscumque judices, etiam commissarios …")

breviatorum, sollicitatorum, secretariorum, seu illorum suppressorum loco ministrorum cameræ apostolicæ plumbi, et registri absque alia pecuniarum exactione, etiam per viam compositionis facienda, omni contradictione, et dilatione cessantibus signent, expediant, et expediri faciant, non obstantibus eisdam præmissis, ac de certo notariorum numero, etiamsi ad illum non sit deventum, quibus alias per præsentes non intendimus derogare, ac regula Nostra de præstando consensu in pensionibus, ac fel. recordationis Pii pp. IV. prædecessoris Nostri de similibus, vel dissimilibus gratiis in camera apostolica, infra tres menses præsentandis, ac registrandis, ac recolendæ memoriæ sancti Pii pp. V. etiam prædecessoris Nostri contra illegittimos, ac Pictaviensis concilii, et aliis apostolicis, ac etiam in universalibus, provincialibusque conciliis editis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus monasteriorum, ecclesiarum, ordinum, ac etiam urbis Romæ, at aliarum civitatum, et terrarum, aut cameræ præfatæ, ac quarumvis universitatum, etiam juramento, coofirmationa, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, stabilimentis, usibus, et naturis, decretis, ac etiam novis reformationibus, ac etiam legibus tam pontificiis, quam imperialibus, regiis, et ducalibus, etiam sacris canonibus, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis, et locis quibuscumque in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis irritantibus, et aliis decretis etiam vim contractus, et statuti perpetui continentibus, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, ac etiam consistorialiter, ac alias forsan in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, inter alia dispositionibus, quod beneficia urbis, non nisi personis certis modo, et forma qualificatis, et oriundis, exceptis locis, ac
Derogationes. trium ordinum militiarum expresse professis conferri, et commendari debeant: quibus omnibus etiamsi alias pro eorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac da verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse harum serie, motu pari derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Fiat Motu proprio F. A.

Et cum absolutione a censuris ad effectum etc. Et in casibus regulæ de insordescentibus cum opportuna illius, nec non alterius regulæ de non tollendo jure quæsito, aliisque necessariis, et opportunis derogationibus, quatenus opus sit, at quod indultorum, concessionum, gratiarum, derogationum, aliorumque præmissorum omnium, et singulorum major, et verior specificatio, et expressio fieri posset in literis, in quibus singulorum dapiferorum nomina, et cognomina, ordines, qualitates, gradus, diœceses, patriæ, et alia requisita exprimi, et describi, seu pro expressis, et descriptis haberi possint juxta notulam per ipsos, seu eorum deputatos confectam, simul, vel ad partem etiam in una non facta mentione de alia, vel aliis prout videbitur expedire et expedien. etc. Volumus autem, quod literarum super præsentibus conficiendarum transumptis etiam impressis, at sigillo, et manu alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, et subscriptis eadem fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Volumus præterea quod sola præsentis motus proprii Nostri signatura sufficiat, et ubique fidem faciat in judicio, et extra illud regola quaecumque contraria non obstante. *Fiat. J. A.*

Datum Romæ apud sanctum Petrum nonis aprilis anno primo.

Nihil Thomas Ghignardi

Reg. Lib. primo secretorum f. 125.

Expeditor = Philippus Orengus.

NOMINA

Eminentissimorum dominorum cardinalium, et dominorum dapiferorum sunt hæc quæ sequuntur.

Joannes Angelus Braschi nunc Pius pp. VI. Cæsenatensis.
Gregorius Bandi clericus, patritius Cæsenatensis ssmi domini nostri domini Pii pp. VI. intimus cubicularius.

Episcopi V.

Joannes Franciscus episcopus Portuensis et sanctæ Rufinæ S. R. C. cardinalis Albani sacri collegii decanus.
Aloisius ex marchionibus de Torres patritius Romanus.
Henricus Benedictus Maria Clemens episcopus Tusculanus S.R.E. cardinalis dux Eboracensis ejusdem S. R. E. vicecancellarius.
Marinus Orsini de Aragonia ex ducibus Graviuæ Romanus.
Fabritius episcopus Ostiensis, et Veliternensis S. R. E. cardinalis Serbelloni.
Jacobus Philippus Pascucci clericus nobilis Tolentinus basilicæ sanctæ Mariæ in Cosmedin de urba canonicus.
Carolus episcopus Sabinensis S. R. E. cardinalis Rezzonico.
Philippus Columna patritius Romanus.
Franciscus Joachim episcopus Albanensis S. R. E. cardinalis de Bernis.
Comes Carolus Odoardus Drummond ex ducibus de Melfort clericus Uticensis diœcesis.

Presbyteri XXVIII.

Carolus Victorius Amadeus tituli sanctæ Praxedis a Lanceis archiepiscopus Nicosiensis.
Ignatius Ussello ex comitibus de Nichelino clericus nobilis Taurinensis civit. vel diœcesis.
Vincentius tituli sanctorum Marcellini, et Petri Malvezzi archiepiscopus Bononiensis.
Samuel de Gripiere de Moncroc presbyter Condomiensis, et vicarius generalis archiepiscopi Albiensis.
Antoninus tituli sanctæ Pudentianæ Sersale archiepiscopus Neapolitanus.
Fabius Baltassar Maria ex comitibus de Vecchi clericus patritius Senensis.
Franciscus tituli sanctorum XII. apostolorum de Solis Folch de Cordova archiepiscopus Ispalensis.
Emmanuel de Gregorio ex marchionibus Squillaci clericus Neapolitan. ac Patritius Messanen.
Paulus tituli sancti Thomæ in Parione d'Albert da Luynes archiepiscopus Senonen.
Matthæus Franciscus Cagnia de Moutburg presbyter Cenomanensis facultatis Parisiensis licentiatus theologus, et metropolitanæ ecclesiæ Senonensis canonicus theologus, ac vicarius generalis Senonensis.
Hieronymus tituli sanctæ Balbinæ Spinula.
Comes Alphonsus Aventi clericus nobilis Ferrariensis.
Joseph Maria tituli sancti Alexii Castelli.
Abbas Alexander Mattei clericus patritius Marsorum.
Cajetanus tituli sancti Petri in vinculis Elephantutius.
Comes Augustinus del Sale clericus patritius Ravennaten.
Marcus Antonius tituli sanctæ Mariæ de Pace Columna.
Joseph Corbelli presbyter patritius Fanen. sæcularis, et insignis collegiatæ ecclesiæ sancte Mariæ in Via-lata de urbe canonicus.
Andreas tituli sancti Matthæi in Merulana Corsini.
Joseph Antamori presbyter nobilis Romanus canonicus basilicæ sancti Laurentii in Damaso nuncupati de urbe.
Christophorus S. R. E. presbyter de Migatiis archiepiscopus Viennensis in Austria.
S. R. I. Comes de Albertis clericus nobilis Tridentin. ac ecclesiæ Tridentin. canonicus.
Simeon tituli sancti Joannis ante portam Latinam Bonaccursi.
Julianus ex comitibus Compaguoni clericus patritius Maceraten.
Joannes Octavius tituli sanctæ Mariæ Angelorum Bufalini.
Joannes ex marchionibus Bufalini clericus patritius civitatis Castelli.
Joannes Carolus tituli sanctorum Joannis et Pauli Boschi.
Comes Vincentius Maria Gabellotti clericus Patritius Faventin.
Ludovicus tituli sancti Stephani in monte Cœlio Calini.

Ludovicus Apollinaris la Tour Dupin de Montauban presbyter, ac vicarius generalis Eduen.
Antonius tituli sanctæ Mariæ in Via Brancifortes.
Ludovicus Franciscus de Bausset presbyter vicarius generalis Aquensis in Provincia Provinciæ.
Lazarus Opitius tituli sanctorum Nerei, et Achillei Pallavicini.
Franciscus ex marchionibus Serlupi clericus patritius Romanus.
Vitalianus tituli sanctæ Mariæ in Ara Cœli Borromei.
Nicolaus Martini presbyter Romanus nobilitati civitatis Pesciæ in Etruriæ adscriptus.
Petrus tituli sanctæ Mariæ Transtyberim Pamphilii.
Laurentius ex marchionibus Caucci clericus Romanus.
Urbanus tituli sancti Calisti Paracciani.
Joannes Antonius de Sabatier de Cabre presbyter Aquisextanus licentiatus in utroque jure facultatis Parisiensis, ac vicarius Generalis Bituricen., et canonicus Noviomensis.
Marius tituli sancti Augustini Marefuschi.
Hieronymus Fabrius clericus patritius Arminen.
Scipio tituli sanctæ Mariæ super Minervam Burghesii.
Fridericus Spreti præsbyter patritius Ravennatensis ssmi domini nostri domini Pii pp. VI. intimus cubicularius.
Antonius Eugenius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter Visconti.
Franciscus ex marchionibus Visconti clericus patritius Mediolanen.
Bernardinus tituli sanctissimæ Trinitatis in monte Pincio Giraud.
Bonaventura Ludovicus Ysore D' Hervault de Pleumartin vicarius generalis Agennen.
Innocentius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter de Comitibus.
Pellegrinus Consalvi presbyter patritius Maceraten.
Januarius Antonius tituli sancti Bernardi ad Thermas de Simone.
Prior Dominicus de Vico clericus patritius Macaraten.
Franciscus tituli sancti Clementis Carafa.
Petrus Dionysius Delphinus de Seguiran presbyter diœcesis Aquen. in Provincia Provinciæ vicarius generalis Narbonen.
Franciscus Xaverius tituli sancti Martini ad Montes de Zelada.
Presbyteri Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales.
Bernardus Gonteri clericus nobilis Taurinen ssmi domini nostri domini Pii pp. VI. intimus cubicularius.

Diaconi X.

Alexander sanctæ Mariæ in Via lata Albani.
Aloisius Massaloli presbyter Ferraran. diœcesis.
Dominicus sanctæ Mariæ ad Martyres Orsinus de Aragonia.
Joseph Vulcano clericus patritius Neapolitanus.
Aloisius Maria sanctæ Agathæ in Suburra Torrigiani.
Joseph Ambelli presbyter Taurinen. in Romana curia advocatus.
Johannes Constantinus sancti Eustachii Caracciolo.
Antonius Columna ex principibus de Stigliano patritius Neapolitanus.
Andreas sanctorum Viti, et Modesti Nigroni.
Cæsar Vidaschi diaconus nobilis Romanus basilicæ principis apostolorum de urbe canonicus.
Benedictus sanctorum Cosmæ, et Damiani Veterani.
Octavius Boni presbyter patritius Urbinaten. canonicus basilicæ principis apostolorum de urbe.
Johannes Baptista sancti Nicolai in carcere Tulliano Rezzonico.
Petrus Maria Magdalena de Cortois de Balore presbyter Divionen. diœcesis vicarius generalis Bellicen.
Antonius sancti Georgii in Velabro Casali.
Joseph Casalius ex marchionibus Pastinæ in regno Neapolis, in quo natus clericus patritius Romanus.
Paschalis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ diaconus cardinalis de Acquaviva.
Gregorius Acquaviva de Aragonia ex comitibus Conversani patritius Neapolitanus.
Franciscus sancti Angeli in foro piscium de Ilcio diaconi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales.
Ludovicus comes Maggi Piccini clericus Romanus.

XIX.

Dat. die 10. aprilis 1775. Anno I.

Facultas Ugoni episcopo Mazariensi deputandi unum presbyterum pro administratione sacramenti confirmationis in insulis de Pantellaria, et Favignana.

Venerabili fratri Ugoni episcopo Mazariensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum, sicut accepimus, Christifideles, qui in insulis Pantellaria, et Favignana vulgo nuncupatis ad istam dioecesim Mazariensem, cui ecclesiæ præesse dignosceris, pertinentibus, commorantur, propter difficilem accessum, atque ex Turcarum incursionibus periculis obnoxium iter, Sacramento confirmationis privati existant, quippe quia ad easdem insulas personaliter, et commode accedere minime vales.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos spirituali Christifidelium hujusmodi necessitati, et eorum animarum Nostræ, tuæque curæ commissarum saluti, quantum Nobis ex alto conceditur, paterna charitate consulere volentes, et illorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut quoad vixeris, et ecclesiæ Mazariensi ejusmodi præfueris, unum presbyterum pro unaquaque ex insulis prædictis tibi benevisum moribus gravem, ac pietatis, et religionis zelo præditum, qui ibidem sacramentum confirmationis hujusmodi, receptis oleo, et chrismate etiam antiquis, si nova comode haberi non possint, per te, seu per quemcumque catholicum antistitem gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentem benedictis, administrare respective possit, auctoritate nostra apostolica de speciali gratia delegare, deputare, nominare et eligere veleas.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus apostolicis, et in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum die decima aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XX.

Dat. die 24. aprilis 1775. Anno I.

Eriguntur tres custodiæ in provincia Aragoniæ ordinis minorum s. Francisci Cappuccinorum, et confirmantur nonnullæ ordinationes ad id conditæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Paterna apostolicæ Sedis benignitas, cum ex iis, quæ provide, ac prudenter in una ex provinciis alicujus regularis ordinis præscripta, et ab eadem Sede approbata dudum sint, optatos quietis, et tranquillitatis fructus, benedicente Domino, perceptos fuisse cognoscit, ea quoque ubi pro alia ejusdem ordinis provincia statuta deinde conspiciat, suæ approbationis munimine, dum id petitur, libenter roborat, atque confirmat.

Memorantur providentiæ captæ a Benedicto XIV. super distributione officiorum in singulis custodiis regni Castellæ.

§. 2. Alias siquidem felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die vicesima quarta julii MDCCXLVII expeditas literas ad preces tunc existentium ministri provincialis, et custodum provinciæ Incarnationis Dominicæ nuncupatæ in regno Castellæ ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum, nonnulla decreta, statuta, et ordinationes, quibus ad commune ejusdem provinciæ bonum, et ad regularem observantiam in vinculo pacis ibidem conservandam quædam distributio officiorum præscripta, atque ex tribus partibus dictæ provinciæ erectio, seu institutio trium custodiarum demandata fuerat, sub certis modo, et forma tunc expressis apostolica auctoritate confirmavit, et approbavit, ac alies prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Disrupta pace orta in provincia Aragoniæ expostulatur applicatio providentiarum

§. 3. Nuper autem exponi Nobis fecit dilectus filius Fidelis Delosarcos frater expresse professus dicti ordinis, et ex-provincialis memoratæ provinciæ,

susceptorum pro regno Castellæ.

nec non visitator generalis alterius provinciæ Aragoniæ ejusdem ordinis, quod ipse ex commissione sui superioris generalis visitando, ac perlustrando dictam provinciam Aragoniæ comperiit, et agnovit, convenientissimum, et quasi unicum esse medium, quo pax, et concordia ibidem restitui, et conservari possit, illum nempe ampliandi, et extendendi ad hanc Aragoniæ provinciam ea, quæ in præfatis literis ipsius Benedicti prædecessoris pro alia provincia utriusque Castellæ approbata fuerunt.

Votum omnium fratrum provinciæ Aragoniæ, assensum præbentium.

§. 4. Quocirca idem Fidelis e re sua putavit, super his explorare mentem omnium fratrum provinciæ Aragoniæ, et an ipsi vellent hanc petere ampliationem, et extensionem, atque ad hunc effectum mandavit, ut in quolibet conventu capitulariter fratres professi congregarentur, et per secreta suffragia mentem suam hac in re aperirent. Ex suffragantibus itaque tercentum reperti sunt et septuaginta septem affirmativam partem sequentes, et quinquaginta quinque dumtaxat in contrariam partem abeuntes. Quapropter, cum major pars, imo fere tota provincia hujusmodi, paucis respective exceptis, suum assensum huic petendæ extensioni, seu ampliationi præstiterit, hinc ea quæ statuta fuerunt pro alia provincia utriusque Castellæ idem Fidelis alteri provinciæ Aragoniæ aptari posse censuit in hunc, qui sequitur modum videlicet.

Modus excogitatus applicandi statuta.

§. 5. I.° Cum tres partes sint quoque in provincia Aragoniæ, quæ non a territorio, aut nationali affectu distinguuntur, sed a studiis, tres consequenter instituendæ sunt custodiæ, scilicet Cæsaraugustana, Oscensis, et Tirasonensis cum suis respective conventibus, ita tamen, quod neo formaliter, nec materialiter distinguantur, sed sub eodem capite, et regimine, prout hucusque fuerunt, remaneant, neque sit inter eas præferentia, aut coarctatio, solumque deserviant ad distinguendas illas tres partes honestiori vocabulo, et ad distributionem prælaturarum, et officiorum infra dicendam.

De iis qui fuerint in studio positi.

§. 6. II. Cum omnes religiosi provinciæ jus ad rem habeant æquale ad honores, et onera, ne cuique fiat injuria, illi, qui aliquando fuerunt, vel fuerint in studio positi, si forsan ex aliqua causa continuare non valuerunt, aut non potuerunt, ejusdem tamen partes reputandi sunt; et si duobus studiis extemporanee fuerunt, vel fuerint assignati, ad ultimum pertinebunt: qui vero nunquam fuerunt, vel fuerint, in studio provinciæ, sicuti etiam religiosi laici, inter supradictas partes æquo numero adscribi debeant.

De custodibus nominandis.

§. 7. III. Cum tres sint custodiæ, tres utique custodes sunt nominandi, unus ex qualibet custodia ad arbitrium definitionis in quacumque earum collocandi; quando vero eliguntur ad comitia generalia, duo tantum secundum constitutionem a capitulo provinciali eligendi sunt, unus ex una custodia, et alius ex alia, ex quibus non fuerit provincialis. Tertius vero, qui remanebit in provincia, nominandus a definitorio.

De distributione majorum officiorum.

§. 8. IV. Officia majora ita distribuenda sunt, ut provincialis sit de una custodia, duo definitores de altera, unus de uno studio, et alius de alio, et pariformiter alii bini definitores de altera custodia, unus de uno studio.

De electionibus peragendis.

§. 9. V. Cum valde conveniens sit quod in provincialem eligatur aptior, et congruentior inter omnes sine restrictione ad partes necessarium est, quod capitulares conveniant, vel per vota secreta determinent ante capitulum, de qua custodia assumendus sit provincialis, ut cum devenerint ad electiones definitorum sciant nullum ex illa eligi posse, cum reservata sit ad provincialatum in illo capitulo, hoc enim modo absque præjudicio distributionis, electio primi capitis remanebit libera.

De guardianatu, vicariatu, et præsidentia hospitiorum.

§. 10. VI. Guardianatus, vicariatus, et præsidentiæ hospitiorum distribuendæ sunt inter tres custodias, earumque partes respective, cum omnimoda possibili æqualitate. Si vero omnimoda æqualitas propter imparem numerum servari non possit, decima nona guardiania applicetur lineæ, seu parti provincialis pro tempore.

De auctoritate guardianorum.

§. 11. VII. Ut guardiani majoris auctoritatis sint probatæ jam vitæ, et prudentiæ, nullus ad hoc officium assumatur, qui septendecim annos post professionem non expleverit, nullusque pariter, qui saltem per sexennium non fuerit vicarius, nisi antea fuisset lector, aut magister studentium, secretarius provincialis, vel r̃mi p. generalis, procuratoris, vel definitoris generalis, aut procurator provinciæ, præses hospitii, qualificator s. Officii, vel concionator regius, vel ex aliquo casu speciali definitorio per vota conformia, et secreta dispensare visum fuerit.

De subrogatione facienda in officiis vacantibus.

§. 12. VIII. Si aliquis guardianatus, vicariatus, lectura, aut magisterium studii per mortem, dimissionem, aut amo-

tinnem post capitulum vacere contigerit, alius ejusdem eustodiæ, et pertis substituendus erit, ut in omni eventu integra semper maneat distributio.

De conferendis lecturis, et magisteriis.

§. 13. IX. Lecturæ et magisteria conferantur cuilibet parti respective, prout vecaverint, absque præferentie, aut antelatione unius ad alterem.

Preces porrectæ pro applicatione decretorum, et statutorum.

§. 14. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat hujusmodi decreta, statuta, seu ordinationes in memoratis literis ipsius Benedicti prædecessoris confirmata, et approbata optatos pacis, et tranquillitatis, ac regularis observentiæ effectus in provincia utriusque Castellæ sint esseeuta, ac propterea sperari posse, quod divino opitulante auxilio, eumdem effectum asseqni valeant in provincia Aragoniæ, si ed illam quoque extendantur, et amplientur; hinc dictus Fidelis nomine etiam totius provinciæ Aragoniæ hujusmodi, prædicta deereta, statuta, et ordinationes, modo præmisso aptata ad eamdem provinciam Aragoniæ per Nos extendi, et ampliari plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis oppurtune providere, et ut infra indulgere de benignitate epostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 15. Nos igitur dictum exponentem, omnesque ejusdem provinciæ Aragoniæ fratres specialibus gretiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunieationis, et interdicti, aliisque ecclesiastieis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si ques forte incurrerent, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta statuta, decreta, et ordinationes alias edita pro memoreta provincie utriusque Castellæ, et præmisso modo nunc apteta, ad aliem quoque provinciam Aragoniæ ejusdem ordinis minorum sancti Francisei Cappuccinorum auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus, illisque inviolabilis apostolice firmitatis robur ediicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus supplemus, et sanamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 16. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaees existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quendocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observeri. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quevis auctoritate scienter, vel ignorenter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Benedictus prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XXI.

Dat. die 28 aprilis 1775. Anno I.

Confirmantur privilegia alias nonaginta viris Pacificis nuncupatis civitatis Foroliviensis concessa.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Laudabilia prædecessorum Nostrorum exempla sectantes, omnia, quæ ad publieem quietem, ac peeem comparandam simul, et conservandam præscripta fuisse noscuntur, epostolicæ etiam Nostræ auctoritatis præsidio communimus, sicuti omnibus mature perpensis, magis expedira in Domino arbitremur.

Tenor precum porrectarum.

§. 2. Nuper siquidem exponi Nobis fecernnt dilecti filii nonaginta viri Pacifici nuncupati civitatis Nostræ Foroliviensis, quod alies die nempe XI. augusti 1769. felieis reeordationis Clemens papa XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas, non solum perpetuo confirmavit, et quatenus opus esset, innovevit nonnulla privilegia, gratias, prærogativas, ac indulta eidem eiviteti pro quiete, et tranquillitete ibidem conservanda jam dudum concessa, et ab eliis romanis pontificibus prædecessoribus itidem Nostris pluries confirmata, sed etiam præter pro tempore existentem episcopum Foroliviensem, ejusque vicarium generalem a rec. mem. Gregorio pp. XIII. prædecessore quoque Nostro exeeutorem in suis literis constitutum, generalem etiam auditorem curiæ cameræ apostolicæ executorem pariter constituit, et deputavit, ac alies prout in ipsius Clementis

prædecessoris literis prædictis, quarum tenor est, qui sequitur, nempe.

Clemens pp. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor constitutionis a Clemente XIV. editæ.

§. 3. Solitudinem providi principis cum id præcipue deceat animadvertere, ut civitatum, et populorum suæ curæ commissorum quies, et tranquillitas inviolabiliter conservetur, ac magis magisque augeatur, libenter idcirco ea, quæ pro publica pace, ac felicitate concessa sunt, approbationis Nostræ munimine, dum id a Nobis petitur, roborare non prætermittimus. Cum itaque sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii nonaginta viri Pacifici nuncupati civitatis Nostræ Foroliviensis fel. me. Clemens pp. XIII. prædecessor Noster nonnulla privilegia, gratias, et prærogativas, ac indulta civitati prædictæ pro illius tranquillitate conservanda alias elargita perpetuo approbaverit, et confirmaverit, prout in ejusdem Clementis prædecessoris in simili forma Brevis desuper expeditis literis uberius continetur; tenor vero hujusmodi literarum est, qui sequitur videlicet.

Clemens pp. XIII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor præcedentis constitutionis ad rem signata a Clemente XIII.

§. 4. In supremo militantis Ecclesiæ solio per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam nullo licet meritorum Nostrorum suffragio constituti, ea quæ a romanis pontificibus prædecessoribus Nostris in favorem civitatum, oppidorum, et locorum temporalis S.R.E. ditionis in pacis amœnitate conservandorum provide, sapienterque constituta, et ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata serventur, apostolici muniminis Nostri patrocinio libenter roboramus. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii nonaginta viri Pacifici nuncupati civitatis Nostræ Foroliviensis, quod alias felicis recordationis Benedictus papa XIV. prædecessor Noster per quasdam suas in simili forma Brevis expeditas literas nonnulla privilegia, indulta, gratias, et prærogativas civitati prædictæ concessas perpetuo approbavit, et confirmavit, et alias prout continetur in ipsius Benedicti prædecessoris literis tenoris sequentis videlicet.

Benedictus pp. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 5. Etsi cuncta, quæ a romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum providentia in favorem civitatum, oppidorum, et terrarum temporalis S. R.E. ditionis in pacis amœnitate conservandorum benigne, sapienterque constituta haud indigere arbitramur, ut novo apostolicæ firmitatis robore muniantur, tamen ut illa magis firma, et illibata custodiantur, libenter cum a Nobis petitur, Nostræ etiam confirmationis munimen adiicere non dubitamus. Cum itaque sicut dilecti filii nonaginta viri Pacifici nuncupati civitatis Nostrae Foroliviensis Nobis nuper exponi fecerunt, quod alias nempe anno MDXL. bo. mem. Joannes Guidiccioni, dum vixit, episcopus Forosempronieusis, ac provinciae Nostrae Romandiolae, et exarchatus Ravennae praesidens pro prospera dictae civitatis Foroliviensis directione, publicaque pace, et tranquillitate, propter fidelitatem ab eadem civitate huic sanctæ Sedi præstitam unum in eadem civitate nonaginta virorum Pacificorum nuncupatorum magistratum erexit, instituitque, nonnulla etiam pro salutari ejusdem magistratus recte administrandi, et in perpetuum conservandi regimine addidit capitula, et ordinationes, atque in forma statutorum digessit, in quibus præsertim continebatur, ut quotquot magistratum hujusmodi tunc temporis, et in futurum obirent, se se sub potestate Sedis prædictæ esse, et fore, illique obedientiam præstare, et ad conservandam, fovendam, reintegrandamque pacem, et tranquillitatem, administrandamque in dicta civitate justitiam paratos, ac promptos esse sacramento obstringerentur. Postmodum capitula, seu statuta hujusmodi a felicis recordationis Paulo pp. III. prædecessore Nostro vigore quarumdam literarum in simili forma Brevis die xxiv. maii supradicti anni expeditarum approbata fuerunt: subinde Julius III., et Paulus IV. romani itidem pontifices prædecessores Nostri erectionem, institutionemque dicti magistratus confirmarunt, illumque nonnullis privilegiis, gratiis, et favoribus ditarunt, dictusque Paulus IV. quoque per suas similes literas die tertia augusti MDLV. expeditas, hujusmodi institutionem admodum utilem, et fructuosam esse declaravit. Præterea Gregorius pp. XIII. pariter prædecessor Noster erectionem magistratus hujusmodi, ac illius privi-

Aliæ similes, quas dedit Benedictus XIV.

legie etiam confirmavit per suas itidem expeditas literas tenoris sequentis, videlicet

Dilectis filiis magistratui nonaginte virorum Pacifieorum civitatis Nostræ Foroliviensis.

Gregorius pp. XIII.

Dilecti filii salutem, et apostolicem benedictionem.

Gregorii XIII. literæ super confirmatione privilegiorum, et statutorum Pacificorum virorum.

§. 6. Eximia fides, et sinceræ devotionis affectus, quibus in apostolicæ Sedis conspeetu hactenus elaruistis merito Nos inducnnt, ut prædeeessorum Nostrorum vestigiis inhærentes ea, quæ pro pnbliea eivitatis Nostræ Foroliviensis tranquillitate gesta, vobisque coneessa fnisse comperimus, epprobationis Nostræ præsidio roboremus. Preeibus itaque vestris nuper per dileetos filios Claudium Accontium juris utriusqne doctorem, et equitem auratum, at Franciscum Guarinum concives vestros ed Nos in hac Nostra ed summi apostolatus apieem assumptione, dictamque Sedem a vobis destinetos oretores humiliter porrectis inclineti, erectionem, et institutionem ordinis, et magistratus vestri dudum per bo. mem. Joannem episcopum Forosemproniensem tunc in humanis agentem, ac provinciæ Romandiolæ, ec exarchatns Ravennæ præsidem ed sex aonos ex tunc computandos fectam, et deinde ad alios sex annos apostolica auctoritate prorogatam, et successive per piæ memoriæ Julium papam III. prædecessorem Nostrum approbatam, confirmatam, et innovatem, utpote dietæ civitati edmodum utilam, et fructuosam, ae salutarem ejus directionem concernentem, nonageneriumque ejusdam ordinis numerum cnm omnibus, et singulis ejnsdem vestri ordinis, seu magistratus honoribus, oneribus, redditibus, at emolumentis, nec non omoia, et singula privilegia, ordinationes, concessiones, indulta, gratias, et prærogativas eidem vestro ordini tam per Joannem episcopum, et præsidem, ac etiam dum in minoribus constitutus, ac in provineia, et exarehetu prædictis bo. mem. Pauli papæ III. etiam prædecessoris Nostri, et Sedis de latere legatus esset, Julium, quam Paulum præfatos, ae etiam recolendæ memoriæ Paulum IV., et Pium etiam IV. romanos pontifices prædecessores Nostros, nec non similis mem. Hieronymum tituli sancti Gregorii ad Velum Aureum diaconum cardinelem, dum viveret, similiter legatum, ordinetiones quoque, et deereta noviter per dilectos filios Joannem Baptistam Doriam notarium Nostrum tunc in provincia, et exarchetu prædictis præsidem pro eundo de noete sine lumine, et pnlsando eampanam ad arma, ut occurratnr periculis, et tumultibus, ac pro quiete, et pace dictæ civitatis, et Paulum Ramulium de Tarano super Mattinatis secnndo Nubentium, et venerabilem fratrem Salvatorem Pacinum episcopum Clusinensem, olim istie vicelegatos pro stenxiis palatii per vos ædificatis, et refectis, et Montem de Valentibus de Trebbio pro dilecto filio Nostro Karolo tituli sanetæ Praxedis presbytero cardinali Borromæo nuncupato tune provinciæ, et exarchatus prædictorum legato de latere loeumtenentem, ut homines vestri ordinis ad testificandum in maleficiis cogi non possent, exceptis tamen ubi pœnæ capitales veniunt infligendæ, et in his urgente neeessitate, nempe si alii testes haberi non possent, et salvo ipsius præsidis arbitrio, nec non per venerabilem fratrem Hieronymum episcopum Martoranensem similiter tnnc præsidem contra delinquentes, et eorum gratias, quibus gretiis illi non aliter, quam forma decreti per eos servata uti possent, ec alios quoscumque romanos pontificas prædecessores Nostros, dietæque Sedis legatos hactenus quomodolibet concessa, ac prout ille concernunt, quesvis apostolicas, et alies gratias desuper expeditas cum omnibus, et singulis in ais contentis clausulis per ree. mem. Pium papam V. similiter prædeeessorem Nostrum epprobete, et confirmata: et quoniam illos, qui ab eodem ordine vestro taeite, vel expresse privati erant, et privarentur in futurum, quiqne vobiscum de magistratu fideliter exercendo non jurassent, nec jurarent in ipso ordine vestro, ejusque magistretus exercitio versari, ac eorum, quæ ibidem pro civitatis pace, et justitie discutiebantur notitiam habere non mererentur, vobis in virtnte sanctæ obedientiæ districte præcipiendo factam per enmdem Pium V. inhibitionam, na deineeps futuris perpetuis temporibus de illis in numerum, vel ordinem vestrum reeipiendis invieem ullatenus tractara præsumeretis, ne videlicet ipsi indigni utique judieati ullam status, rerumque vestrarum turbendarum oeeasionem haberent, ae decretnm ejusdem Pii prædecessoris, per quod eos, qui vestri

ordinis hominibus dum contra delinquentes, aut factiosos, vel ex quacumque causa suspectos officium suum exequerentur, se opponerent, vel eosdem impedire vellent, illasmet pœnas, quas hi, qui se officialibus civitatum opponentes, vel illorum officium impedire volentes incurrerent, ipso facto incurrere, et incidere declarabatur; ac insuper custodiæ vestræ, nec non viginti militum ad eam pro vestra, et dictæ civitatis, suique palatii securitate deputatorum stipendium, et ejus assignationem juxta formam literarum dicti Pauli III. prædecessoris hactenus observatam, ac redditus, et emolumenta per dilectos filios communitatem ipsius civitatis ordini vestro concessos, una cum capitulis, ordinationibus, constitutionibus, decretis, privilegiis, ordinibus, legibus, emolumentis, redditibus, solutionibus, licentiis, gratiis, prærogativis, honoribus, et oneribus dicti numeri, seu magistratus per Paulum III., Julium III., Paulum IV., Pium IV., et Pium V. prædictos concessis, illorum omnium tenores præsentibus pro sufficienter expressis habentes apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, et confirmamus, ac illis, perpetuæ, et inviolabilis firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui forsan intervenerint, in eisdem supplemus, illaque omnia perpetuis futuris temporibus durare, et inviolabiliter observari debere decernimus, et declaramus, nec non approbationem, confirmationem, adiectionem, suppletionem, decretum, et declarationem hujusmodi, aliaque præmissa, ac præsentes literas quovis quæsito colore, vel ingenio de subreptionis, aut obreptionis, seu nullitatis vitio, vel intentionis Nostræ defectu nullatenus notari, vel impugnari posse, sed illa semper valida, et efficacia fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et inviolabiliter observari, vobisque suffragari, et si per quoscumque etiam dictæ Sedis legatos, vice-legatos, præsides, et gubernatores, aliosque quoslibet judices, et commissarios quavis auctoritate fungentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus. Quo circa venerabili fratri episcopo Foroliviensi, et dilecto filio ejus vicario in spiritualibus generali per præsentes committimus; et mandamus, quatenus ipsi, vel alter eorum præsentes literas, et in eis contenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, ac quoties pro parte vestra fuerint requisiti solemniter publicantes, vobisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate Nostra vos approbatione, confirmatione, adjectione, suppletione, declaratione, et decreto, aliisque præmissis juxta earumdem præsentium tenorem pacifice frui, et gaudere, non permittentes vos, vel aliquem vestrum desuper per legatos, vice-legatos, præsides, gubernatores, aliosve magistratus prædictos, aut quoscumque alios quomodolibet indebite molestari, perturbari, vel inquietari; contradictores quoslibet, et rebelles cujuscumque status, gradus, ordinis, et præeminentiæ fuerint per censuras, et pœnas tam ecclesiasticas quam pecuniarias arbitrio suo moderandas, imponendas, et applicandas, aliaque opportuna juris remedia, appellatione postposita, compescendo; invocato etiam ad hoc, si opus sit, auxilio brachii sæcularis. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis constitutionibus apostolicis, ac provinciæ, et exarchatus, civitatisque prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem legato, vice-legato, præsidi, gubernatori, et aliis quibusvis personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu proprio quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Marcum sub annulo piscatoris die octava octobris millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno primo.

Cæsar Glorierius.

Loco ✠ annuli piscatoris.

Insuper Sixtus V. pariter prædecessor Noster per suas etiam in simili forma Brevis VIII., et X. respective dies bus julii anni MDLXXXIV. datas li-

teras non solum præscriptam erectionem magistratus hujusmodi, ac privilegia eidem concessa epprobavit, et confirmavit, verum etiam custodiam aggerum, seu fossarum dictæ civitatis, ac redditus, proventus, juraque portæ de Ravaldino dictæ civitatis in locum redditnum, proventuumque nauli nonius navis, aliasque gratias, et prærogativas concessit, et assignavit, præter autem approbationem ejusdem magistratus a rec. mem. Clemente VIII., Gregorio XV., et Paulo V. romanis pontificibus prædecessoribus quoque Nostris factam felicis itidem recordationis, Urbanus pp. VIII. pariter prædecessor Noster erectionem hujusmodi approbavit, et confirmavit per alias suas literas, tenoris, qui sequitur videlicet.

Urbanus pp. VIII.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor constitutionis Urbani VIII. super iisdem privilegiis lata.

§. 7. Fidelium quorumlibet præsertim ditionis Sedis apostolicæ subditorum votis libenter annuimus, ac iis, quæ pro ipsorum subditorum commodo, et utilitate, ac civitatum Nostrarum securitate a dicta Sede concessa fuisse comperimus, ut firmius subsistant confirmationis Nostræ manum apponimus, prout in Domino conspicimus expedire. Nuper siquidem dilecti filii nonaginta viri Pacifici nuncupati civitatis Nostræ Foroliviensis per dilectos filios Antonium Portium, Paulum dall'Aste eorum ad Nos cives Forolivienses oratores destinatos Nobis exponi fecerunt, quod alias felicis recordationis Sixtus papa V. prædecessor Noster, postquam diversi romani pontifices etiam prædecessores Nostri quam plurimas gratias, et indulta ordini dictorum nonaginta virorum concesserant erectionem, et institutionem dicti ordinis cum omnibus, et quibuscumque illius honoribus, et oneribus, redditibus, et emolumentis etiam per dilectos filios dictæ civitatis communitatem, vel alias concessis, et assignatis, nec non omnia, et quæcumque privilegia, indulta, ordinationes, concessiones, licentias, gratias, et prærogativas eisdem nonaginta viris, illorumque ordini per quoscumque romanos pontifices, et Sedem prædictam, illiusque etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque civitatis gubernatores quomodolibet concessa, et seu decreta confirmavit, et approbavit, ac omnia emolumenta portæ de Ravaldino nuncupatæ dictæ civitatis alias cameræ apostolicæ incorporata dicto ordini concessit, et assignavit, ac alias prout in singulis ipsorum prædecessorum literis, aliisque scripturis desuper confectis plenius continetur. Cumque prædicti nonaginta viri cupiant præmissa omnia pro illorum firmiori subsistentia etiam per Nos confirmari et approbari, Nobis humiliter supplicari fecerunt, quatenus eorum desiderio hujusmodi annuere, aliisque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur singularum literarum, ac scriptorarum prædictarum, ac omnium, et singulorum in eis contentorum, aliorumque de necessitate exprimendorum tenores etiam veriores, ac si de verbo ad verbum exprimerentur, et insererentur præsentibus pro sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati omnia, et singula fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, et emolumenta undecumque provenientia, et in quibuscumque rebus consistentia eisdem nonaginta viris, illorumque ordini quomodolibet applicata, et assignata, in quorum pacifica possessione nonaginta virorum eorumdem ordo extitit, nec non omnia, et singula privilegia, ordinationes, concessiones, licentias, facultates, gratias, exemptiones, honores, prærogativas, et indulta per quoscumque romanos pontifices prædecessores Nostros, dictamque Sedem, illiusque etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque civitatis gubernatores, nec non illius communitatem, et homines, seu alios quoscumque quomodolibet concessa, nec non singulas literas, aliasque scripturas desuper confectas apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et apostolicæ firmitatis robur adiicimus, illaque omnia, et singula per communitatem, et homines prædictos perpetuo observari volumus, et mandamus, omnesque, et singulos juris, ac facti defectus, si qui intervenerint, in eisdem supplemus. Mandantes in virtute sanctæ obedientiæ moderais, et pro tempore existentibus episcopo Foroliviensi, et dictæ civitatis gubernatori, quatenus ipsi, vel eorum alter singula præmissa, et alia quæcumque eisdem nonaginta viris, illorumque ordini quomodolibet concessa ab illis, ad quos spectat, et spectabit in futurum inviolabiliter observari, dictosque nonaginta viros illis omnibus pacifice frui, et gau-

dere faciant, atque mandent, non permittentes eos, et eorum quemlibet per quoscumque molestari, perturbari, vel inquietari, contradictores quoslibet, at rebelles, ac præmissis non parentes per sententias, ac censuras ecclesiasticas, ac etiam pecuniarias pœnas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo. Non obstantibus quibusvis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac provinciæ Romandiolæ, et exarchatus Ravennæ, nec non dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ac omnibus illis, quæ dicti prædecessores in singulis eorum literis voluerunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decimaquarta novembris millesimo sexcentesimo vicesimo quinto, pontificatus Nostri anno tertio.

V. Thaatin.

Loco ✠ annuli piscatoris

Preces porrectæ pro confirmatione omnium constitutionum a prædecentibus pontificibus editarum.

§. 8. Denique piæ memoriæ Clemens pp. XI. itidem prædecessor Noster omnia, et singula præmissa per suas desuper in pari forma Bravis die undecima augusti millesimo septingentesimo primo confirmavit pariter, et approbavit, quarum omnium literarum tam dicti Clementis XI, quam Pauli III. Julii, Pauli IV, Sixti, Clamantis VIII. Gregorii, et Pauli V. prædecessorum prædictorum tenores præsentibus pro expressis, at insertis haberi volumus, et in quibus plenius dicitur contineri. Quoniam autem dicti exponentes, qui præclara suæ fidelitatis, debita erga eamdem Sedem apostolicam argumenta semper præstiterunt, et in pacis tranquillitatisque publicæ studio se commendarunt, humiliter supplicari fecerunt, ut præinsertas literas, et præmissa omnia in aliis memoratorum pontificum prædecessorum literis expressa apostolicæ atiam Nostræ confirmationis patrocinio corroborare dignaremur.

Tenor primæ confirmationis indulti.

§. 9. Nos igitur dictos exponentes specialibus favoribus, et gratiis prosequi volantes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tamen consequen., harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Gregorii XIII, et Urbani VIII. prædecessorum prædictorum literas, omniaque, at singula in eis contenta, et a memoratis Paulo III. Julio, Paulo IV, Sixto, Clementa VIII., Gregorio, Paulo V, et Clemente XI. prædecessoribus, ut præfertur concessa, approbata, et confirmata auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo confirmamus pariter, at approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac perpetuis futuris temporibus inviolate, et inconcusse servari mandamus, et præcipimus; ac privilegia, gratias, indulta, prærogativas, et alia præmissa ab eisdem, at aliis romanis pontificibus prædecessoribus Nostris eidem magistratui concessa, et assignata quatenus opus da novo concedimus, et assignamus.

Clausula salutares.

§. 10. Decernantes easdem præsentes literas, et in ais contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tampora quandocumque spectabit in omnibus, at per omnia plenissima suffragari.

Decretum irritans.

§. 11. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ cardinales etiam de latera legatos, eorumque vice-legatos, præsides, et gubernatores, ac quoscumque alios quacumque præeminentia, et potestata fungentes, et functuros, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes generales.

§. 12. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non omnibus et singulis illis, quæ in præinsartis Gregorii XIII., et Urbani, ac aliis præfatorum prædecessorum literis concessa sunt non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die secunda januarii millesimo septingentesimo quadragasimo primo pontificatus Nostri anno primo.

D. card. Passioneus

Loco ✠ annuli piscatoris

Secunda confirmatio cum clausula consuetis.

§. 13. Quoniam autem dicti exponentes præinsertas literas, ut firmius subsistant, et serventur exactius apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desiderent: Nos ipsos exponentes, quos psternis complectimur affectibus, amplioribus favoribus, et gratiis prosequi volontes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tamen consequen., harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humilitor porrectis inclinati, præinsertas ipsius Benedicti prædecessoris Nostri literas, ac in eis contenta quæcumque, et expressa, tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, ac, quatenus opus sit, innovamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjungimus, illosque adversus quemcumque non usum, sive desuetudinem, et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam, etiam forsan publicam, et notoriam, et quantolibet tempore tolleratam, in integrum ac pristinum statum restituimus, reponimus, et reintegramus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro temporo quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Benedictus prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die tertia augusti millesimo septingentesimo quinquagesimo nono, pontificatus Nostri anno secundo.

D. card. Pessioneus

Loco ✠ sigilli etc.

Tertia confirmatio cum similibus clausulis.

§. 14. Quo igitur firmius præinsertæ literæ subsistant, et serventur exactius, dictl exponentes illas apostolicæ etiam confirmationis Nostræ patrocinio communiri, aliumque executorem præter pro tempore existentem episcopum Foroliviensem, ejusque vicarium generalem a memorato Gregorio XIII. prædecessore in suis respective literis prædictis constitutos, per Nos quoque constitui, ac deputari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos foro censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas ipsius Clementis XIII prædecessoris literas, et in eis contenta quæcumque, et expressa tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, ac quatenus opus sit innovamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjungimus, illasque adversus non usum, sive desuetudinem, et inobservantiam, nec non quemvis abusum, et contrarium usum, contrariamque observantiam forsan publicam, et notoriam, et quantolibet tempore tolleratam in integrum, ac pristinum statum restituimus, reponimus, et reintegramus, atque insuper dilectum filium causarum curiæ cameræ apostolicæ auditorem generalem prætor pro tempore existentem episcopum Foroliviensem, ejusque vicarium generalem in executorem ab ipso Gregorio prædecessore, ut præfertur, constitutos, et deputatos cum eisdem facultatibus auctoritate, et tenore prædictis præsentium quoque executorem constituimus, et deputamus. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis

auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Clemens XIII prædecessor in dictis suis literis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die undecima augusti millesimo septingentesimo sexagesimo nono, pontificatus Nostri anno primo.

A. card. Nigronus

Quarta similis confirmatio, novissima quæ omnes præcedentes complectitur.

§. 15. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius præmissa omnia subsistant, ac serventur arctius, ea a Nobis quoque confirmari, et approbari dicti exponentes summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertas ipsius Clementis prædecessoris literas, una cum deputatione auditoris generalis curiæ cameræ apostolicæ in executorem præter episcopum Foroliviensem, ejusque vicarium generalem constituti, etque cum aliis omnibus, et singulis in eisdem literis contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica, tenore præsentium pariter confirmamus, et approbamus, eisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, nec non illa adversus non usum, seu desuetudinem, inobservantiam, et contrarium usum, contrariamque observantiam etiam forsan publicam, et notoriam, et quantolibet tempore tolleratam in integrum, ac pristinum statum restituimus, reponimus, et reintegramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 16. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinare, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos eiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 17. Non obstantibus omnibus, et singulis illis, quæ idem Clemens XIV. prædecessor in suis literis prædictis voluit non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die vicesima octava aprilis millesimo septingentesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XXII.

Dat. die 2. maii 1775. Anno I.

Unio nonnullarum parochialium ecclesiarum collegio das Artes nuncupato civitatis Conimbricensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Avitam, et constantem eorum voluntatem, qui gloriosa majorum suorum gesta emulantes, omnem adhibent operam, omnemque studium, totamque curem, et solicitudinem impendunt, ad hoc ut non solum literarum, sed etiam aliarum artium studia ad rempublicam recta, feliciterque gubernandam, ampliandamque apprime necessaria conserventur, et magis magisque augeantur; Nos merito non solum laudandam, sed etiam fovendam esse semper putavimus, atque in id apostolicæ auctoritatis Nostræ partes interponimus, votisque sublimium principum hoc expostulantium annuimus, quemadmodum, omnibus mature perpensis, in Domino magis expedire arbitramur.

Vicissitudines quibus subsit Conimbricensis universitas studiorum.

§. 2. Dudum siquidem, sicut pro parte carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi Nobis nuper exposuit dilectus filius Franciscus de Almada, et Mendonça vicecomes de Villanova apud Nos, et Sedem apostolicam ipsius Josephi regis minister plenipotentiarius, cla. mem. Joannes III. dum vixit, eorumdem Portugalliæ, et Algarbiorum rex jure, meritoque secum reputans utilitati, et incremento studiorum generalium in suis regnis magis congruere, illa a Lisbonensi aula removere, ubi posteaquam imperaverat cl. itidem mem.

Ferdinandus rex, adhuc conservata eo tempore reperiebantur; hac de re liberali, et nobili voluntate sactavit vestigia, et exempla cla. pariter mem. Emmanuelis regis ejus genitoris, qui in id plura concesserat, ac munificam, et regiam sane mentem suam testatam palam reddiderat in statutis conditis pro universitate studiorum, ideoque Conimbricensi civitati eadem studia restituare omnino curavit, ubi eorum prima fundatio cla. me. Dionysio rege imperante, suum exordium habueret.

Jura eidem concessa, et ampliationes in comodum studiosæ juventutis.

§. 3. Occasione igitur, qua renovata fuit Conimbricensis universitas, non solum ei concessit regia, et magnifica jura *Passaes* vulgo nuncupata, ad hoc ut in illa generalia studia constituerentur, sed etiam, ut ejus subditi in eadem civitate omnibus aliis studiis incumbere possent, fundavit, atque erexit magnum, splendidumque collegium das Artes vulgo pariter nuncupatum ad imbuendam minoribus in studiis nobilem juventutem eorumdem regnorum, illamque condigne parandam ad cætera studia majora postea in dicta universitate percipienda.

Dos constituta, et professores studiis propositi.

§. 4. Dotem autem eidem universitati ita constituit, ut magnitudini constituentis, et qualitati sibi propositi operis responderet: accitisque iis professoribus tam subditis, quam exteris, qui in republica literaria magis idonei comperti sunt, eis congruentem, atque consentaneum assignavit numerum domesticorum, qui aisdem professoribus, et collegialibus suum famulatum exhiberent. Quam maxime enim sibi cordi erat, ut nobilis, ac principalis juventus, quæ in collegio prædicto studiis operam dabat, ornamenta virtutis, et rectæ eruditionis inde assequeretur.

Cuncta tractu temporis defecerunt.

§. 5. Felix igitur, ac faustus dudum erat status ejusdem collegii, sed ut rerum humanarum fert conditio, progressu temporis, tam collegiales, quam professores, nec non etiam redditus conversi in elios usus ibidem defecerunt.

Restauratio collegii, curante Josepho rege.

§. 6. Novissime vero idem Josephus rex, iterum fundata universitate Conimbricensi, bonorum quoque studiorum restaurationem in collegio prædicto æque necessariam agnovit. Qua de re posteaquam ipse in civitate Lisbonensi erexerat splendidum, atque regium collegium nobilium, pro ibi instruenda nobili juventute illorum regnorum, deinde animum suum convertit ad restitutionem alterius collegii artium universitatis Conimbricensis: merito tamen perpenso, quod, sequuta restauratione hujusmodi collegii, illud non aliis quidem aptius, atque utilius assignari poterat, quam adolescentibus nobilibus trium provinciarum septentrionalium eorumdem regnorum, pro illis sane idem collegium reipsa constituit.

Deficientibus redditibus ad graves obeundas expensas assignantur fructus nonnullorum bonorum ecclesiasticorum.

§. 7. Quia vero antiqui redditus bonorum prædicti collegii impares profecto apparuerunt ad obeundas graves expensas, quæ in præsenti rerum statu omnino requiruntur, hinc ipse Josephus rex perspectam habuit, agnovitque omnimodam necessitatem augendi annuos redditus ejusdem collegii, qui satis essent conservationi hujusmodi operis suapte natura pietate, ac utilitate undique effulgentis; quo plane perspecto, ne congruentes eidem collegio deessent modi, ac rationes, quibus subsistere valeat, atque ad hoc ut illius professores, et collegiales, nec non plures ministri pro ejus gubernio, et famulatu omnino requisiti vitam ibidem ducera possint, in hisca rerum circumstantiis, et ad hanc sane piam, utilemque causam conservandam, fovendamque, assignationem, et unionem nonnullorum redditum, et bonorum ecclesiasticorum necessariem cognovit.

Nominantur parœciæ, quarum redditus collegio conceduntur.

§. 8. Ideoque dictus Josephus rex, ac perpetuus dominus mamorati collegii filialis, et adnexi eidem universitati Conimbricensi fructus, et redditus parochialium ecclesiarum, nempe unius sanctæ Eulaliæ da Comierra vulgo nuncupatæ ad ordinariam collationem pro tempore existentis archiepiscopi Bracharensis spectantis, et alterius sancti Vincentii de Alcafache pariter nuncupati in diœcesi Visensi de jurepatronatus ipsius Josephi regis, nec non quatenus opus sit, alicujus alius parochialis, seu parochialium ecclesiarum de illius jurepatronatus itidom existentium, una cum annexis respective juribus *Passnes* vulgo nuncupatis, earumque patronatu eidam collegio perpetuo uniri, et applicari plurimum desideret.

Laudat consilium susceptum pontifex et exequendum esse præcipit, deputato executore.

§. 9. Nos igitur, ut nobilis, atque copiosa Lusitana juventus, trium provinciarum prædictarum virtute, ac literis imbuatur, ac informetur, paterna charitate providere, atque votis ipsius Josephi regis id anhelantis, quantum cum Domino possumus annuere volentes, et prædictarum ecclesiarum parochialium fructuum, redditaum, et proventuum verum annuum valorem præsentibus pro expresso habentes, supplicationibus ejusdem Josaphi regis nomine Nobis humi-

liter porrectis inclinati, dilecto filio Nostro Joanni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Cosmæ de Cunha nuncupato per præsentes injungimus, quatenus prædictas parochiales ecclesias sanctæ Eulaliæ, et sancti Vincentii, nec non, quoties opus sit, aliam, seu alias parochiales itidem ecclesias de jurepatronatus ejusdem Josephi regis existentes, si illæ, quovis modo, quem etiam ex eo quævis generalis reservatio etiam in corpore juris clausa resultet, præsentibus haberi volumus pro expresso, ex cujuscumque persona, seu per liberam resignationem eorum parochiales prædictas nunc obtinentium coram notario publico, et testibus sponte factam, vel per assecutionem alterius beneficii ecclesiastici ordinaria auctoritate collati, etiamsi tanto tempore vacaverint, quod eorum collatio juxta statuta Lateranensis concilii ad Sedem apostolicam legitime devoluta, ipsæque parochiales ecclesiæ dispositioni apostolicæ specialiter reservatæ existant, et super eis inter aliquos lis, cujus statum præsentibus haberi volumus pro expresso, pendeat indecisa, dummodo tempore datæ præsentium non sit in eis alicui specialiter jus quæsitum, una cum earumdem ecclesiarum patronatu, et annexis respective juribus *Passaes* vulgo nuncupatis, eidem collegio das Artes civitatis Conimbricensis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium perpetuo uniat, ac omnia, et singula earumdem ecclesiarum sic, ut præfertur, unitarum bona, et jura, nec non omnes, et singulos earum fructus, redditus, et proventus eidem collegio perpetuo similiter applicet, et assignet, ita quod liceat, post hujusmodi unionem, applicationem, et assignationem factas, dicto collegio, ejusque ministris ecclesiarum hujusmodi parochialium, suarumque pertinentiarum, bonorum, et proprietatum sic concedendorum, et applicandorum respective corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, et perpetuo retinere, nec non bona hujusmodi locare, dislocare, ac fructus, redditus, et proventus illorum percipere, exigere, et levare, ac recuperare, et in dicti collegii usus, ac utilitatem convertere respective, cujusvis licentia desuper minime requisita.

Abrogatio constitutionum in contrarium facientium.

§. 10. Non obstantibus recolendæ memoriæ Bonifacii pp. VIII. prædecessoris Nostri, et Lateranensis concilii novissime celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, ac individua, et de verbo ad verbum mentio ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliis in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Nullius roboris declarantur provisiones, quæ fieri possent de paræciis unitis.

§. 11. Aut si aliqui super provisionibus sibi faciendis de hujusmodi, vel aliis beneficiis ecclesiasticis in illis partibus specialis, vel generalis dictæ Sedis, vel legatorum ejus literas impetrarint, etiamsi per eas ad inhibitionem, reservationem, et decretum, vel alias quomodolibet sit processum, quas quidem literas, et processus habitos per eosdem, ac inde secuta quæcumque ad dictum collegium volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assecutionem beneficiorum aliorum præjudicium generari, et quibuslibet aliis privilegiis, indultis, et literis apostolicis generalibus, vel specialibus quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus, quorumcumque totis tenoribus habenda sit in Nostris literis mentio specialis.

Animarum cura consulitur.

§. 12. Volumus autem, quod præter præmissa dictæ parochiales ecclesiæ debitis non fraudentur obsequiis, et animarum cura nullatenus negligatur, sed illarum congrue supportentur onera consueta, et insuper ex tunc irritum de cernimus si a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quocirca eidem Joanni cardinali per præsentes injungimus, ut deputationem vicarii perpetui pro exercenda ea, qua par est, sedulitate, atque solicitudine, animarum cura in unaquaque ex dictis parochialibus ecclesiis ab illis nominandi. et præsentandi, a quibus ante unionem ecclesiarum hujusmodi per præsentes indultam earumdem parochialium rectores nomi-

nabantur, et præsentabantur, decernat, atque præscribat, eisdemque vicariis perpetuis sic constitutis, et deputatis congruam portionem ex fructibus, ac redditibus, et proventibus uniuscujusque ex parochialibus ecclesiis prædictis juxta constitutionem san. mem. Pii papæ V. prædecessoris Nostri assignet, atque præscribat, omniaque de consilio, et assensu ipsius Josephi Regis gerat, et faciat, prout ad salutem æternam animarum magis expedire in Domino judicaverit. Datum Romæ apud sanctum Petrum die secunda maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 2. maii 1775. Anno I.

XXIII.

Applicantur universitati studii generalis Conimbricensis nonnulla bona ecclesiastica.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Institutionem non solum, sed conservationem quoque universitatum studiorum generalium, ex quibus tot bona in divini cultus augumentum, in catholicæ fidei præsidium, ac in publicam Christifidelium utilitatem procedunt, confovere jugiter satagentes apostolicæ Nostræ auctoritatis partes in ea libenter conferimus, per quæ illarum perenni stabilitati consulitur, præsertim quoties catholicorum principum vota hoc exposcant, nosque in Domino agnoscimus salubriter expedire.

Conimbricensis universitatis præstantia exigit ut redditus multiplicentur, et necessariis expensis fiat satis.

§. 2. Nomine siquidem carissimi in Christo filii Nostri Josephi Portugalliæ, et Algarbiorum regis fidelissimi Nobis nuper exposuit dilectus filius Franciscus de Almada, et Mendonça vicecomes de Villanova apud Nos, et Sedem apostolicam ipsius Josephi regis minister plenipotentiarius, quod idem Josephus rex in nova fundatione Conimbricensis universitatis ab eo nuperrime in Ecclesiæ beneficium, suique status utilitatem, peracta, ad hoc ut literarum studia, quæ in Portugallensi natione jampridem quam maxime floruerunt, eorum antiquo decori, atque splendori restituerentur, provide sane conferendos esse duxit redditus ejusdem universitatis, quos illa actu percipit, cum certissimis, atque indeclinabilibus expensis, quas subire cogitur tam pro iis, qui literarium corpus ibidem constituunt, quam pro aliis pluribus officialibus non solum ad justitiæ, sed etiam gratiæ negotia pertractanda, et exequenda destinatis, ac demum pro ministris, cæterisque inservientibus regiæ cappellæ, quibus omnibus sunt addendi sumptus constructionis, et conservationis splendidorum, atque amplissimorum ædificiorum, ex quibus una inter alias omnes præclariores universitates Europæ ista Conimbricensis nemini secunda effulget. Sic itaque ejus redditus cum omnibus expensis prædictis, prudenti sane consilio, diligenter conferendo, inde ipse Josephus rex probe agnovit, et vidit in præsenti rarum statu, impares omnino esse redditus patrimonii, quibus dicta universitas provisa jampridem reperiebatur ab ejus prædecessoribus Portugalliæ, et Algarbiorum regibus ad subeundas majores expensas, quæ modo superventis novis rerum circumstantiis, minui, ac remitti nullimode possunt.

Enumerantur bona, et jura concessa collegio.

§. 3. Hoc autem clare, aperteque agnito; ne eidem universitati necessarius, et congruus deesset modus conservandi, una cum dignitate sua, utilissima quoque studia, quæ ibidem excoluntur, idem Josephus rex non solum ejus favore explevit novam, atque amplissimam donationem bonorum jampridem regiorum, et sæcularium, quæ a presbyteris regularibus suppressæ, atque extinctæ societatis Jesu antea detinebantur; sed etiam quia bona hujusmodi ad id sufficientia profecto non erant, alia quoque bona, ac redditus ecclesiasticos dudum pro eodem effectu, rectæ scilicet educationis juventutis per apostolicas literas unitos duobus collegiis eorumdem presbyterorum regularium dictæ suppressæ societatis in civitate Conimbricensi, atque Elborensi respective existentibus eidem universitati assignare, seu destinare constituit; decimas nempe mensæ abbatialis de Paço de Souza vulgo nuncupatæ, quas percipiebat collegium Elborense in episcopatu Portugallensi, nec non ordinariam, quam collegium Conimbricense pariter percipiebat a mensa episcopali, seu mitra ejusdem diœcesis. Rursus decimas quoque monasteriorum de Saõ Fins, et sancti Joannis de Longos Valles vulgo itidem nuncupatorum, una cum juribus, quæ Passacs vocantur, et patronatibus sibi pertinentibus in archiepiscopatu Bracharensi, ac demum perceptionem fructuum trium præbenda-

rum in collegiata ecclesia villæ de Ourem in episcopatu Leiriensi.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione peractæ concessionis.

§. 4. Quæ quidem bona, et redditus, cum, instantibus cla. mem. Joanne III., ac Sebastiano, et Henrico prædecessoribus Portugalliæ, et Algarbiorum regibus, ex laudabili, justa, ac recta cæteroquin causa, juventutis nempe optime educandæ, eisdem collegiis unita fuerint, sed optatum finem instantiæ hujusmodi ab ipsis regibus porrectæ, ac intentio, et mentio Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum illis annuentium minime obtinuerint, hinc eadem nunc quoque concurrente causa apostolicarum concessionum respicientium tam sanctum, ac utile opus, videlicet publicorum studiorum, idem Joseph rex, et perpetuus dominus prædictæ universitatis Conimbricensis bonorum, ac redditnum hujusmodi assignationem, et applicationem favore ejusdem universitatis per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderat.

Tenor pontificiæ confirmationis cum suis declarationibus.

§. 5. Nos igitur ipsius Josephi regis zelum, ac solicitudinem in excolendis, ampliandisque litterarum studiis, quibus Christifideles Ecclesiæ, et reipublicæ utiliores sane redduntur, et fiunt, plurimum in Domino commendantes, atque tenores earumdem literarum apostolicarum, per quas instantibus ipsis regibus prædecessoribus præfata bona, ac redditus unita dudum fuerunt memoratis collegiis Conimbricensi nempe, et Elborensi præsentibus pro expressis, atque insertis habentes, ejusdem Josephi regis votis annuere volentes, prædicta bona, ac redditus, nempe decimas mensæ abbatialis de Paço de Souza vulgo nuncupatæ, quas collegium Elborense in episcopatu Portugallensi percipiebat, nec non ordinariam, quam a mensa episcopali, seu mitra Conimbricensi periter percipiebat collegium ejusdem civitatis, atque insuper decimas monasteriorum de Saò Fins; et sancti Joannis de Longos Valles una cum juribus de Passaes nuncupatis, et patronatibus sibi pertinentibus in archiepiscopatu Bracharensi, atque perceptionem fructuum trium præbendarum in collegiata ecclesia villæ de Ourem in episcopatu Leiriensi per apostolicas literas, instantibus eisdem regibus, memoratis collegiis Conimbricensi, et Elborensi, ut præfertur dudum unita, prævia eorum separatione, atque dismembratione a collegiis prædictis, universitati Conimbricensi ab ipso Josepho rege novissime restauratæ, restitutæ ac fundatæ auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium perpetuo unimus, annectimus, et applicamus, illaque omnia una cum suis juribus, pertinentiis, ac dependentiis, quibus antea collegia prædicta Conimbricense, et Elborense fruebantur, potiebantur, et gaudebant, in conservationem, et manutentionem ejusdem universitatis, suorumque ministrorum, et ædificiorum juxta ipsius Josephi regis mentem, et intentionem auctoritate, et tenore prædictis perpetuo itidem assignamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, at Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogationes.

§. 7. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 3 maii 1775. Anno I.

XXIV.

Imminutio festorum in diœcesi Vilnensi.

Venerabili fratri Ignatio Massalski episcopo Vilnensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Temporalia Christifidelium comoda maxime conferunt, ut promptiores fiant ad spiritualia consectanda.

§. 1. Paternæ charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut eorum temporalium etiam commodorum rationem habeamus, quibus præsertim illi ad spiritualia consectanda fieri promptiores, alacrioresque possint; utraque enim ita componi, et constitui debent, ut altera abesse alteris nequeant, sed mutua inter se temperatione, quoad fieri poterit maxime provehantur; qua propter si præcipue ad divinum cultum, animarumque salutem Nostri apostolici ministerii solicitudo conversa sit, tamen ea interdum minime neglecta temporalium rerum opportunitate, non solum impedimenta, si quæ sint, averti, sed et multo potiora ad eum finem adjumenta comparari posse cognoscimus.

Hac de causa Benedictus XIV. sæpius indulsit, ut etiam festivis diebus, laboriosæ artes exerceri possent, audita tantum missa, et servato jejunio.

§. 2. His inductum rationibus fel. recordationis Benedictum pp. XIV, sapientissimum prædecessorem Nostrum fuisse scimus, qui nonnullorum catholicorum principum, et ordinariorum sibi porrectis precibus annuendo indulsit, ut fideles populi plurium civitatum, et diœcesum quibusdam festivis diebus, servato in eorumdem festorum vigiliis, in quibus præceptum erat, jejunio, ac audita tantum in iisdem festis missa, laboriosis susrum artium exercitationibus, servilibusque operibus vacare possent.

Sed inde occasio surrexit transgrediendi præcepta.

§. 3. Sed ex eadem dispensatione, illud postmodum, sicut accepimus, evenisse deprehensum est, ut alii in suo artificio nimis occupati præceptum audiendi missam omnino negligerent, alii vero ex obligatione jejunandi in vigiliis, et audiendi sacrum in festis occasionem caperent a laboribus abstinendi, et otio indulgendi.

Poloniæ rex preces porrigit pro dispensatione a præcepto jejunandi, et audiendi missam.

§. 4. Quæ incommoda agnoscens charissimus in Christo filius Noster Stanislaus Augustus Poloniæ rex illustris pro eximia, qua pollet, pietate obviam iisdem ire nunc statuit, proindeque a Nobis enixe flagitat nomine etiam inclytorum reipublicæ Polonæ ordinum in generalibus comitiis congregatorum, ut eosdem Christifideles etiam a præcepto jejunandi, et audiendi missam iis diebus, quibus operi vacare permittitur, solutos esse apostolica auctoritate velimus.

Pontifex ordinario committit imminutionem festorum, declarans qui dies festivi omnino retineri debeant.

§. 5. Nos igitur ejusdem votis quantum in Domino possumus obsequendum, et populorum conscientiæ consulendum esse judicantes fraternitati tuæ committimus, et mandamus, ut in ista civitate, ac diœcesi tua banc omnibus Christifidelibus rims latini in civitate, et diœcesi prædicta existentibus de diebus festis legem, in quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus auctoritate apostolica denuncies, et edicas.

Enumeratio dierum festivorum servandorum.

§. 6. Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliique per annum dies dominici, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi, tum quinque dicati beatæ Mariæ virgini scilicet purificationis, annuntiationis, assumptionis, nativitatis, et conceptionis; præterea retineantur festa sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum, sancti Stephani protomartyris, et unius tantum principalioris patroni.

Ubi plures patronos haberi contigit, præferendus ille qui potiorem cultum, et venerationem obtinet.

§. 7. Sed si alicubi plures patronos æque principales haberi contigerit, diligenter inquiras, necesse est, venerabilis frater, quinam ex dictis principalioribus patronis potiorem cultum, et venerationem in ea vel civitate, vel oppido, vel pago habeat, et in ejus tantum propria die festivitatis præceptum designes.

Quæ præstanda sint in diebus festis servatis.

§. 8. In his igitur omnibus festis diebus pro veteri Ecclesiæ catholicæ instituto Christifideles sacris adesse, a servilibus operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit, observare debeant, et teneantur.

Absolutiones, et liberationes pro diebus festis deletis.

§. 9. In reliquis vero festis non solum laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permittimus, ed indulgemus, sed insuper eosdem Christifideles a quacumque vigiliæ, seu jejunii diebus præcedentibus, dummodo aliunde vel ratione quadragesimæ, vel ratione quatuor temporum non præcipiatur, et audiendi missam in prædictis festis obligatione absolvimus, et liberamus.

Praeceptum de celebrandis missis, et recitando officio in ecclesiis, tam pro servatis, quam pro abrogatis festis.

§. 10. Sed quoniam dum populorum conscientiæ consulimus, et eorum, qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiæ providemus, sanctorum venerationem, et salutarem Christifidelium pœnitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, et solemnitatum officia, et missas tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum vigiliis retineri, et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus.

Commutatio jejuniorum.

§. 11. Sacrum vero jejunium, quod in prædictis vigiliis habebatur, ad quartas, et sextas ferias adventus transferendum, ibidemque servandum edicimus, et constituimus.

Commemoratio de abrogatis festis, statutis diebus facienda.

§. 12. Ut autem non solum clerici, et divites homines sæculares, qui etiam diebus non festivis sacrosancto missæ sacrificio et divinis officiis, quod vehementer cupimus, adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesias diebus tantum festis adeunt, sanctorum apostolorum, et martyrum, quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, et venerentur, volumus, ac præcipimus, ut die xxix junii ultra præcipuam sanctorum Petri, et Pauli solemnitatem, etiam aliorum apostolorum, et die xxvi decembris ultra præcipuum sancti Stephani festum, etiam aliorum sanctorum martyrum memoria celebretur. Quare die xxix junii in kalendariis ecclesiasticis ita festum inscribendum erit = ss. Petri, et Pauli, et commemoratio omnium apostolorum = ac tam in officio, quam in missa addatur = commemoratio de communi apostolorum = die vero xxvi decembris ita notetur festum = s. Stephani protomartyris, et commemoratio omnium sanctorum martyrum = ac tam in officio, quam in missa addenda erit = commemoratio de communi plurimorum martyrum.

Monitum populo faciendum super observantia dierum festorum servatorum.

§. 13. Hæc Nos, venerabilis frater, non minus spiritualem, quam temporalem istius populi utilitatem intuentes sancienda esse judicavimus, in quo plurimum solicitudini, ac pastorali vigilantiæ tuæ confidimus, qui illud profecto sedulitate, studioque tuo efficies, ne quid e divino cultu detractum videri possit, sed quo minor festorum dierum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pietas, fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, ac in Domino fraternitatem tuam hortamur, ut populos tibi commissos diligenter edocendos cures, quæ ad justam, legitimamque festorum dierum celebritatem pertineant, quo ardore, quave humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, ac christianæ doctrinæ institutionibus interesse debeant, et ne per eos dies Christifidelium corda graventur crapula, et ebrietate, ac sæcularibus cogitationibus, quam diligentissimam operam dare debebis, ut profana quæque, ludrica, et minus religiosa a publicis locis amoveantur, contra vero in conspectu illa sint, abundeque suppetant, quæ ad fovendam devotionem, pietatemque plurimum prodesse possint. Quæ quidem cuncta a prospecta pastorali sedulitate tua Nobis maxime pollicemur.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XXV.

Dat. die 20. maii 1775. Anno I.

Facultas magno eleemosynario regis christianissimi concedendi licentiam militibus vescendi carnibus temporibus prohibitis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Omnium Christifidelium necessitatibus paterna charitate consulere cupientes, in iis quæ eorumdem Christifidelium spiritualem quietem, et conscientiæ securitatem respiciunt, apostolicæ auctoritatis Nostræ partes interponimus, quemadmodum sublimium christianorum principum vota exposcunt, et Nos, omnibus mature perpensis, in Domino magis expedire arbitramur.

Exponitur sæpissime evenire ex necessitate, ut milites carnibus vesci debeant, contra præceptum ecclesiasticum.

§. 2. Sane pro parte carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi expositum Nobis fuit, quod sive militares ejus copiæ in castris, et belli expeditione actu reperiantur, sive pacis tempore ad diversas eorumdem regnorum provincias, civitates, et oppida se conferre debeant, persæpe contigere solet, ut temporibus,

quibus ecclesiasticum præceptum vetat, ne Christifideles carnes comedant, per ea loca pertransire teneantur, in quibus omnia alia ad humanæ vitæ sustentationem necessaria penitus deficiunt, qua de re milites hujusmodi carnibus quandoque vesci temporibus, ut præfertur, prohibitis, coacti omnino reperiantur.

Curæ adhibitæ ne id eveniat in irritum cessere.

§. 3. Licet autem tam ipsius Ludovici regis eximia pietas, quam ejus ministri, et officiales omne in re hac adhibuerint studium, curam, et sollicitudinem, ne præmissa evenirent, sed ecclesiastico præcepto milites obtemperarent, optatum tamen effectum pia eorum desideria assequi minime valuerunt. Quo circa idem Ludovicus rex Nobis humiliter supplicari fecit, ut spiritualibus militum hujusmodi necessitatibus de benignitate apostolica providere dignaremur.

Et ideo pontifex regio eleemosynario committit, ut pro sua prudentia licentiam militibus vescendi carnibus concedat cum suis conditionibus, et reservationibus.

§. 4. Nos igitur ipsius Ludovici regis votis æternum animarum bonum respicientibus, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, dilecto filio Nostro Karolo Antonio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali de Rochebeaumont nuncupato ejusdem Ludovici regis nunc, et pro tempore existenti magno eleemosynario facultatem, sive per se, sive per alios sacerdotes minores eleemosynarios penes eosdem milites in illorum legionibus existentes, atque ab ipso deputandos, concedendi licentiam militibus prædictis, vel in actuali belli expeditione intro, et extra Galliarum regna in castris degentibus, vel pacis tempore in itinere tantum per eorumdem quoque regnorum loca transeuntibus, temporibus ecclesiastico præcepto intra annum prohibitis carnibus vescendi, auctoritate apostolica, tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Exclusio militum, continuo arces, seu loca custodientium.

§. 5. Volumus autem, quod facultas hujusmodi ad milites præsidiarios, qui continuæ arcium, seu aliorum locorum custodiæ adscripti sunt, minime extensa intelligatur.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XXVI.

Dat. die 15 maii 1775. Anno I.

Confirmatio decreti editi super baptismo clam puero Hebræo collato.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

In causa acta pro baptismo puero hebraeo collato sacra generalis Inquisitio per suum decretum consuluit.

§. 1. Alias emanavit a congregatione tunc existentium S. R. E. cardinalium in tota republica christiana adversus hæreticam pravitatem generalium inquisitorum auctoritate apostolica deputatorum decretum, tenoris, qui sequitur, videlicet

Feria V. die 9 februarii 1764

Tenor decreti.

§. 2. In congregatione generali sanctæ Romanæ et universalis inquisitionis habita in palatio apostolico Quirinali coram sanctissimo Domino Nostro Clemente divina providentia pp. XIII., ac eminentissimis, et reverendissimis dominis S. R. E. cardinalibus in tota republica christiana contra hæreticam pravitatem generalibus inquisitoribus a sancta Sede apostolica specialiter deputatis.

Proposita causa Avenionensis Carpentoratensis circa baptismum clam puero Hebræo collatum a cathecumeno Ain de Cavaillon, et circa recursum quatuor universitatum Hebræorum provinciæ Avenionensis super minis, quæ quotidie inferuntur a pravis, et otiosis hominibus, conferendi baptismum infantibus Hebræis invitis parentibus ad finem extorquendi pecunias ab Hebræis divitibus, relatis scripturis desuper pro parte Hebræorum distributis, aliisque omnibus juribus deductis: Sanctissimus Dominus Noster papa, prædictis auditis eminentissimorum, et reverendissimorum dominorum cardinalium generalium inquisitorum suffragiis (proviso tamen quoad baptismum supradicti pueri Hebræi, quam quoad minas, et instantias matris, et sororis de Cavaillon in Hebræorum claustro civitatis Carpentoratensis commorantium) decrevit, scribendum esse, tum r. p. d. episcopo Carpentoratensi, ut nullo modo permittat accessum ad suam diœcesim Hebræis fratribus de Cavaillon absentibus; tum r. p. d. vice legato Avenionensi, ut pœnam exilii a toto comitatu Venesino, debitis formis, prædictis Hebræis fratribus de Cavaillon sub gravibus pœnis, in casu etiam primæ contraventionis intimet.

Baptisantes invitis parentibus infantes Hebræos, damnatur ad triremes si mares, ad fustigationem si mulieres.

§. 3. Item Sanctitas Sua eidem Carpenctoratensi episcopo, ac patri inquisitori Avenionensi scribendum statuit, ut nomine sanctæ congregationis publicent novum edictum, comminatis pœnis gravioribus, etiam afflictivis, et corporalibus (scilicet triremiom quoad homines, fustigationis vero quoad mulieres) irremissibiliter incurrendis contra baptitantes, ut supra, invitis parentibus, infantes Hebræos, et minas eisdem respective inferentes ad supradictum effectum.

Petrus Pauluccius, sanctæ romanæ et universalis inquisitionis notarius

Preces porrectæ pro confirmatione decreti.

§. 4. Nunc aotem nomine prædictarum quatuor universitatum Hebræorum Nobis expositum fuit, quod ipsæ, ut decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius apostolicæ etiam Nostræ confirmationis patrocinio communiri plurimum desiderant.

Confirmatio apostolica conceditur salva auctoritate ejusdem congregationis.

§. 5. Nos igitur præinsertum decretum memorata a congregatione, ut præfertur editom, cnm omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate ejusdem congregationis.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas firmas, firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac respective ab eis inviolabiter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XXVII.

Dat. die 23. maii 1775. Anno I.

Immioutio festorum in diœcesi Posnanieosi

Venerabili fratri Andreæ Mlodziejawski episcopo Posnaniensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio constitutionis.

§. 1. Paternæ charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut eorum temporalium etiam commodorum rationem habeamus, quibus præsertim illi ad spiritualia consectanda fieri promptiores, alacriores-que possint; utraque enim ita componi, et constitui debent, ut altera absese alteris nequeant, sed mutua ioter se temperatione, quoad fieri poterit maxime provehantur; qua propter si præcipue ad divinum cultum, aoimarumque salutem Nostra apostolici ministerii solicitudo conversa sit, tamen ea interdum minime neglecta temporalium rerum opportunitate, non solum impedimenta, si quæ sint, averti, sed et multo potiora ad enm finem adjumenta comparari posse cognoscimus.

Providentia ad rem suscepta a Benedicto XIV quæ tamen gravioribus incomodis caussam præbuere

§. 2. His inductum rationibus felicis recordationis Benedictum pp. XIV sapientissimum prædecessorem Nostrum fuisse scimus, qui nonnullorum catholicorum principum, et ordinariorum sibi porrectis precibus annuendo indulsit, ut fideles populi plurium civitatum, et diœcesum quibusdam festivis diebus, servato in eorumdem festorum vigiliis, in quibus præceptum erat, jejunio, ac audita tantum in iisdem festis missa, laboriosis suarum artium exercitationibos, servilibusque operibus vacare possent; sed ex eadem dispensatione illud postmodum, sicut accepimus, evenisse deprehensum est, ut alii in suo artificio nimis occupati præceptum audiendi missam omnino negligerent, alii vero ex obligatione jejunandi in vigiliis, et audiendi sacrum in festis occasionem caperent a laboribus abstinendi, et otio indulgendi.

Incomoda eliminare satagit rex Poloniæ efflagitans absolutionem a præcepto jejunandi, et audiendi sacrum diebus

§. 3. Quæ incomoda agnoscens carissimus in Christo filius Noster Stanislaus Augustus Poloniæ rex illustris, pro eximia, qua pollet pietate obviam iisdem ire nunc statuit, proindeque a Nobis enixe flagitat nomine etiam incly-

quibus operi vacare permittitur

torum reipublicæ Polonæ ordinum in generalibus comitiis congregatorum, ut eosdem Christifideles etiam a præcepto jejunandi, et audiendi missam iis diebus, quibus operi vacare permittitur, solutos esse apostolica auctoritate velimus.

Committitur ordinario ut publicetur lex nova de diebus festis servandis.

§. 4. Nos igitur ejusdem votia quantum in Domino possumus, obsequendum, et populorum conscientiæ consulendum esse judicantes, fraternitati tuæ committimue, et mandamus, ut in ista civitate, ac diœcesi tua hanc omnibus Christifidelibus ritus latini in civitate, et diœcesi prædicta existentibue de diebus festie legem, in quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus, auctoritate apostolica denuncies, et edicas.

Enumerantur dies festivi.

§. 5. Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliiqua per annum dies dominici, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Asceosionis, et Corporis Christi, tum quinque dicati beatæ Mariæ virgini, scilicet, purificationis, annuntiationis, assumptionie, nativitatis, et conceptionis; præterea retineantur festa sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum, sancti Stephani protomartyrie, et uniua tantum principalioris patroni.

Præfinitur quid servandum in locis in quibus plures principales patronos haberi contigerit.

§. 6. Sed, si alicubi plures patronos æque principales haberi contigerit, diligenter inquirae, necesse est, venerabilis frater, quinam ex dictis principalioribue patrouis potiorem cultum, et veneratiooem in ea vel civitate, vel oppido, vel pago habeat, et in ejus tantum propria dic festivitatis præceptum desigoes.

Quid præstandum in diebus festis servatis.

§. 7. In hie igitur omoibus festis diebus pro veteri Ecclesiæ catholicæ instituto Christifidales sacria adesse, a servilibue operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliie, quibus adnexum sit, observare debeant, et teneantur.

Quomodo in abrogatis servilia opera permittentur absque lege vigiliæ, vel jejunii.

§. 8. In reliquis vero festie non solum laboriosaa artium exercitationes, et servilio opera permittimus, et indulgemus, sed insuper eosdem Christifideles a quacumque vigiliæ, seu jejunii diebue præcedentibus, dummodo aliunde vel ratione quadragesimæ, vel ratione quatuor temporum non præcipiatur, et audiendi missam in prædictis festis obligatiooe absolvimus, et liberamus.

De missa, et officio celebrando etiam in iisdem abrogatis festis.

§. 9. Sed quoniam dum populorum conscientiæ consulimue, et eorum qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiæ providemus, sanctorum veneratiouem, et salutarem Christifidelium poenitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, et solemnitatem officia, et missas tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum vigiliie retineri, et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus.

De commutatione jejunii

§. 10. Sacrum vero jejunium, quod in prædictis vigiliis habebatur, ad quartas, et sextas ferias adventus transfereodum, ibidemque servandum edicimus, et constituimus.

De commemoratione dierum festorum abrogatorum.

§. 11. Ut autem non solum clerici, et divites homines sæculares, qui etiam diebne non festivis sacrosaucto missæ sacrificio, et divinis officiis, quod vehementer cupimus, adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesiae diebus tantum festis adeunt, sanctorum apostolorum, et martyrum, quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, et venerentur, volumus, ac præcipimus, ut die xxix junii ultra præcipuam sanctorum Petri, et Pauli solemnitatem, etiam aliorum apostolorum, et die xxvi decembris ultra præcipuum sancti Stephani festum, etiam aliorum sanctorum martyrum memoria celebretur. Quare dic xxix junii in kalendariie ecclesiasticis ita festum inscribendum erit = ss. Petri, et Pauli, et commemoratio omnium apostolorum = ac tam in officio, quam in missa addatur= commemoratio de communi apostolorum = die vero xxvi decembris ita notetur festum = sancti Stephani protomartyris, et commemoratio omnium sanctorum martyrum = ac tam io officio, quam in missa, addenda erit = commemoratio dc communi plurimorum martyrum =.

Monitum de edocendo populo quoad onus servandi præceptum de sanctificatione dierum festorum.

§. 12. Hæc Nos, venerabilis frater, non minus epiritualem, quam temporalem istius populi utilitatem intuentes sancienda esse judicavimus, in quo plurimum solicitudini, ac pastorali vigilantiæ tuæ confidimus, qui illud profectu sedulitate, studioque tuo efficias, ne quid a divino cultu detractum videri possit, sed quo minor festorum dierum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pictas, fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, ac in Domino fraternitatem tuam hortamur, ut populos tibi commissos diligenter edocendos cures, quæ ad justam, legitimamque festorum dierum celebrationem pertinent, quo ar-

dore, quave humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, ac christianæ doctrinæ institutionibus interesse debeant, et ne per eos dies Christifidelium corda graventur crapula, et ebrietate, ac sæcularibus cogitationibus quam diligentissimam operam dare debebis, ut profana quæque, ludrica, et minus religiosa a publicis locis amoveantur, contra vero in conspectu illa sint, abundeque suppetant, quæ ad fovendam devotionem, pietatemque plurimum prodesse possint. Quæ quidem cuncta a perspecta pastorali sedulitate tua Nobis maximè pollicemur.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 23 maii 1775. Anno I.

XXVIII.

Imminutio festorum in diœcesi Uladislaviensi.

Venerabili fratri Antonio Ostrowski episcopo Uladislaviensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Quæ in præcedenti constitutione statuta sunt pro diœcesi Posnaniensi, hic repetuntur pro diœcesi Uladislaviensi.

§. 1. Paternæ charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut eorum temporalium etiam commodorum rationem habeamus, quibus præsertim illi ad spiritualia obeunda fieri promptiores, alacrioresque possint; utraque enim ita componi, et constitui debent, ut altera abesse alteris nequeant, sed mutua inter se temperatione, quoad fieri poterit, maxime provehantur; quapropter si præcipue ad divinum cultum, animarumque salutem, Nostra apostolici ministerii solicitudo conversa sit, tamen ea interdum minime neglecta temporalium rerum opportunitate, non solum impedimenta, si quæ sint, averti, sed et multo potiora ad eum finem adjumenta comparari posse cognoscimus.

Eadem ratio constitutionis.

§. 2. His inductum rationibus felicis recordationis Benedictum pp. XIV sapientissimum prædecessorem Nostrum fuisse scimus, qui nonnullorum catholicorum principum, et ordinariorum sibi porrectis precibus annuendo indulsit, ut fideles populi plurium civitatum, et diœcesum, quibusdam festivis diebus, servato in eorumdem festorum vigiliis, in quibus præceptum erat, jejunio, ac audita tantum in iisdem festis missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus vacare possent; sed ex eadem dispensatione illud postmodum, sicut accepimus, evenisse deprehensum est, ut alii in suo artificio nimis occupati præceptum audiendi missam omnino negligerent, alii vero ex obligatione jejunandi in vigiliis, et audiendi sacrum in festis occasionem caperent a laboribus abstinendi, et otio indulgendi. Quæ incommoda agnoscens carissimus in Christo filius Noster Stanislaus Augustus Poloniæ rex illustris, pro eximia, qua pollet pietate obviam iisdem ire nunc statuit, proindeque a Nobis enixe flagitat nomine etiam inclytorum reipublicæ Polonæ ordinum in generalibus comitiis congregatorum, ut eosdem Christifideles etiam a præcepto jejunandi, et audiendi missam iis diebus, quibus operi vacare permittitur, solutos esse apostolica auctoritate velimus.

Similis deputatio ordinarii pro nova lege publicatione de diebus festis servandis.

§. 3. Nos igitur ejusdem votis quantum in Domino possumus, obsequendum, et populorum conscientiæ consulendum esse judicantes, fraternitati tuæ committimus, et mandamus, ut in ista civitate, ac diœcesi tua hanc omnibus Christifidelibus ritus latini in civitate, et diœcesi prædicta existentibus de diebus festis legem, quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus, auctoritate apostolica denuncies, et edicas.

Enumeratio dierum festorum servatorum.

§. 4. Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliique per annum dies dominici, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, et corporis Christi, tum quinque dicati beatæ Mariæ virgini, scilicet purificationis, annuntiationis, assumptionis, nativitatis, et conceptionis; præterea retineantur festa sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum, sancti Stepha-

ni protomartyris, et unius tantum principalioris patroni.

De eligando patrono, qui potiorem cultum, et venerationem obtineat.

§. 5. Sed si alicubi plures patronos æque principales haberi contigerit diligenter inquiras, necesse est, venerabilis frater, quinem ex dictis principalioribus patronis potiorem cultum, et venorationem in ea vel civitate, vel oppido, vel pago habeat, et in ejus tentum propria die festivitatis præceptum designes.

De oneribus quibus gravantur Christifideles pro diebus festis servatis.

§. 6. In his igitur omnibus festis diebus pro veteri Ecclesiæ catholicæ instituto Christifideles sacris adesse, a servilibus operibus abstinere, at jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit, observare debeant, et teneantur.

Liberationes, et absolutiones pro diebus festis abrogatis.

§. 7. In reliquis vero festis non solum laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permittimus, et indulgemus, sed insuper eosdem Christifideles a quecumque vigiliæ, seu jejunii diebus præcedentibus, dummodo eliundo vel ratione quadragesimæ, vel rationa quatuor temporum non præcipiatur, et audiendi missam in prædictis festis obligatione absolvimus, et liberamus.

De offigio, et missa etiam iisdem abrogatis festis in ecclesiis celebranda.

§. 8. Sed quoniam dum populorum conscientiæ consulimus, et eorum, qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiæ providemus, sanctorum venerationem, et salutarem Christifidelium pœnitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, et solemnitatum officia, et missas tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum vigiliis retineri, at sicut prius in quacumque ecclesie celebrari mandamus.

Commutatio jejunii.

§. 9. Sacrum vero jejunium, quod in prædictis vigiliis babebatur, ad quartas, et sextas ferias adventus transferendum, ibidemque servandum edicimus, et constituimus.

Commemoratio dierum festorum abrogatorum.

§. 10. Ut autem non solum clerici, et divites homines sæculeres, qui etiam diebus non festivis sacrosancto missæ sacrificio, et divinis officiis, quod vehementer cupimus, adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesias diabus tantum festis adeunt, sanctorum apostolorum, et martyrum, quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, et venerentur, volumus, et præcipimus, ut die xxix. junii præcipuam sanctorum Petri, et Pauli solemnitatem, etiam aliorum apostolorum, et die xxvi. decembris ultra præcipuum sancti Stephani festum, etiam aliorum sanctorum martyrum memeria celebretur. Quare die xxix. junii in kalendariis ecclesiasticis ita festum inscribendum erit » ss. Petri, et Pauli, et commemoratio omnium apostolorum » ac etiam in officio, quam in missa addatur » commemoratio de communi apostolorum » die vero xxvi. decembris ita notetur festum » s. Stephani protomartyris, et commemoratio omnium sanctorum martyrum » ac tam in officio, quam in missa addenda erit » commemoratio de communi plurimorum martyrum.

Monitum ad episcopum, ut populum edoceat super iis, quæ pertinent ad celebrationem dierum festorum

§. 11. Hæc Nos, venerabilis frater, non minus spiritualem, quam temporalem istius populi utilitatem intuentes sancienda esse judicavimus, in quo plurimum solicitudini, ac pastorali vigilantiæ tuæ confidimus, qui illud profecto sedulitate, studioque tuo efficies, ne quid e divino cultu detractum videri possit, sed quo minor festorum dierum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pietas, fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, ac in Domino fraternitatem tuam hortamur, ut populos tibi commissos diligenter edocendos cures, quæ ad justam, legitimamque festorum dierum celebrationem pertinent, quo ardore, quave humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, ac christianæ doctrinæ institutionibus interesse debeant, et ne per eos dies Christifidelium corda graventur crepula, et ebrietate, ac sæcularibus cogitationibus, quam diligentissimam operam dere debebis, ut profane quæque, ludrica, et minus religiosa a publicis locis amoveantur, contra vero in cospectu illa sint, abundeque suppetant, quæ ad fovendam devotionem, pietatemque plurimum prodessa possint. Quæ quidem cuncta a perspecta pastorali sedulitate tue Nobis maxime pollicemur.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesime tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 31. maii 1778. Anno I.

XXIX.

Imminutio festorum in diœcesi Luceoriensi.

Venerabili fratri Felici Torski episcopo Luceoriensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Idem pro alia diœcesi Luceoriensi;

Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis aditis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 23. maii 1775. Anno I.

XXXVI.

Imminutio festorum in diœcesi Gnesnensi

Venerabili fratri Gabrieli Podoski archiepiscopo Gnesnensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Idem pro alia diœcesi, et sit pro universo Poloniæ regno, in omnibus ad formam præcedentium constitutionum.

Paternæ charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut eorum temporalium etiam commodorum rationem habeamus, quibus præsertim illi ad spiritualia consectanda fieri promptiores, alacrioresque possint; utraque enim ita componi, et constitui debent, ut altera absese alteris nequeant, sed mutua inter se temperatione, quoad fieri poterit maxima provehantur; quapropter si præcipue ad divinum cultum, animarumque salutem Nostra apostolici ministerii solicitudo conversa sit, tamen ea interdum minime neglecta temporalium rerum opportunitate, non solum impedimenta, si quæ sint, averti, sed at multo potiora ad eum finem adjumenta comparari posse cognoscimus.

His inductum rationibus felicis recordationis Benedictum pp. XIV sapientissimum prædecessorem Nostrum fuisse scimus, qui nonnullorum catholicorum principum, et ordinariorum sibi porrectis precibus annuendo indulsit, ut fideles populi plurium civitatum, et diœcesum, quibusdam festivis diebus, servato in eorumdem festorum vigiliis, in quibus præceptum erat, jejunio, ac audita tantum in iisdem festis missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus vacare possent; sed ex eadem dispensatione illud postmodum, sicut accepimus, evenisse deprehensum est, ut alii in suo artificio nimis occupati præceptum audiendi missam omnino negligerant, alii vero ex obligatione jejunandi in vigiliis, et audiendi sacrum in festis occasionem caperent a laboribus abstinendi, et otio indulgendi. Quæ incommoda agnoscens carissimus in Christo filius Noster Stanislaus Augustus Poloniæ rex illustris, pro eximia, qua pollet pietate obviam iisdem ire nunc statuit, proindeque a Nobis enixe flagitat nomine etiam inclytorum reipublicæ Polonæ ordinum in generalibus comitiis congregatorum, ut eosdem Christifideles etiam a præcepto jejunandi, et audiendi missam iis diebus, quibus operi vacare permittitur, solutos esse apostolica auctoritate velimus.

Nos igitur ejusdem votis quantum in Domino possumus, obsequendum, et populorum conscientiæ consulendum esse judicantes, fraternitati tuæ committimus, et mandamus, ut in ista civitate, ac diœcesi tua hanc omnibus Crhistifidelibus ritus latini in civitate, et diœcesi prædicta existentibus de diebus festis legem, in quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus, auctoritate apostolica denuncies, et edicas.

Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliique per annum dies dominici, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, et corporis Christi; tum quinque dicati beatæ Mariæ virgini, scilicet purificationis, annuntiationis, assumptionis, nativitatis, et con-

ceptionis ; præterea retineantur festa sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum, sancti Stephani protomartyris, et unius tantum principalioris patroni.

Sed si alicubi plures patronos æque principales haberi contigerit diligenter inquiras, necesse est, venerabilis frater, quinam ex dictis principalioribus patronis potiorem cultum, et venerationem in ea vel civitate, vel oppido, vel pago habeat, et ejus tantum propria die festivitatis præceptum designes.

In his igitur omnibus festis diebus pro veteri Ecclesiæ catholicæ instituto Christifideles sacris adesse, a servilibus operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit, observare debeant, ac teneantur.

In reliquis vero festis non solum laboriosas artium exercitationes, at servilia opera permittimus, et indulgemus, sed etiam eosdem Christifideles a quacumque vigiliæ, seu jejunii diebus præcedentibus, dummodo aliunde vel ratione quadragesimæ, vel ratione quatuor temporum non præcipiatur, et audiendi missam in prædictis diebus festis obligatione absolvimus, et liberamus.

Sed quoniam dum populorum conscientiæ consulimus, et eorum qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiæ providemus, sanctorum venerationem, et salutarem Christifidelium poenitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, ac solemnitatum officia, et missas tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum vigiliis retineri, et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus.

Sacrum vero jejunium, quod in prædictis vigiliis habebatur, ad quartas, et sextas ferias adventus transferendum, ibidemque servandum edicimus, et constituimus.

Ut autem non solum clerici, et divites homines sæculares, qui etiam diebus non festivis sacrosancto missæ sacrificio, ac divinis officiis, quod vehementer cupimus, adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesias diebus tantum festis adeunt, sanctorum apostolorum, et martyrum, quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, ac venerentur, volumus, ac præcipimus, ut die xxix junii ultra præcipuam sanctorum Petri, et Pauli solemnitatem, etiam aliorum apostolorum, et die xxvi decembris ultra præcipuum sancti Stephani festum, etiam aliorum sanctorum martyrum memoria celebretur. Quare die xxix junii in kalendariis ecclesiasticis ita festum inscribendum erit = ss. Patri, et Pauli, at commemoratio aliorum apostolorum = ac tam in officio, quam in missa addatur = commemoratio de communi apostolorum = die vero xxvi decembris ita notetur festum = sancti Stephani protomartyris, et commemoratio omnium sanctorum martyrum = ac tam in officio, quam in missa addenda erit = commemoratio de communi plurimorum martyrum = .

Hæc Nos, venerabilis frater, non minus spiritualem, quam temporalem istius populi utilitatem intuentes sanciendа esse judicavimus, in quo plurimum solicitudini, ac pastorali vigilantiæ tuæ confidimus, qui illud profecto sedulitate, studioque tuo efficies, ne quid e divino cultu detractum videri possit, sed quo minor dierum festorum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pietas, fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, ac in Domino fraternitatem tuam hortamur, ut populos tibi commissos diligenter edocendos cures, quæ ad justam, legitimamque festorum dierum celebrationem pertinent, quo ardore, quave humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, et christianæ doctrinæ institutionibus interesse debeant. Et ne per eos dies Christifidelium corda graventur crapula, et ebrietate, ac sæcularibus cogitationibus quam diligentissimam operam dare debebis, ut profana quæque, ludrica, et minus religiosa a publicis locis amoveantur, contra vero in conspectu illa sint, abundeque suppetant, quæ ad fovendam devotionem, pietatemque plurimum prodesse possint. Quæ quidem cuncta a perspecta pastorali sedulitate tua Nobis maxime pollicemur.

Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28. maii 1775. Anno I.

XXXVII.

Imminutio festorum in dioecesi Samogitiensi.

Venerabili fratri Dominico Lampacinski episcopo Samogitiensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Idem ut pro praecedentibus

Paternæ charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut eorum temporalium etiam commodorum rationem habeamus, quibus præsertim illi ad spiritualia consectanda fieri promptiores, alacriores-que possint; utraque enim ita componi, et constitui debent, ut altera abesse alteris nequeant, sed mutua inter se temperatione, quoad fieri poterit, maxime provehantur. Quapropter si præcipue ad divinum cultum, animarumque salutem, Nostra apostolici ministerii solicitudo conversa sit, tamen ea iterdum minime neglecta temporalium rerum opportunitate, non solum impedimenta, si quæ sint, averti, sed et multo potiora ad eum finem adjumenta comparari posse cognoscimus.

His inductum rationibus felicis recordationis Benedictum pp. XIV sapientissimum prædecessorem Nostrum fuisse scimus, qui nonnullorum catholicorum principum, et ordinariorum sibi porrectis precibus annuendo indulsit, ut fideles populi plurium civitatum, et diœcesum quibusdam festivis diebus, servato in eorumdem festorum vigiliis, in quibus præceptum erat, jejunio, ac audita tantum in iisdem festis missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus vacare possent; sed ex eadem dispensatione illud postmodum, sicut accepimus, evenisse deprehensum est, ut alii in suo artificio nimis occupati præceptum audiendi missam omnino negligerent, alii vero ex obligatione jejunandi in vigiliis, et audiendi sacrum in festis occasionem caperent a laboribus abstinendi, et otio indulgendi.

Quæ incomoda agnoscens carissimus in Christo filius Noster Stanislaus Augustus Poloniæ rex illustris, pro eximia, qua pollet pietate obviam iisdem ira nunc statuit, proindeque a Nobis enixe flagitat nomine etiam inclytorum reipublicæ Polonæ ordinum in generalibus comitiis congregatorum, ut eosdem Christifideles etiam a præcepto jejunandi, et audiendi missam iis diebus, quibus operi vacare permittitur, solutos esse apostolica auctoritate velimus.

Nos igitur ejusdem votis quantum in Domino possumus, obsequendum, et populorum conscientiæ consulendum esse judicantes, fraternitati tuæ committimus, et mandamus, ut in ista civitate, ac diœcesi tua hanc omnibus Christifidelibus ritus latini in civitate, et diœcesi prædicta existentibus de diebus festis legem, in quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus, auctoritate apostolica denuncies, et edicas.

Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliique per annum dies dominici, nec non Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi, tum quinque dicati beatæ Mariæ virgini, scilicet, purificationis, annuntiationis, assumptionis, nativitatis, et conceptionis; præterea retineantur festa sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum, sancti Stephani protomartyris, et unius tantum principalioris patroni.

Sed, si alicubi plures patronos æque principales haberi contigerit, diligenter inquiras, necesse est, venerabilis frater, quinam ex dictis principalioribus patronis potiorem cultum, et venerationem in ea vel civitate, vel oppido, vel pago habeat, et in ejus tantum propria die festivitatis præceptum designes.

In his igitur omnibus festis diebus pro veteri Ecclesiæ catholicæ instituto Christifideles sacris adesse, a servilibus operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit, observare debeant, et teneantur.

In reliquis vero festis non solum laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permittimus, et indulgemus, sed insuper eosdem Christifideles a quacumque vigiliæ, seu jejunii diebus præcedentibus, dummodo aliunde vel ratione quadragesimæ, vel ratione quatuor temporum non præcipiatur, et audiendi missam in prædictis festis obligatione absolvimus, et liberamus.

Sed quoniam dum populorum conscientiæ consulimus, et eorum, qui in sudore vultus sui panem co-

medunt, indigentiæ providemus, sanctorum venerationem, et salutarem Christifidelium poenitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, ac solemnitatum officia, et missas tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum vigiliis retineri, et sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus.

Sacrum vero jejunium, quod in prædictis vigiliis habebatur, ad quartas, et sextas ferias adventus transferendum, ibidemque servandum edicimus, et constituimus.

Ut autem non solum clerici, et divites homines sæculares, qui etiam diebus non festivis sacrosancto missæ sacrificio, ac divinis officiis, quod vehementer cupimus, adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesias diebus tantum festis adeunt, sanctorum apostolorum, et martyrum, quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, ac venerentur, volumus, ac præcipimus, ut die xxix junii ultra præcipuam sanctorum Petri, et Pauli solemnitatem, etiam aliorum apostolorum, et die xxvi decembris ultra præcipuum sancti Stephani festum, etiam aliorum sanctorum martyrum memoria celebretur. Quare die xxix junii in kalendariis ecclesiasticis ita festum inscribendum erit = ss. Petri, et Pauli, et commemoratio aliorum apostolorum = ac tam in officio, quam in missa addatur = commemoratio de communi apostolorum = die vero xxvi decembris ita notetur festum = sancti Stephani protomartyris, et commemoratio omnium sanctorum martyrum = ac tam in officio, quam in missa addenda erit = commemoratio de communi plurimorum martyrum =.

Hæc Nos, venerabilis frater, non minus spiritualem, quam temporalem istius populi utilitatem intuentes sanciendā esse judicavimus, in quo plurimum solicitudini, ac pastorali vigilantiæ tuæ confidimus, qui illud profecto sedulitate, studioque tuo efficies, ne quid e divino cultu detractum videri possit, sed quo minor dierum festorum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pietas, fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, ac in Domino fraternitatem tuam hortamur, ut populos tibi commissos diligenter edocendos cures, quæ ad justam, legitimamque festorum dierum celebrationem pertinent, quo ardore, quave humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, et christianæ doctrinæ institutionibus interesse debeant. Et ne per eos dies Christifidelium corda graventur crapula, et ebrietate, ac sæcularibus cogitationibus quam diligentissimam operam dare debebis, ut profana quæque, ludrica, et minus religiosa a publicis locis amoveantur, contra vero in conspectu illa sint, abundeque suppetant, quæ ad fovendam devotionem, pietatemque plurimum prodesse possint. Quæ quidem cuncta a perspecta pastorali sedulitate tua Nobis maxime pollicemur.

Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XXXV.

Dat. die 23. maii 1775. Anno I.

Imminutio festorum in diœcesi Kioviensi.

Venerabili fratri Candido Ossolinski episcopo Kioviensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Paternæ charitati, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut eorum temporalium etiam commodorum rationem habeamus, quibus præsertim illi ad spiritualia consectanda fieri promptiores, alacrioresque possint; utraque enim ita componi, et constitui debent, ut altera abesse alteris nequeant, sed mutua inter se temperatione, quoad fieri poterit maxime provehantur; qua propter si præcipue ad divinum cultum, animarumque salutem Nostra apostolici ministerii solicitudo conversa sit, tamen ea interdum minime neglecta temporalium rerum opportunitate, non solum impe- Idem pariter ut pro precedentibus.

dimanta, si quæ sint, averti, sed et multo potiora ad eum finem adjumanta comparari posse cognoscimus.

Hic inductum rationibus felicis recordationis Benedictum pp. XIV sapientissimum prædecessorem Nostrum fuisse scimus, qui nonnullorum catholicorum principum, et ordinariorum sibi porrectis precibus annuendo indulsit, ut fideles populi plurium civitatum, et diœcesum, quibusdam festivis diebus, servato in eorumdem festorum vigiliis, in quibus præceptum erat, jejunio, ac audita tantum in iisdem festis missa, laboriosis suarum artium exercitationibus, servilibusque operibus vacare possent; sed ex eadem dispensatione illud postmodum, sicut accepimus, evenisse deprehensum est, ut alii in suo artificio nimie occupati præceptum audiendi missam omnino negligerent; alii vero ex obligatione jejunandi in vigiliis, et audiendi sacrum in festis occasionem caperent a laboribus abstinendi, et otio indulgendi. Quæ incommoda agnoscens carissimus in Christo filius Noster Stanislaus Augustus Poloniæ rex illustris, pro eximia, qua pollet pietate obviam iisdem ire nunc statuit, proindeque a Nobis enixe flagitat nomine etiam inclytorum reipublicæ Polonæ ordinum in generalibus comitiis congregatorum, ut eosdem Christifideles etiam a præcepto jejunandi, et audiendi missam iis diebus, quibus operi vacare permittitur, solutos esse apostolica auctoritate velimus.

Nos igitur ejusdem votis quantum in Domino possumus, obsequendum, et populorum conscientiæ consulendum esse judicantes, fraternitati tuæ committimus, et mandamus, ut in ista civitate, ac diœcesi tua hanc omnibus Christifidelibus ritus latini in civitate, et diœcesi prædicta existentibus de diebus festis legem, in quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus, auctoritate apostolica denuncies, et adicas.

Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliiqua per annum dies dominici, nec non nativitatis Domini Nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, et corporis Christi; tum quinque dicati beatæ Mariæ virgini, scilicet purificationis, annuntiationis, assumptionis, nativitatis, et conceptionis; præterea retineantur festa sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omniumque sanctorum, sancti Stephani protomartyris, et unius tantum principalioris patroni.

Sed si alicubi plures patronos æque principales haberi contigerit diligenter inquiras, necesse est, venerabilis frater, quinam ex dictis principalioribus patronis potiorem cultum, ac venerationem in ea vel civitate, vel oppido, vel pago habeat, et in ejus tantum propria die festivitatis præceptum designes.

In his igitur omnibus festis diebus pro veteri Ecclesiæ catholicæ instituto Christifideles sacris adesse, a servilibus operibus abstinere, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum eit, observare debeant, et teneantur.

In reliquis vero festis non solum laboriosas artium exercitationes, et servilia opera permittimus, et indulgemus, sed insuper eosdem Christifideles a quacumque vigiliæ, seu jejunii diebus præcedentibus, dummodo aliunde vel ratione quadragesimæ, vel ratione quatuor temporum non præcipiatur, et audiendi missam in prædictis festis obligatione absolvimus, et liberamus.

Sed quoniam dum populorum conscientiæ consulimus, et eorum, qui in sudore vultus sui panem comedunt, indigentiæ providemus, sanctorum venerationem, et salutarem Christifidelium pœnitentiam minuere non intendimus, ideo sanctorum, et solemnitatum officia, et missas tam in iisdem abrogatis festis, quam in eorum vigiliis retineri, at sicut prius in quacumque ecclesia celebrari mandamus.

Sacrum vero jejunium, quod in prædictis vigiliis habebatur, ad quartas, et sextas ferias adventus transferendum, ibidemque servandum edicimus, et constituimus.

Ut autem non solum clerici, et divites homines sæculares, qui etiam diebus non festivis sacrosancto missæ sacrificio, et divinis officiis, quod vehementer cupimus, adesse possunt, sed etiam ii, qui rusticis detenti laboribus ecclesias diebus tantum festis adeunt, sanctorum apostolorum, et martyrum, quorum solemnitates superius abrogavimus, memoriam servent, et venerentur, volumus, et præcipimus, ut die xxix. junii ultra præcipuam sanctorum Petri, et Pauli solemnitatem, etiam aliorum apostolorum, et die xxvi. decembris ultra præcipuum sancti Stephani festum, etiam aliorum sanctorum martyrum memoria celebretur. Quare die xxix. junii in kalendariis ecclesia-

sticis ita festum inscribendum erit = ss. Petri, et Pauli, et commemoratio omnium apostolorum = ac etiam in officio, quam in missa addatur = commemoratio de communi apostolorum = die vero xxvi. decembris ita notetur festum = s. Stephani protomartyris, et commemoratio omnium sanctorum martyrum = ac tam in officio, quam in missa addenda erit = commemoratio de communi plurimorum martyrum.

Hæc Nos, venerabilis frater, non minus spiritualem, quam temporalem istius populi utilitatem intuentes sancienda esse judicavimus, in quo plurimum solicitudini, ac pastorali vigilantiæ tuæ confidimus, qui illud profecto sedulitate, studioque tuo efficies, ne quid e divino cultu detractum videri possit, sed quo minor festorum dierum factus est numerus, eo major sit in populorum animis pietas, fervor, ac devotio. Proinde vehementer cupimus, ac in Domino fraternitatem tuam hortamur, ut populos tibi commissos diligenter edocendos cures, quæ ad justam, legitimamque festorum dierum celebrationem pertinent, quo ardore, quave humilitate spiritus adstare sanctissimo altaris sacrificio, quo studio, qua frequentia divinis officiis, sacris concionibus, ac christianæ doctrinæ institutionibus interesse debeant, et ne per eos dies Christifidelium corda graventur crapula, et ebrietate, ac sæcularibus cogitationibus, quam diligentissimam operam dare debebis, ut profana quæque, ludrica, et minus religiosa a publicis locis amoveantur, contra vero in cospectu illa sint, abundeque suppetant, quæ ad fovendam devotionem, pietatemque plurimum prodesse possint. Quæ quidem cuncta a perspecta pastorali sedulitate tua Nobis maxime pollicemur.

Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima tertia maii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XXXIX.

Dat. die 26. maii 1775. Anno I.

Declaratio pertinentiæ causarum de damno dato, in civitatibus Castri, et Roncillionis, ac in terris Onani, et Proceni.

Pius PP. VI.

Motu proprio.

Memorantur controversiæ subbortæ super exercitio jurisdictionis in causis hujusmodi.

§. 1. Si dibatte già da gran tempo con varietà di pareri, e con ardente impegno fra i due tribunali della Consulta, e di monsignor tesoriere generale, ed in conseguenza fra i commissarj, podestà, assessori, e castellani, che dall'uno, e dall'altro sogliono deputarsi per la custodia de' beni, e pel governo de' popoli nel Nostro stato di Castro, e Ronciglione, e nelle terre di Onano, e Proceno, la controversia giurisdizionale intorno alla pertinenza delle cause de' danni dati sopra i beni proprj, enfiteutici, e livellarj della Nostra camera apostolica, pretendendo sì gli uni, che gli altri arrogarsi privativamente la cognizione, e giurisdizione di tutte le cause attinenti ad essi dannic controversia, che tiene in continua discordia, e perturbazione non meno i giusdicenti, che le comunità di quei lunghi; che è di remora al corso della giustizia; che inquieta sovente i tribunali di Roma, e ben' anche il sovrano, e produce infiniti altri sconcerti, e talora funestissime conseguenze.

Providentia a Clemente XIII ut removerentur incomoda in irritum cesserunt.

§. 2. Providamente pertanto Clemente XIII. Nostro predecessore ad istanza di monsignor commissario della Nostra camera destinò fin dal mese di gennajo 1768. una congregazione particolare di cinque reverendissimi cardinali, per ultimare, e decidere giudizialmente tutte le differenze. Questa però non essendosi radunata giammai, divenne sempre più maggiore il disordine, l'incertezza, e lo scandalo, per cui riparare, allorchè Noi sostenevamo la carica di tesoriere generale, non abbiam tralasciato ogni mezzo possibile, affine di concertare con monsignor segretario, ed altri ministri della Consulta, sentiti ancora gli affittuarj, e ministri camerali, un ben'inteso sistema, che combinasse ad un tempo il privilegio fiscale con il bisogno, che v'era di non togliere affatto gli emolumenti dell'officio ai tanti governatori, e podestà, che si spediscono dalla Consulta nelle terre dello stato di Castro senz'al-

cuna mensuale provisione. Nelle stesse premure succedette poscia l' odierno monsignor tesoriere; ma incagliato sempre l'affare, or per una, o per un'altra difficoltà, son rimaste le cose nel medesimo piade, ed involti quei popoli nell'antica confusione, molestia, e disturbi. Ora poi, che dalle adorabili disposizioni dell' Altissimo siamo stati chiamati al governo de'Nostri dilettissimi sudditi, crediamo esser providenza indispensabile del principe di stabilire finalmente le quiete, a il buon ordine nel detto stato di Castro, e nelle suddette terre di Onano, e Proceno, con circoscrivere i limiti alla giurisdizione di emendue i tribunali, e dare un certo, fisso, e stabile regolamento per le cause de'danni, che seguono in detti luoghi sopra beni della Nostra camera.

Cognitio causarum hujusmodi definitive tributitur suis judicibus cameralibus.

§. 3. A tal'effetto colla presente cedola di moto proprio, in cui abbiamo per espresso, e di parola in parola inserto il tenore della costituzione di Benedetto XIV. emanete li 25. gennajo 1751.: *Super pertinentia causarum de damno dato*, li capitoli dell'appalto dello stato di Castro confermati con chirografi pontificj de'Nostri predecessori, le risoluzioni, decreti, e sentenze emanate di tempo in tempo su questa stesse questione, lo stato della lite attualmente pendente nella suddetta congregazione deputata da Clemente XIII., ed ogni altra cosa quantosivoglia necessaria ad esprimersi, e che richiedesse specifica, ed individua menzione, di Nostro moto proprio, certa scienza, e pienezza della Nostra suprema autorità avochiemo primieramente a Noi non solo dalla surriferite congregazione particolare, ma da ogni altro giudice, e tribunale, anche supremo, e del Nostro rmo cardinal pro-auditore, tutte, e singole le accennate liti e controversie risguardanti la pertinenza delle cause de' danni dati sopre i beni camerali dello stato di Castro, e nelle terre di Onano, e Proceno; indi imponendo alle medesime un perpetuo fine, e silenzio, dichiariamo, ed ordiniamo, che quanta volte si tratti di danno dato nei beni proprj della Nostra camera apostolica, vale a dire in quelli, che si coltivano a conto proprio dalla medesima per mezzo de'suoi effittuarj, e subaffittuarj, e de' quali il dominio sì diretto, che utile appartiene alla stessa camera, nelle persona de' suddetti affittuarj, e subaffituarj, la cognizione di tal causa privativamente spetti al giudice camerale, come ha sempre ammesso, e definito in simili casi contro i suoi governatori, a podestà la stessa Consulta, da cui sotto li dì 13. aprile, e 22. luglio 1698., come pure li 14. settembre 1703. fu solennemente risoluto = *Cognitionem quorumcumque damnorum datorum in bonis propriis reverendæ cameræ spectare ad reverendam cameram* =, quali risoluzioni, ed altre susseguentemente prese in simiglievoli circostanze, coll'apostolica Nostra autorità pianamente approviamo, e confermiamo.

Specialis declaratio circa causas pro damno dato in bonis emphiteuticis cameralibus.

§. 4. Parimenti vogliamo, e comandiamo, che sia, e s'intenda riservata agli assessori, castellani, ed altri giudici camerali la primitiva cognizione del danno dato eziandio ne'beni enfiteutici, e livellarj della Nostra camera, ogni qual volta però si tratti d'enfiteusi, e livello temporaneo, per cui si paghi non in danaro, ma in specie l'annua corrisposta incerta, e variabile, secondo il maggiore, e minor raccolto, giacchè in questo caso i danni, che cadono su tali beni enfiteutici, e livellarj, ridondano ancora in pregiudizio della stessa camera, e suo affittuario, a cui per i frutti danneggiati viene e diminuirsi il suo livello, ed annua risposta, che si misura, e si regola dalle quantità maggiore, o minore di essi frutti.

De jurisdictione gubernatorum, potestatum, aliorumque commissariorum localium.

§. 5. All'incontro vogliamo, e dichiariamo, che a' governatori locali, podestà, e commissarj soliti deputarsi dalla Consulta per l' amministrazione delle giustizia, e pel governo de'popoli del suddetto stato di Castro, e Ronciglione, e nelle terre di Onano, a Proceno, sia lecito di procedere privativamente in tutte, e singole cause de'danni, che seguono sopre i beni enfiteutici, e livellarj della Nostra camera, qualora si tratti di beni concessi in enfiteusi, livello, o locazione perpetua, senza punto aver riguardo alla qualità dell'annua corrisposta, volendo, ed ordinando, che in tutti i casi, nei quali i beni sono usciti per contratto parpetuo dal dominio delle Nostre camera, o sa ne corrisponde il danaro, o le specie, sempre la cognizione del danno dato in essi beni appartenga ai suddetti governatori, e podestà deputati dalla Consulta, colle riserve però, e cautele, che spiegaremo più sotto in quanto all'esazione delle pene. Rispetto poi agli altri beni dati in enfiteusi, e livello temporaneo in due casi sarà lecito similmente a detti governatori, a podestà,

di conoscere privativamente le cause del danno dato, o quando se ne paghi l'annuo canone, e risposta in danaro, o quando, pagandosi anche in specie, sia la quantità sempre fissa, certa, ed invariabile, la quale non soffra diminuzione, o alterazione alcuna per il danno receto alli frutti.

De jurisdictione singulorum judicum super damno dato in bonis a diversis dominis possessis, et in quibus jus pascendi pertinet ad R.C.

§. 6. E perchè vi sono, specialmente nello stato di Castro, parecchi terreni, che, avuto riguardo ai diversi frutti, si possiedono insieme da diversi padroni, mentre in alcuni il pascolo è della camera, ed il fondo trovasi alienato ai particolari per enfiteusi, livello, o locazione perpetua: in altri il pascolo appartiene alle comunità, sebbene il fondo, e gli altri frutti spettino alla camera; perciò affine di togliere ogni occasione di nuovo litigio, vogliamo, e dichiariamo, che il giudice camerale debba procedere unicamente nelle cause de'danni, che sieguono nella porzione de'frutti appartenenti alla camera, e suoi affittuarj, o subaffittuarj, riservata ai podestà, e governatori locali la cognizione di ogn'altro danno che caderà ne'frutti spettanti alle comunità, o ai particolari.

Quomodo procedi debeat si damnum datum fuerit a R. C. vel ejus affictuariis, aut sub-affictuariis.

§. 7. In oltre potendo accadere, come accade sovente, che il danno venga recato nei beni delle comunità, e particolari, ma però cogli animali della camera, suoi affittuarj, o subaffittuarj, in tale caso ordiniamo, e dichiariamo, che se verrà arrestato il solo custode, la causa si conosca privativamente dal podestà, e governatore locale, se poi verranno arrestati, ricondotti, o oppignorati i soli animali, la causa spetti privativamente al giudice camerale; e qualora fossero arrestati, e pignorati unitamente il custode, e gli animali, vogliamo, che sia in arbitrio, ed elezione di chiunque sarà stato danneggiato di sperimentare le sue ragioni o avanti il giudice camerale, o avanti il governatore locale, come rispetto agli animali degli ecclesiastici si dispone nell'accennata costituzione di Benedetto XIV. Nostro predecessore *Super pertinentia causarum de damno dato*, a cui in questa parte ci riferiamo.

Quid praestandum in causis pro damno dato in nemoribus cameralibus concessis comunitatibus Roncillionis, et Caprarolae.

§. 8. Finalmente avendo la Nostra camera fin dai 13. gennaro 1760. date in affitto perpetuo alle due comunità di Ronciglione, e Caprarola due selve camerali esistenti nei respettivi territorj, con patto espresso, e condizione, che le cause tanto civili, quanto criminali del danno dato, debbano spettare all'assessore pro-tempore di Ronciglione, perciò affine di liberare la Nostra camera delle molestie, che forse potrebbero inferirgli dalle suddette comunità per l'inadempimento di un tal patto, dichiariamo tali selve eccettuate dalla legge generale sopra stabilita per li beni concessi a livello, e locazione perpetue, e vogliamo, che rispetto alla cognizione del danno dato in dette selve debba attendersi, ed eseguirsi quanto è stato promesso, e convenuto nello stromento stipolato sotto il dì, ed anno suddetti per gli atti del Chiarelli uno de'segretarj della Nostra camera.

Declaratur legem non respicere caeteras civitates, terras, et provincias status ecclesiastici.

§. 9. Dichiariamo ancora, che le presenti leggi, e ordinazioni come da Noi prescritte, e stabilite non in tutto a seconda delle disposizione di ragione, che piuttosto si attiene dalla banda dei giudici camerali, ma per motivi economici, e prudenziali riferibili al solo stato di Castro, e di Ronciglione, ad alle suddette terre di Onano, e Proceno, e per un provvedimento necessario alla buona polizia di quei governi, non debbano stendersi, nè aver luogo, e vigore alcuno nell'altre città, terre, a province del Nostro stato ecclesiastico, le quali dovranno, come in passato, rimaner soggette al diritto comune, ed alla suddetta costituzione Benedettina.

De ordine servando in edendis decretis sive poenalibus, sive absolutoriis.

§. 10. Siccome poi le comunità dello stato di Castro, e Ronciglione, come anco le altre di Onano, e Proceno, per non essersi composte colle camera, non possono applicarsi le pene de'danni dati, le quali senze contrasto appartengono ad essa camera, ed ai di lei affittuerj, così vogliamo, ed ordiniamo, che in tutti i casi, nei quali la cognizione del danno dato spetterà, come sopra si è stabilito, ai governatori, e podestà locali, non possino i medesimi far decreti assolutorj, o penali, se prima non sarà concordato l'affittuario intorno le pena ad esso spettante.

Sanctio poenalis.

§. 11. Per ultimo inculchiamo, e strettamente comendiamo in virtù di santa obbedienza, e sotto la pene della Nostra indignazione, e nullità degli atti, ed altre più gravi a Nostro arbitrio, tanto agli assessori, castellani, e simili giudici camerali, quanto ai commisserj, podestà, e governatori della Consulta, di non oltrepassare i limiti, che sono stati fissati, e prescritti alle respettive loro giurisdzione, nè ingerirsi, e procedere in alcun modo nelle cause riservate all' altrui cognizione sotto qualsivoglia causa, colore, e pretesto, neppur di consenso delle parti, dichiaran-

do Noi nullo, irrito, ed attentato tutto ciò, che si facesse o dagli uni, o dagli altri contro la presente Nostra disposizione, per esser così mente, e volontà Nostra espressa.

Omne remedium tollitur ne adversus constitutionem insurgere quis valeat.

§. 12. Volendo; e decretando, che la presente Nostra cedola di moto proprio ammettendosi, e registraodosi in camera, e ne' suoi libri a tenore della Bolla di Pio IV Nostro predecessore *de registrandis*, vaglia, e debba aver sempre il suo pieno effetto, esecuzione, e vigore colla semplice Nostra sottoscrizione, e che non gli si possa mai opporre di surrezione, orrezione, nè di alcun altro vizio, o difetto della Nostra volontà, ed intenzione, nè che mai sotto tali, o altri pretesti abbenchè validissimi, e giuridichi, anche di *jus quisito*, e pregiudizio del terzo, possa essere impugnata, moderata, rivocata, è ridotta ad *viam juris*, o concedersi contro di essa l'aperizione *oris*, o altro qualunque rimedio.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 13 E che così, e non altrimenti debba sempre, ed in perpetuo giudicarsi, definirsi, ed interpetrarsi dalla Consulta, camerlengo di S. Chiesa, monsignor tesoriere generale, e da qualsivoglia altro giudice, e tribonale benchè collegiale, e congregazioni anche di reverendissimi cardinali, togliendo loro ogni facoltà, e giurisdizione di definire, ed interpretare in contrario; dichiarando Noi fin d'adesso preventivamente nullo, irrito, ed invalido tutto ciò, che da ciascuno di essi coo qualsivoglia autorità scientemente, o ignorantemente fosse in qualunque tempo giudicato, o si tentasse di giudicare contro la forma, e disposizione della presente Nostra cedola di moto proprio, quantunque oon vi sieno state chiamate, seotite, o citate qualsisiano persona ancorchè privilegiate, e privilegiatissime, che avessero, o pretendessero avere interesse, e che per comprenderle vi fosse bisogno della special loro menzione.

Derogatio contrariorum.

§. 14. Non ostante la costituzione di Benedetto XIV Nostro predecessore *Super pertinentia causarum de damno dato*, la regola della Nostra cancellaria *de jure quæsito non tollendo*, e non estanti ancora tutti, e singoli chirografi, brevi, ordinazioni, e costituzioni apostoliche Nostre, e de' Nostri predecessori, leggi, statuti, riforme, stili, usi, consuetodini, e qualunque altra cosa, che facesse, o potesse fare in contrario; le quali tutte, e singola avendone il tenore qui per espresso, e di parola in parola inserto, e registrato, e supplendo colla pienezza della Nostra podestà pontificia ad ogni vizio, e difetto quantunque sostanziale, e formale, per questa volta sola, e per la piena, e totale esecuzione di quanto si contiene nella presente Nostra cedola di moto proprio amplamente, ed in ogni più valida forma deroghiamo. Dato dal Nostro palazzo apostolico Vaticano questo dì 24 maggio 1773.

XL.

Dat. die 2 junii 1778. Anno I.

Confirmatio erectionis coogregationis presbyterorum sæcularium oratorii sancti Philippi Nerii villæ de Oriaava Mexicanæ diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Ex quo divina majestas ad pastoralis officii fastigium Nos quamquam immeritos evexit, quum tum in Nobis fuit superno auxilio freti, conati sumus, ut divinus cultus, et catholicæ fidei propagatio, et animarum salus opportunis mediis augeatur, et propterea clericorum congregationes id operam cupientes, intensis studiis promovemus, et instituimus, favoribusque, et gratiis prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Laudatur erectio congregationis, et plurimum ad divini cultus augmentum conferre declaratur.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus, in villa de Orizava nuncupata Mexicanæ diœcesis coogregatio clericorum sæcularium oratorii sancti Philippi Nerii canonice, ut asseritur, erecta, et instituta sit, iidemque clerici sacerdotes Christifidelium confessiones audire, Ecclesiæ sacramenta administrare, exhortationes ad populum habere, infirmos visitare, et alia pietatis, et charitatis opera, non sine notabili piarum animarum spirituali consolatione, divinique cultus augumento juxta pium eorum institutum exercere cupiant; et de præsenti exerceant. Pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum desiderant, illas apostolicæ Nostræ confirmationis robore communiri.

Erectio confirmatur prævia absolutione a censuris, si

§. 3. Nos presbyteros, et clericos prædictos, ut ad pia, et sacra opera hujusmodi exercenda promptiores red-

quae forte extarent, et dummodo erectio canonice facta fuerit.

dantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos hactenus Domino obtulerunt, eosdem uberiores in posterum afferant, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem prædictas, quatenus illæ canonice factæ fuerint apostolica auctoritate tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos tam juris, quam facti defectus, qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in eadem villa una prædictorum presbyterorum, et clericorum sæcularium in illa pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis oratorii hujusmodi in ecclesia s. Mariæ, et Gregorii in Vallicella de urbe dudum apostolica auctoritate erectae, dummodo tamen presbyteri, et clerici hujusmodi ordinationes, et instituta domus congregationis oratorii alias a felicis recordationis Paulo pp. V. prædecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate, et tenore similibus etiam perpetuo erigimus, at instituimus.

Facultas presbyteris congregationis conceditur audiendi confessiones fidelium

§. 4. Ac nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, et aliis ejusdem congregationis sic de novo erectæ, qui approbati ab ordinario fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, ac illis pœnitentia debita pro modo culpæ injuncta, ac aliis injungendis, injunctis, absolutionem impendere saluterem possint, et valeant.

Exemptio a jurisdictione parochorum.

§. 5. Sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochis eorum jurisdictioni minime subjaceant, et sibi ipsis ad invicem quæcumque sacramenta ecclesiastica quovis, etiam paschatis resurrectionis Dominicæ tempore, vice, et loco parochi ministrare; superiores autem congregationis per præsentes erectæ per se, vel per alium, seu alios ex ipsis jam approbatos suos subditos a censuris (non tamen in casibus Sedi apostolicæ reservatis) absolvere, illisque debitam pœnitentiam similiter injungere, iidemque superiores receptos inobedientes, et ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et pœnitentia pro modo culpæ, eorum arbitrio, servata tamen forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, ut sibi videbitur, cum consensu majoris partis dictæ congregationis culpabiles ejicere, invocato, etiam si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, libere, et licite similiter possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus. Ac demum, quod congregatio per præsentes erecta sit, et perpetuo remaneat subjecta omnimodæ jurisdictioni archiepiscopi Mexicani pro tempora existentis, qui tamen ordinationes, et instituta prædicta nullo modo mutare, et alterare possit similiter perpetuo statuimus, et ordinamus.

Clausulæ solutarae

§. 6. Decernentes præsentes literas semper firmes, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus inviolabiter observari, et ita per quoscumque judices, et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac S.R.E. cardinales judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Concessio indulgentiarum

§. 7. Ac insuper, ut ecclesia congregationis sic erectæ in majori veneratione habeatur, et ab ipsis Christifidelibus congruis frequentetur honoribus, aliique presbyteri ad congregationem per præsentes erectam ingrediendam magis incitentur, omnibus, et singulis presbyteris, qui eamdem congregationem de cætero ingredientur, die prima eorum ingressus, si vere pœnitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, plenariam: ac ipsis nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, ac aliis conviventibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu corde, si ore nequiverint invocantibus etiam plenariam, nec non tam illis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per præsentes erectæ ecclesiam die festo sancti Philippi Nerii a primis vesperis usque ad occasum solis festivitatis hujusmodi singulis annis devote visitaverint, at ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium

peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem etiam perpetuo concedimus, et elargimur, nec non tam presbyteris, et aliis ejusdem congregationis quoties pro exhortationibus habendis convenerint, quam aliis Christifidelibus utriusque sexus iisdem exhortationibus interessentibus decem annos; at qui ecclesiam dictæ congregationis in quattuor aliis anni festis diebus per dictos presbyteros semel tantum eligendis, et ab ordinario approbandis a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et, ut præfertur, oraverint, septem annos, at totidem quadragenas. Eisdem vero presbyteris, et aliis dictæ congregationis quoties divinis officiis in sua ecclesia, vel oratorio more dictæ congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel privatis, et secretis, pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, vel sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam tam pro animabus presbyterorum et aliorum dictæ congregationis, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexagiota dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus regula Nostra de gratiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, expressio, ac mentio habenda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris; ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda junii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XLI.

Dat. die 2 junii 1775 Anno I.

Communicatio privilegiorum, indulgentiarum, regularum, indultorum congregationis Romanæ oratorii s. Philippi Nerii, ejusque ecclesiæ presbyteris, et personis a Paulo V., Gregorio XV., Urbano VIII., aliisque pontificibus concessorum, non tamen indulgentiæ perpetuæ a Benedicto XIII. concessæ eidem ecclesiæ.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Militantis Ecclesiæ regimini, meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ atque bonitatis abundantiam præsidentes clericorum secularium congregationes in Ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberesque bonorum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis et gratiis libenter decoramus sicut ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire.

Expositio precum porrectarum pro obtinenda communicatione privilegiorum, gratiarum, et regularum, quibus fruuntur sacerdotes congregationis Romanæ.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis oratorii s. Philippi Nerii villæ de Orizava Mexicanæ diœcesis, quod Nos per alias Nostras in simili forma Brevis hodie, seu nuper expeditas literas eamdem congregationem prius auctoritate ordinaria erectam, auctoritate apostolica confirmavimus, nonnullisque gratiis, indultis, et privilegiis decoravimus, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Nerii, quod dilecti pariter filii

presbyteri sæculares congregationis oratorii ejusdem sancti Philippi Nerii in ecclesie sanctæ Mariæ, et Gregorii in Vellicella de urbe erectæ servent, hactenus vixerunt, et edhuc vivunt de præsenti. Cum eutem, sicut eedem expositio subjungebat, regulæ, et instituta congregationis Romanæ subinde a rec. mem. Paulo V., Gregorio XV., et Urbano VIII romanis pontificibus prædecessoribus Nostris specialiter approbata ipsique congregationi Romanæ, ac illius ecclesiæ presbyteris, ec personis eb iisdem, et forsan eliis Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris multe privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulte concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expeditis uberius dicitur contineri. Ipsi vero exponentes regules, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare pareti sint, ac proinde iisdem quoque privilegiis et gratiis frui, et gaudere posse plurimum desiderant, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt ut sibi in præmissis opportune provvidere, et ut infre, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indulti prorogationis dictarum gratiarum, et privilegiorum.

§. 3. Nos igitur specielem ipsis exponentibus gratiem facere volentes, et eorum singulares persones a quibusvis excommunicetionis, et interdicti, eliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque dejcause latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratie absolventes et absolutos fore censentes, ac prædictarum literarum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes hujusmodi supplicationibus inclineti, prædictæ congregationis oretorii sancti Philippi Nerii villæ de Orizava prædictæ, illiusque ecclesiæ, ac presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, fevoribus, gratiis, et iodulgentiis, exemptionibus, regulis, et indultis memoratæ congregationi Romanæ ejusque ecclesiæ presbyteris, et personis per prædictos Romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, et expressione dignis, et quibus eadem congregatio Romana ejusque ecclesia, presbyteri, et personæ ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione de præsenti utuntur, fruuntur, potiuntur, et geudent, ec uti, frui, potiri, et geudere possunt (non tam indulgentie perpetua a rec. etiam mem. Benedicto XIII., itidem prædecessore Nostro memoratæ ecclesiæ sanctæ Mariæ, et Gregorii in Vallicella sub certis, modo, et forma tunc expressis, concesse) pari modo uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant, in omnibus et per omnia per inde ac si privilegia, fevoree, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, indulta hujusmodi ipsi congregationi villæ de Orizave, ejusque ecclesiæ presbyteris, et personis specieliter concessa reperirentur.

Præservatio gratiarum, et privilegiorum jam eidem congregationi concessorum.

§. 4. Sine præjudicio tamen gratierum, indultorum, et privilegiorum eidem congregationi villæ de Orizavæ a Nobis, sicut præfertur, commissorum, et dummodo ipsius congregationis villæ de Orizeve presbyteri, et personæ, nunc et pro tempore existentes, regules, et instituta pro dicta congregatione Romana, ut præfertur approbata observent, apostolice auctoritate tenore presentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ solutares, et irritantes.

§. 5. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas et efficaces existere, et fore suosque pleosrios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectet, et pro tempore quandocumque spectebit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et eb eis respective inviolabiliter observeri. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causerum palatii apostolici euditores judicari, et definiri debere, ec irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstante Nostra et cancelleriæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit dictæ congregationis villæ de Orizave, aliisque quibusvis etiam iuramento, confirmetione apostolica, vel quavis firmitate elie roboratis statutis et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis eo cum quibusvis etiem derogetoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis ac insolitis cleusulis, irritantibusque, et eliis decretis in genere, vel in specie, ec aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbetis, et innovetis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis hebentes, illis elias in

suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 2. junii millesimo, septingentesimo, septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 2. junii 1774. Anno V.

XLII.

Confirmatio decreti editi a domino cardinali Corsini protectore ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo, super modo liberandi conventus provinciæ Romæ ab ingenti ære alieno jam contracto, cum insertione ejusdem decreti.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Facti series.

§. 1. Alias dilectus filius prior provincialis provinciæ Romanæ fratrum ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo Discalceatorum nuncupatorum supplices porrexit preces fel. rec. Clementi XIV prædecessori Nostro, atque exposuit nimias angustias, in quibus duodecim conventus eamdem provinciam constituentes propter ingens aes alienum reperiebantur. Ut aliquod igitur angustiis hujusmodi levamen ex nova œconomica methodo præscribenda suppeditari possit; cum auctoritas a constitutionibus dicti ordinis apostolica auctoritate confirmatis tributa eidem provinciali, illiusque definitorio in re hac sufficiens minime videretur, hinc humiliter petunt, ut totum negotium hujusmodi arbitrio, et dispositione dilecti filii Nostri Andreæ S. R. E. presbyteri cardinalis Corsini nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis committendum esset. Ipse vero Clemens prædecessor Noster hujusmodi preces suo rescripto edito die xxvii. aprilis MDCCLXXIII remisit arbitrio, prudentiæ, et conscientiæ ejusdem Andreæ cardinalis, et protectoris cum facultatibus necessariis, et opportunis, quibus utendo, visis firmationibus status omnium conventuum dictæ provinciæ, auditisque ejus superioribus re tota sua assueta singulari sane prudentia, et doctrina mature perpensa, ipse Andreas cardinalis, et protector die xx. novembris superioris anni MDCCLXXIV suum edidit decretum, in quo plura, quæ dictæ provinciæ Romanæ, ejusque conventuum utilitatem respiciunt, præscripsit, atque constituit, simulque mandavit, ut ejusdem decreti confirmatio apostolica pro illius majori firmitate esset expostulanda. Tenor autem precum rescripti, ac respectivi decreti hujusmodi est qui sequitur nempe.

Beatissimo Padre

§. 2. Il provinciale de' Carmelitani scalzi della provincia Romana oratore, o suddito umilissimo della Santità Vostra prostrato a suoi ssmi piedi con molto ossequio espone ritrovarsi li dodici conventi, che compongono la provincia sua non solamente ristretti di assegnamenti per vivere a cagione della mancanza di limosine, con le quali in gran parte si sostentavano, ma in una deplorabile decadenza cagionata dall' immane somma di trentasette in trentotto mila scudi di censi passivi, che hanno dovuto contrarre negli anni scorsi per supplire alle loro necessarie indigenze, senza speranza di poter risorgere, se non si viene a fissare un nuovo regolamento economico, da cui se ne possa col tempo ripromettere il sollievo. L' autorità, che concedono le leggi dell' ordine, tanto all' oratore, che al suo definitorio in simiglianti materie, è insufficiente a poter stabilire un sistema tanto importante, e necessario, se non viene coadjuvato dalla suprema podestà della Santità Vostra. Che però essendosi benignamente degnata Vostra Santità di concedere al suo ordine un protettore di tanto merito, efficacia, ed attività qual' è l' emo, e rmo sig. cardinal Corsini da cui può sperarne l'oratore ogni più profinua assistenza in un affare tanto scabroso, e difficile; prostrato nuovamente ai suoi ssmi piedi la supplica commettere questo interesse in tutto, e per tutto all' arbitrio e disposizione della stessa eminenza sua colle facoltà necessarie, ed opportune solite conferirsi in simiglianti occasioni, anche de plenitudine potestatis. Che della grazia ec.

Tenor precum porrectarum, pro consequenda delegatione facultatum in personam eminentissimi cardinalis protectoris, ad sumendas necessarias providentias in dimissione æris alieni.

Alla Santità di N. S.

Papa Clemente XIV.

Ex audientia Sanctissimi die 27 aprilis 1773.

Tenor rescripti, vi cujus preces remissæ sunt arbitrio, et prudentiæ dom. cardinalis protectoris.

§. 3. SSmus remisit preces arbitrio, prudentiæ et conscientiæ domini cardinalis protectoris cum facultatibus necessariis, et opportunis, contrariis non obstantibus.

Loco ✠ Signi.

V. Macedonius secretarius.

Per il provinciale de' Carmelitani scalzi della provincia Romana.

Dom. cardinal protector comprobat debita omnium conventuum ad summam conscendere scutorum triginta novem millium et ultra.

§. 4. Utentes facultatibus per sa.me. Clemant. XIV nobis tamquam protectori universi Carmelitarum ordinis benigne tributis, ac attentis expositis nec non visis firmationibus status omnium conventuum congregationis Carmelitarum discalceatorum provinciæ Romanæ, ejusque superioribus auditis, cum nobis post longum, maturumque examen, constiterit, evidenterque pateat omnes conventus præfatam provinciam constituentes præter plura debita manualia, et infrugifara gravatos reperiri pluribus frugiferis censibus, et debitis passivis summam scutorum triginta novem millium excedentibus, scilicet,

Nomina creditorum.

§. 5. Conventum sanctæ Mariæ de Scala urbis pro scutis 6860 = Conventum sanctæ Mariæ de Victoria urbis pro scutis 7298 » Conventum sancti Silvestri in Tusculano pro scutis 1750 » Conventum sancti Valentini Interamnæ pro scutis 4373» Conventum sanctæTheresiæ Perusiæ pro scutis 5300 » Conventum sanctæ Mariæ in sancto Silvestro Caprarolæ pro scutis 1700 » Conventum sancti Joseph, etTheresiæViterbii pro scutis 836 » Conventum sancti Peregrini Anconæ pro scutis 2400 » Conventum sanctæ Mariæ de monte Carmelo Sentini pro scutis 1150 » Conventum Præsentationis beatæ Mariæ virginis in eremo montis Virginii pro scutis 1900 » Conventum Annuntiationis beatæ virginis Mariæ Urbini pro scutis 373= Conventum sancti Valentini,etTheresiæ Matelicæ pro scutis 3000 = Et denique fabricam sacelli sanctæ Theresiæ, et Joseph dicati in ecclesia Viterbiensi pro scutis 2200, at sic in totum pro scutis 39,140 pro quorum omnium censuum extinctione, et respectiva præfati debiti cappellæ solutione quilibet conventus tenetur anno quolibet certam annuam deponere summam.

Maximam ex conventibus partem, ad dimissionem æris alieni imparem invenit.

§. 6. Cumque insuper nobis constiterit, indubiumque appareat nonnullos, aut fere nullos ex conventibus ipsis haud solum impares esse ad annuum explendum depositum, sed adeo gravi inopia propter temporum calamitatem laborare, signanterque illos sanctæ Mariæ de Scala, et sanctæ Mariæ de Victoria urbis, ut nisi aliquo modo eorum indigentiis occurratur per necesse anno quolibet ære alieno se gravare, et temporis tractu, in præceps ire debeant. Ideo considerantes nos prædictos omnes conventus plura esse membra unum constituentia corpus Romanæ provinciæ, omnesque ejus individuos esse nedum fratres in Christo, verum etiam secundum eorum leges, et constitutiones eorum quemlibet de bonis uniuscujusque conventus perfrui, ac sustentari posse, et debere, propterea que summopere expedire quod unus alteri succurrat, ut cohatis viribus corpus ipsum substineatur.

Præcipit propterea fieri contributionem, et conservationem pecuniæ ex annuis redditibus definitorii provincialis.

§. 7. Idcirco pro nunc, et per modum provisionis, ac quousque melius in Domino expedire nobis, ac pro tempore eminentissimis protectoribus videatur, ac reservata semper apostolicæ Sedis approbatione statuimus, atque decernimus, ut suspensis omnibus depositis per dictos conventus faciendis pra extinctione eorum censuum passivorum fieri debeat sequens contributio, ac respectiva coacervatio pecuniarum in omnium ipsorum censuum extinctionem eroganda per unum ex religiosis spectatæ fidei, idoneitatis, et dexteritatis; scilicet volumus, et mandamus, ut in ejus manibus anno quolibet pervenire solviqua dabeant a respectivis prioribus, seu procuratoribus, cæterisque ad quos spectat, vel spectabit annui redditus definitorii provincialis ascendentes ad annua scuta biscentum viginti circiter, cum reservatione tamen, quod si detur casus, ut definitorium provinciale indigeat aliqua summa pro expensis sibi necessario faciendis, veluti foret aliquins litis sustentatio, subministratio viatici iis, qui ex Romana provincia tam ad generale, quam ad provinciale capitulum celebrandum accedere debent, vel alias similis, hisce in casibus definitorium ipsum uti possit ea summa, quæ sibi necessaria fore judicabit.

Id ipsum statuit de annuo reddito multiplici nuncupato » delle chiese »

§. 8. Item annui redditus multiplici nuncupati *delle chiese* ascendentes ad annua scuta centum octuaginta, suspensa interim, et quoadusque prædictorum censuum passivorum extinctio perfecte compleatur, qualibet obligationa, et onera idam multiplicum prosequendi.

Id ipsum statuit de non nullis aliis proventibus.

§. 9. Item annua scuta quatuorcentum quinquaginta ex fructibus, redditibus, et proventibus conventus Matelicæ. Item annua scuta centum quinquaginta ex fructibus, proventibus, et redditibus conventus sacræ eremi montis Virginii; ac tandem annua scuta sexaginta ex redditibus, fructibus, et proventibus conventus Urbini, et sic in omnibus annua scuta mille sexaginta monetæ romanæ.

Mandat quod pecuniæ colligendæ illico in s. monte Pietatis deponantur, nec removeantur nisi ad effectum dimittendi æs alienum.

§. 10. Ipse autem procurator statim ac ad ejus manus pecuniæ præfatæ, earumque ratæ pervenerint, eas illico deponere debeat in sacro monte Pietatis in creditum provinciæ Romanæ inde non amovendas nisi ad effectum cum ordinibus subscribendis a procuratore provinciali, suisque definitoribus, et ab ipso procuratore erogandi in extinctionem censuum passivorum debitorum frugiferorum, et dabiti præfatæ fabricæ cappellæ ecclesiæ Viterbiensis, quibus conventus prædicti gravati reperiuntur.

Quomodo ad dimissionem æris alieni deveniendum sit, constituit.

§. 11. Statim autem ac deposita erit aliqua summa sufficiens ad extinctionem alicujus census, vel ejus medietatis, aut dimissionem debiti, vel ejus ratæ pro cappella Viterbiensi, pater provincialis, cum definitoribus, et dicto procuratore ad extinctionem, vel dimissionem præfatam devenire debeant; conventus autem ille cujus census extinguatur fructus quos creditori censuario fuisset persoluturus, solvere debebit antedicto patri procuratori, qui illos quoque deponere debebit ad eumdem effectum eos erogandi in extinctionem, at dimissionem supradictam quousque omnium prædictorum debitorum completa erit solutio, et dimissio.

Consulit necessitatibus nonnullorum conventuum urbis, quorum exitus superat introitum.

§. 12. Cum autem ex hac demandata contributione, et coacervatione consulatur tantummodo extinctioni prædictorum debitorum, non vero occurratur indigentiis, quibus nonnulli ex ipsis conventibus premuntur, et signanter conventus s. Mariæ de Scala, et s. Mariæ de Victoria urbis, quorum exitus longe lateque superat introitum, ideo statuimus etiam, atque mandamus, ut nunc pro tunc, quando scilicet in proximo capitulo provinciali locus erit electioni, et deputationi novorum superiorum, et officialium in oeconomiam, et administrationem ponantur, et redigantur, bona, redditus, et proventus conventus sanctæ Mariæ de monte Carmelo Sentini, in quo deputandus erit a futuro patre provinciali noviter eligendo unus vicarius cum suo procuratore, ac alter religiosus sacerdos pro assistentia, et servitio ecclesiæ, et duo fratres laici qui in ipso residere debebunt. Pro substentatione vero eorumdem, et cæterarum expensarum quæ necessariæ erunt pro onerum adimplemento, manutentione, et conservatione fabricæ conventus, et ecclesiæ, et aliorum stabilium uti poterunt vicarius, et procurator fructibus, et redditibus ejusdem conventus, exceptis tamen fructibus locorum montium ascendentibus ad annuam summam scut. 453. 68 quæ remanere debebit in manibus patris procuratoris, cum præsens hæc nostra administratio sit pro extinguendis censibus passivis totius Romanæ provinciæ prout inferius a Nobis demandabitur. Et quia annui fructus censuum passivorum, quos solvere tenentur prædicti Romani conventus s. Mariæ de Scala, et s. Mariæ de Victoria ascendunt fere ad eandem summam scutorum 453 circiter, ut levamen aliquod eisdem tribuamus, eos a talium solutione fructuum tenore præsentis decreti dispensamus, et liberamus, injungendo nunc pro tunc prædicto patri procuratori, ut eosdem fructus solvat cum prædictis redditibus retrahendis a locis montium, ad dictum conventum Sentini spectantibus. Hæc autem fructuum solutio ita facienda erit, ut cadat sub iisdem legibus, et conditionibus superius expressis circa fructus a cæteris conventibus solvendos usque, at donec census omnes extincti remaneant.

Item consulit necessitatibus conventus sancti Valentini Interamnæ, præcipiens, quod in administrationem, et oeconomiam ipse conventus redigatur, præposito vicario, procuratore, et alio religioso sacerdote.

§. 13. Et quia cum nobis etiam constiterit, quod ultra predictos conventus s. Mariæ de Scala, et s. Mariæ de Victoria extrema quoque inopia laboret conventus s. Valentinii Interamnæ, quæ provenit non tam ex defectu capitalium in majori parte consistentium in prædiis, et terrenis frugiferis in eodem Interamnensi territorio existentium, quam ex deterioratione eorum terrenorum, qui novas exigunt plantationes tam olivarum, quam vinearum, cæterarumque arborum frugiferarum juxta morem, et praxim illius civitatis, et territorii, ideo ut manutentioni, substentationi, et ejus levamini quantum possumus provideamus, atque opera dari possit præfatis novis plantationibus tenore præsentis decreti mandamus, atque decernimus, ut in administrationem, et oeconomiam iste quoque Interamnensis conventus redigatur eodem modo quo supra de conventu Sentini decrevimus, videlicet, ut novus provincialis assignet suo loco, et tempore unum vicarium cum suo procuratore, et alterum religiosum sa-

cerdotem pro ecclesiæ servitio, et duos tantum fratres laicos professos. Quoniam autem in eadem civitate residet monasterium monialium ordini et provinciæ subjectum ultra prædictos religiosos, assignare debebit alterum religiosum spectatæ virtutis qui confessiones earumdem monialium tamquam confessor ordinarius excipiat, ita ut non amplius quam sex religiosi, comprehensis duobus laicis, ibi in posterum alantur, donec, et quousque juxta præsentem nostram determinationem prædia, et possessiones in pristinum frugiferum statum redigantur.

Cavit ut durante administratione, et oeconomia fructus census annuatim persolvantur.

§. 14. Et ut tampore hujusmodi demandatæ œconomiæ solutio fructuum censuum passivorum quibus conventus iste gravatus reperitur in annua summa scutorum centum quatuordecim, et obulorum 67 amplius non retardetur, ex qua retardatione provenit, ut ad præsens considerabili summa debitorum manualium conventus iste obnoxius sit, reservata interim nobis facultate stabiliendi quidquid opportunum fore in posterum judicabimus circa dimissionem eorumdem debitorum manualium absque eo quod ad damnabile remedium novus creandi census passivos recurratur, volumus, decernimus, et mandamus, ut pro præfatorum fructuum annua solutione specialiter ipothecati remaneant tam omnes illi redditus, quos Romæ possidat in summa scutorum 34 quam illi quos idem conventus retrahit ex affictu portionis sibi spectantis prædii sive tenimenti nuncupati di Ripoli positi in territorio castri s. Eliæ Nepesinæ diœcesis, qui quotannis ascendunt ad scuta 70 circiter Romanæ monetæ, quorum omnium redditium administrationem et exactionem supradictam patri procuratori, et administratori ut infra a Nobis designando tenore præsentis nostri decreti committimus. Hæc autem, et supradicta omnia observari, et perdurare debebunt donec, et quousque extincta remaneant suprascripta debita frugifera. Qua extinctione sequuta omnia in suum pristinum statum redire debebunt.

Deputatio procuratoris pro curando adimplemento omnium, quæ superius fuerunt disposita.

§. 15. Pro ipsorum autem implemento eligimus, et ad nostrum beneplacitum deputamus in procuratorem ut supra, et cum omnibus facultatibus necessariis et opportunis r. p. Felicem Mariam a sancta Anna; ea tamen lege, et conditione, ut anno quolibet, tam pater provincialis, quam ipse pater procurator, eorumque pro tempore successores, nobis vel pro tempore protectoribus de omnium in præsenti decreto adimplemento, et exaqutiona rationem reddere debeant.

Ad majorem decreti firmitatem apostolicam confirmationem implorandam esse decernit.

§. 16. Ac ut omnia in præsenti nostro decrato implementa firmiora evadant, et nusquam in dubium revocari possint, et valeant, volumus et admodum r. p. provinciali iniungimus, ut ejus confirmationem a futuro summo pontifice poscat, atque per literas in forma Brevis reportet. Et ita apostolica qua supra auctoritate decernimus, statuimus, ac fieri, et exaqui mandamus, quibuscumque in contarium non obstantibus. Datum Romæ ex conclavi hac die 20 novembris 1774.

A. cardinalis Corsinus protector.

Lo ✠ co Signi.

Pontifex pro confirmatione annuit, et literas apostolicas expediri jubet.

§. 17. Ex audientia Sanctissimi habita ab eminentissimo domino cardinali Carafa sacræ congregationis Episcoporum, et Regularium præfecto sub die 28 aprilis 1775 Sanctitas sua attenta relatione eminentissimi Corsini præfati ordinis apud sanctam Sedem protectoris oratoris precibus benigne annuit, et propterea mandavit per suas literas apostolicas in forma Brevis enunciatum decretum anctoritate apostolica confirmari quibuscumque in contrarium non obstantibus = Romæ etc.

F. cardinalis Carafa.

Preces porrectæ pro expeditione literarum apostolicarum.

§. 18. Cum autam sicut Nobis nuper exponi fecit dilectus filius modernus provincialis dictæ provinciæ Romanæ quo firmius decretum præmissum subsistat, et servetur exactius juxta in eodem decreto præscripta, illud per Nos approbari, et confirmari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio solemnis ipsius decreti.

§. 19 Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et quibusvis excommunicationis, et intardicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione tam ipsius Andreæ cardinalis, et protectoris, quam dilecti filii Nostri Francisci ejusdem S. R. E. presbyteri cardinalis Carafa nuncupati congregationis venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum præfecti præinsertum decretum, ac omnia et sin-

gula in eo contenta, et expressa auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares pro plena præmissorum executione.

§. 20 Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 21. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, ceterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ, apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 3. Junii 1775. Anno I.

XLIII.

Præscribitur, ut servetur constitutio Clementis XII. super deputatione simplicis prioris in locum abbatis monasterii Wanconcensis Cracoviensis diœcesis ordinis Cisterciensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Memorantur quæ circa monasterium statuta fuerint in tractatu subsignato inter apostolicam sedem, et Poloniæ regem

§. 1. Alias pro parte dilectorum filiorum monachorum ordinis Cisterciensis monasterii Wanconcensis nuncupati diœcesis Cracoviensis felicis recordationis Clementi pp. XIV. prædecessori Nostro expositum fuit, quod in tractatu anno MDCCXXXVI inter apostolicam hanc sanctam Sedem, et cla. mem. Augustum III., dum vixit, Poloniæ regem, ac rempublicam Polonam inito, et a rec. mem. Clemente pp. XII. itidem prædecessore Nostro per suam constitutionem, seu per suas sub plumbo anno millesimo septingentesimo trigesimo septimo idibus septembris expeditas literas confirmato, et tresdecim abbatiis in commendam concedendis, et comprehensis in tractatu prædicto, memorata quoque abbatia Wanconcensis continebatur, et quamvis injunctum extitisset, ut abbatiæ, seu monasteria hujusmodi, quarum, seu quorum redditus impares forent manutentioni abbatis claustralis, regi deberent per simplicem priorem, nihilominus ad aures eorumdem monachorum pervenerat, quod unus ex dicti monasterii monachis se se in illius abbatem erigere adnitebatur.

Monachi voluissent volitæ erectioni abbatiæ resistere.

§. 2. Verum quia propter dismembrationem bonorum assignatorum commendatario, redditus mensæ regularis adeo tenues evaserant, ut ne vix sufficerent alimentis parandis, ac sartæ tectæ servandæ fabricæ ecclesiæ, et monasterii, tunc prædicti monachi humiles porrigebant preces, ad hoc ut novæ abbatiæ hujusmodi erectioni idem Clemens XIV. prædecessor minime annuere dignaretur. Ipse vero porrectas sibi preces ejusmodi remisit congregationi venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositæ, quæ die xxx. aprilis MDCCLXXII decretum edidit tenoris, qui sequitur videlicet.

Ast remissis precibus arbitrio congregationis Episcoporum, et Regularium, censuit hæc, decrevitque constitutionemClementis XII esse servandam, et exequendam

§. 3. Sacra congregatio eminentissimorum, et reverendissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præposita, ad quam sanctissimus dominus noster supplicem libellum remisit, attenta relatione nuntii apostolici Varsaviensis, censuit rescribendum, prout præsentis decreti vigore rescripsit, ac decrevit. = Servetur constitutio sanctæ memoriæ Clementis XII. in precibus enunciata.

Romæ 30 aprilis 1772.

C. Card. Cavalchini

Loco ✠ Signi

Petierunt postea monachi hujus decreti confirmationem.

§. 4. Cum autem sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii moderni monachi ejusdem monasterii Wanconcensis, ipsi, quo firmius decretum a memorata congregatione, ut præfertur, editum subsistat, et servetur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter suppli-

cari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Et decretum confirmatum est.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinsertum decretum a dicta congregatione, ut præfertur, editum, una cum omnibus, et singulis in eo contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique apostolicæ Nostræ firmitatis robur adjicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Et ne decretum idem amplius fraudaretur, cuilibet judici aliter judicandi potestas ablata est per clausulas irritantes.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac respective ab eis inviolabiter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Item derogatis omnibus in contrarium facientibus.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ordinis, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, Irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo septingentesimo septuagesimoquinto, pontificatus Nostri anno primo.

XLIV.

Dat. die 3. junii 1775. Anno I.

Cohibetur numerus vocalium congregationis Neapolitanæ ordinis Cisterciensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quis ordo servandus erat in electione præsidis, ex abbatum aliorumque officialium juxta constitutiones ordinis ab Urbano VIII confirmatas.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Bernardinus Rogani abbas monasterii sanctæ Mariæ de Sagittario, ac præses congregationis Neapolitanæ ordinis Cisterciensis, quod in dicta congregatione confecta ex quatuordecim abbatiis, et uno vicariatu, juxta ejus constitutiones a felicis recordationis Urbano pp. VIII prædecessore Nostro confirmatas, quolibet quadriennio celebratur capitulum, atque in eo eligitur caput congregationis cum titulo præsidentis, una cum quatuor coabbatibus, qui patres regiminis nuncupantur, aliaque inferiora officia denuo conceduntur, assignato omnibus loco, seu monasterio, in quo ipsi debeant commorari.

Declaratur quot vocem habere debuissent in capitulo.

§. 2. Si autem, qui vocem habent in eodem capitulo sunt quatuordecim abbates gubernii, nec non etiam doctores in sacra theologia magistri nuncupati, qui sex modo existunt, ac unus sacerdos pro unoquoque monasterio cum titulo discreti, et hujusmodi discretorum numerus usque ad quatuordecim ascandit; ita ut capitulum prædictum ex non exiguo quidem numero triginta quatuor suffragiorum in totum modo constituatur.

Enumerantur incomoda obvenientia ex nimio horum vocalium numero, eorumque diminutio reposcitur.

§. 3. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, ex tanta hac suffragantium quantitate propter itinerum expensas quolibet quadriennio peragendas non leve incommodum sentiant monasteria ipsius congregationis, ac præterea aliorum vocalium numerus non solum de præsenti, sed etiam, aliis novis magistris supervenientibos, semper longe major erit numero abbatum gubernii, qui in congragatione prædicta digniores, ac rerum usu præstantiores

dignoscantur; qua de re idem Bernardinus ad majorem monasteriorum, et totius congregationis hujusmodi utilitatem, quietem, ac tranquillitatem, eorumdem vocalium numerum in dictis capitulis deinceps per Nos minui, ac cohiberi plurimum desiderat. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Solis quatuordecim abbatibus, et duobus magistris antiquioribus relinquitur jus ferendi suffragium in capitulo.

§. 4. Nos igitur ipsum Bernardinum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, qui relationem dilecti filii Nostri Andreæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Nigroni nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et sedem apostolicam protectoris super præmissis attenderunt consilio, per præsentes præcipimus, et mandamus, ut in posterum præter quatuordecim abbates prædictos, ex doctoribus, seu magistris duo tantum, qui professione regulari antiquiores sint, vocem, seu votum habeant in capitulis hujusmodi post eos, qui actu magistri existant, ac in possessione hujus prærogativæ reperiuntur.

Electio magistrorum facienda est ex monasteriis, in quibus præter abbatem, reperiuntur saltem sex sacerdotes choro inservientes.

§. 5. Discretos vero non quidem deinceps in omnibus monasteriis dictæ congregationis, sed in iis tantum eligendos esse volumus, in quibus præter abbatem, sex saltem sacerdotes choro inservientes, seu choristi vulgo nuncupati familiam uniuscujusque monasterii constituant, atque ad prædictos tantummodo, non vero ad alios quoscumque jus ferendi suffragium, ac vocem obtinendi in eisdem capitulis deinceps spectare, ac pertinere auctoritate apostolica tenore præsentium declaramus, atque præcipimus; salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et congregationis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia junii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XLV.

Dat. die 20. junii 1775. Anno I.

Impositio subsidii annui 100. cruciatorum super fructibus bonorum ecclesiasticorum in regno Portugalliæ et Algarbiorum existentium.

Pius Papa VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Universi Dominici gregis curam Nobis licet immerentibus divina voluntate commissam more vigilis patris familias, qui omnium suorum filiorum necessitatibus occurrere indesinenter studet præ viribus exercere jugiter satagentes, Nostræ mentis oculos in omnes ubicumque existentes Christifideles sedulo convertimus, ac paterna charitate eorum indigentiis, & officii, atque apostolicæ auctoritatis No-

stræ partes interponere non prætermittimus, sicuti personarum, locorum, ac temporum qualitatibus serio perpensis in Domino magis expedire conspicimus.

Recensentur necessitates, in quibus reperiuntur Lusitani alumni, qui olim unicuique eorum dederant nomen extinctæ societatis Jesu.

§. 2. Sane inter communes aliorum Christifidelium necessitates peculiari profecto animadversione dignas agnovimus illas, quæ modo ab iis patiuntur, qui ex Lusitanis regionibus jampridem nomen dederant inter alumnos extinctæ postmodum, atque suppressæ societatis Jesu. Ipsi enim ab eorum patria longe absentes, & omni penitus auxilio, atque subsidio destituti, omnibus quidem indigent ad vitam ducendam omnino necessariis.

De consilio quaque fidelissimi regis, eisdem consulendum esse decernitur

§. 3. Ut igitur aliquod maximis eorum angustiis levamen tribueretur consilia conferimus cum carissimo in Christo filio Nostro Josepho Portugalliæ, & Algarbiorum rege fidelissimo, qui pro singulari sua, atque regia sane pietate non solum præmissas, sed alias quoque suorum subditorum, ac præsertim infirmorum, expositorum, et orphanorum necessitates omni miseratione, et auxilio dignos eo ipso agnovit, ac credidit, sed recognitis admodum revera difficillimis aliis modis omnibus, ex quibus necessarium auxilium hujusmodi posset comparari, de ipsius regis Josephi assensu annuam aliquam quantitatem ex redditibus bonorum ecclesiasticorum in regnis Portugalliæ, et Algarbiorum in Europa existentium in causas prædictas erogandam, & convertendam esse duximus.

Et ideo imponitur super bonis ecclesiæ perpetua contributio centum mille cruciatorum.

§. 4. De Nobis utique attributæ divinitus potestatis plenitudine, unum subsidium, seu contributionem centum mille cruciatorum monetæ illarum partium super fructibus, redditibus, et proventibus quibuscumque omnium, & singulorum bonorum ecclesiasticorum in regnis prædictis existentium perpetuo duraturam, ac proportionabiliter super eisdem fructibus distribuendam, ac dividendam, exceptis beneficiis annui redditus bis centum mille prædictæ monetæ pariter illarum partium, tenore præsentium imponimus, & indicimus.

Præfinitur modus erogationis prædictæ contributionis.

§. 5. Hanc annuam autem quantitatem dictorum centum mille cruciatorum primum in alendis prædictis alumnis convertendam, et erogandam esse volumus, atque statuimus; ipsis vero decedentibus, & quandocumque deficientibus nunc pro tunc ex hujusmodi quantitate unam partem hospitalibus generalibus præcipue puerorum expositorum, alteram vero pro manutenendis, educandis, constabiliandisque orphanis, etiam pro datandis pauperrimis puellis, ac demum portionem aliquam pro manutentione magistrorum ad ipsius Josephi regis placitum adsignamus, et applicamus.

Deputantur executores literarum, cum facultate eligendi alios commissarios, exactores, et collectores.

§. 6. Ac proinde de singulari pietate, fide, prudentia, integritate, & charitate dilecti filii Nostri Joannis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Cosmæ de Cunha nuncupati, ac venerabilis fratris Bernardini archiepiscopi Peorensis Nostri, et apostolicæ Sedis in Portugalliæ, et Algarbiorum regnis nuntii plurimum in Domino fiduciam habentes, ipsosque in executores præsentium Nostrarum literarum constituimus, et deputamus, eisque omnes facultates necessarias, at opportunas tribuimus, et impertimur, ut ad solutionem subsidii, seu contributionis hujusmodi omnes, et singulos ex bonis ecclesiasticis prædictis annuos redditus percipientes auctoritate Nostra apostolica ipsi cogant, & compellant opportunis juris, & facti remediis, invocato etiam, quatenus opus sit, auxilio brachii sæcularis. Præterea viros ecclesiasticos, probos, ac fide, integritate, et prudentia dignos, et idoneos ad præmissa omnia, & singula exequutioni mandanda, commissarios, exactores, et collectores constituendi, & deputandi, illosque removendi, & quoties opus fuerit, revocandi, ac alios in eorum locum substituendi, et subrogandi, ac omnia, et singula circa præmissa quomodo necessaria, et opportuna gerendi, decernendi, statuendi, et exequendi plenissimam, et omnimodam facultatem, et potestatem auctoritate prædicta earumdem tenore præsentium ipsis itidem tribuimus, et impertimur.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis, ad quos spectat, et spectabit in futurum inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibus, & synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, at or-

dinationibus, nec non quarumcumque ecclesiarum, et locorum piorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitete elie roboratis stetutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formie, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogetoriis, eliisque efficacioribus, efficacissimis, ec insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in speqie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expresseis, ac de verbo ad verbum insertis bebentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specieliter, et expresse derogemus, cæterisque contreriis quibuscumque. Datum Romæ epud sanctum Petrum die vicesima junii millesimo septingentesimoseptuagesimoquinto, pontificatus Nostri anno quinto.

Dat. die 22. junii 1775 Anno I.

XLVI.

Confirmatio decretorum sacræ Rituum congregationis pro approbatione virtutum heroicarum b. Joannæ Valesiæ, et extensione missæ, ec officii in honorem ejusdem beatæ ad omnes ditiones regie christianissimi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Processus habitus super cultu immemorabili, et super virtutibus beatæ

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joseph Martinelli frater expresse professus ordinis min. s. Francisci Conventualium nuncupatorum, in sac. theolog. magister, et postulator causæ canonizetionis b. Joannæ Valesiæ, quod postquam fel. record. Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die XVII. junii MDCCXLII. expedites literas confirmaveret decretum editum a s. congregatione tunc existentium S. R. E. cardinelium sacris ritibus præpositorum die XIV. aprilis ejusdem anni MDCCXLII super publico cultu ab immemorabili tempore prædicta Johennæ Valesiæ exhibito, sive super casu excepto e decretis rec. mem. Urbani pp. VIII. itidem prædecessoris Nostri; iteratis precibus clar. mem. Ludovicus XV. Francorum rex christianissimus, ac literis proprio charactere conscriptis enixe postula vita rec. mem. Clemente pp. XIV. prædecessore quoque Nostro, ut ed ejusdem beatæ canonizationem procedi posse, benigne indulgere digneretur; committeoe interim negotium hujusmodi causæ regiis officiis, ac sumptibus promovendæ venerabili fratri Nostro Francisco Joachimo episcopo Albenensi S. R. E. cardinali de Pierre de Bernis nuncupato suo, ac postmodum charissimi in Christo filii Nostri Ludovici XVI. eorumdem Francorum regis christianissimi successorie sui, apud Nos, et banc sanctam Sedem summam cum potestate legato; qui statim ipsum exponentem in causæ postulatorem constituit ac deputavit. Demandato itaque munere referendæ bujusmodi causæ in congregetione eorumdem cardinalium ab ipso Clemente prædecessore venerabili itidem fratri Nostro Henrico Benedicto Tusculano S. R. E. cardinali duci Eboracensi nuncupato; et concesse essueta dispensatione e forma peculieris processus, et judicii super fama senctitatis in genere; postmodum ab eedem congregatione concessæ, et expeditæ fuerunt literæ remissoriales pro construendis apostolicis inquisitionibus super virtutibus, et miraculis in specie. Coram itaque venerabilibus fratribus patriarchis Joenne Constantinopolitano, et Georgeo Hierosolymitano, ec venerabile pariter fratre Josepho archiepiscopo Athenarum, tamquam subdelegatis a dilecto filio Nostro Marco Antonio S. R. E. presbytero cardinali Colnmne nuncupato, Nostro in alma urbe vicario, & judice delegato, constructus epertusque fuit Romenus processus super beroicis virtutibus ejusdem b. Johennæ, et comprobete validitate dicti processus, ex decreto prædictæ congregationis edito, die XV. mertii MDCCLXXIV. quod idem Clemens prædecessor retum habuit di XIX. prædicti mensis et anni. Interee delati fuerunt ed eamdem urbem quinque codices manuscripti pertinentes ed ipsius b. Johannæ virtutes, etque ad res ab illa gestas, qui in tabulario asceterii Bituricentis monialium ordinis Annunciationis beetæ Mariæ virginis religiose asservabantur, quorum solemnem extractionem, recognitionem, et translationem, dicta congregatio commiserat venerebili fretri archiepiscopo Bituricensi. Jussu autem, et euctoritete memorati Clementis prædecessoris codices prædicti recepti sunt penes acta notarii ejusdem

congregationis, perinde ac si in Romano processu apostolico super virtutibus in specie solemniter compulsati fuissent, una cum processiculo compilato per dictum archiepiscopum Bituricensem in eorum respectiva extractione, et recognitione. His, aliisque ad gravissimi judicii exitum conducentibus diuturno labore, et singulari diligentia absolutis, deinde in congregatione ordinaria venerabilium fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium eisdem sacris ritibus præpositorum habita die XXVIII. martii currentis anni MDCCLXXV. propositum fuit dubium; *An constet de beatæ Johannæ Valesiæ virtutibus theologalibus fide, spe, et charitate, necnon cardinalibus prudentia, justitia, fortitudine, et temperantia, earumque annexis in gradu heroico in casu, & ad effectum de quo agitur*: Eadem congregatio edidit decretum tenoris, qui sequitur, videlicet

Bituricen.

Canonizationis beatæ Joannæ Valesiæ olim reginæ Franciæ fundatricis ordinis Annunciationis beatæ Mariæ virginis sub regula s. Francisci.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

§. 2. = Proposito in sacra Rituum congregatione ordinaria absque interventu consultorum, prævia dispensatione apostolica, ad instantiam reverendissimi patris magistri Josephi Antonii Martinelli sacerdotis professi ordinis minorum Conventualium s. Francisci postulatoris per eminentissimum, et reverendissimum dominum cardinalem Marefuscum loco celsitudinis regiæ eminentissimi, et reverendissimi domini cardinalis ducis Eboracensis ab urbe absentis relatoris causæ beatæ Joannæ Valesiæ olim reginæ Franciæ, fundatricis ordinis Annunciationis beatæ Mariæ virginis sub regula s. Francisci; atque sub infrascripta die, discusso dubio: *An constet de ejusdem beatæ virtutibus theologalibus fide, spe, et charitate in Deum, et proximum, necnon de cardinalibus prudentia, justitia, fortitudine, et temperantia, earumque adnexis in gradu heroico in casu, & ad effectum de quo agitur*; eminentissimi patres dictæ sacræ congregationi præpositi, mature expensis, atque examinatis cunctis in eadem causa deductis, auditoque prius r. p. d. Dominico de sancto Petro fidei promotore, qui sententiam suam scripto, et voce exposuit, nulla suffragiorum intercedente discrepantia rescripserunt: *Ita constare, ut deveniri possit ad discussionem quatuor miraculorum, si Sanctissimo Domino Nostro visum fuerit.* Die XXVIII martii MDCCLXXV. Et facta deinde per me infrascriptum secretarium de prædictis eidem Sanctissimo Domino Nostro pp. Pio VI relatione, Sanctitas Sua benigne annuit. Die prima aprilis MDCCLXXV *M. cardinalis Marefuscus præfectus* = *M. Gallo s. Rituum congr. secretarius*. Loco ✠ Signi. =

§. 3. Postmodum vero idem Josephus Antonius postulator causæ prædictæ supplices Nobis porrexit preces pro extensione missæ, et officii cum oratione, et lectionibus propriis secundi nocturni alias a recol. mem. Benedicto pp. XIV prædecessore prædicto concessi universo ordini minorum, ad omnes Christifideles utriusque sexus in Galliarum regno, aliisque ditionibus Francorum regis christianissimi existentes, qui ad recitationem horarum canonicarum tenerentur, et decretum prodiit tenoris sequentis, nempe. = Datis precibus pro extensione missæ, et officii proprii concessi a Benedicto XIV. benigniter indulgetur.

Regni Galliarum.

§. 4. Humillime supplicante sanctissimo domino Nostro Pio pp. VI patre magistro fratre Josepho Antonio Martinelli ordinis minorum s. Francisci Conventualium postulatore causæ b. Joannæ Valesiæ Franciæ reginæ, ac fundatricis ordinis Annunciationis beatæ Mariæ virginis, pro extensione missæ, et officii cum oratione, et lectionibus propriis secundi nocturni, alias sub ritu duplici pro die quarta februarii in honorem prædictæ beatæ concessi a fel. record. Benedicto pp. XIV. universæ seraphicæ religioni ad omnes utriusque sexus Christifideles in Galliarum regno, aliisque ditionibus regis christianissimi existentes, qui ad recitationem horarum canonicarum tenentur; Sanctitas sua, audito etiam r. p. Dominico de sancto Petro fidei promotore, ad relationem per me secretarium factam, oratoris precibus benigne annuens, petitam extensionem indulsit, et præfatum officium et missam modo quo supra, ordinariorum arbitrio recitari, celebrarique concessit. Hac die XX aprilis MDCCLXXV = *M. cardinalis Marefuscus præfectus* = *M. Gallo s. Rituum congregat. secretarius*. Loco ✠ Signi =. Tenor rescripti s. congregationis Rituum.

§. 5. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, dictus Josephus Antonius postulator, quo decreta hujusmodi firmius subsistant, et serven- Supplicatio porrecta pro obtinenda decretorum confirmatione.

tur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri plurimum desideret, Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsum Josephum Antonium specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tamen consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præinserta decreta super virtutibus ejusdem beatæ Joannæ, ac respective super recitatione officii prædicti, ut præfertur, edita, auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Literas firmas continuo esse debere decernitur.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinera, ac illis ad quos spectat, et spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Et cuilibet iudicialiter judicandi adimitur potestas.

§. 7. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, atque causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Cum derogatione contrariorum.

§. 8. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem quod præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die XXI junii MDCCLXXV pontificatus Nostri anno primo.

XLVII.

Dat. die 21 junii 1776. Anno I.

Concessio privilegiorum, pro cappellanis communibus cappellæ pontificiæ.

Pius Papa VI.

Ad futuram rei memoriam.

Laudes presbyterorum cappellæ pontificiæ.

Grata familiaritatis obsequia, quæ dilecti filii Petrus Paulus Nardini Alatrinæ, Deusdedit Vivaldi Hortanæ, Felix Gnidi, et Camillus Bianchi Romanæ, Franciscus Fabri Ariminensis, Marcus Fratini Burgi Sancti Sepulchri, & Vincentius Moresi itidem Romanæ civitatum, vel diœcesum presbyteri modernæ cappellæ Nostræ pontificiæ cappellani familiares nostri Nobis, & apostolicæ Sedi hactenus impenderunt, et adhuc solicitis studiis impendere non desistunt; nec non vitæ, ac morum honestas, aliaque laudabilia probitatis, et virtutum merita, quibus eorum personas tam familiari experientia, quam etiam fide dignorum virorum testimoniis juvari percepimus, Nos inducunt, ut illis reddamur ad gratiam liberales.

Inter notarios sedis apostolicæ recipiuntur, creantur comites, et nobiles, cujuscumque civitatis.

Hinc est, quod Nos volentes illos specialibus favoribus, et gratiis prosequi, eosque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad affectum præsentium dumtaxat consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, motu proprio, non ad supradictorum Petri Pauli, Deusdedit, Felicis, Camilli, Francisci, Marci, et Vincentii, vel alicujus ipsorum, aut aliorum pro eis Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed de mera Nostra deliberatione, ac certa scientia auctoritate apostolica tenore præsentium Petrum Paulum, Deusdedit, Felicem, Camillum, Franciscum, Marcum, & Vincentium prædictos, et illorum singulos in Nostros, et Sedis apostolicæ notarios recipimus, ac sacri palatii, et aulæ Lateranensis comites (sine tamen dilectorum filiorum notariorum de numero participantium præjudicio) nec non nobiles Romanos, et urbis Romæ, omniumque, et singularum civitatum, terrarum, at locorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectorum ci-

ves creemus, et constituimus, ac innumerum, et consortium aliorum Nostrorum, et ejusdem Sedis notariorum, nec non palatii, et aulae hujusmodi comitum, ac nobilium Romanorum, aliorumque civium civitatum, et oppidorum prædictorum referimus, et

Dispensationes a muneribus, et residentia cum participatione privilegiorum

conscribimus, ipsosque, etiamsi habitum, & rochettum notariorum dictæ Sedis juxta decretum Lateranensis concilii novissime celebrati non deferant, aut civitatee hujusmodi non incoluerint, nec unquam in iisdem civitatibus domicilium habuerint, ut nihilominus omnibus, et quibuscumque privilegiis, facultatibus, exemtionibus, immunitatibus, libertatibus, favoribus, gratiis, & indultis, quibus cæteri omnes notarii Nostri etiam de numero participantium, neonon comites, et nobiles, ac cives originarii tam in civitatum, et beneficiorum ecclesiasticorum, ac secularium etiam ex personis Romanorum originariorum vaceotium essecutione, et exercitio tam in urbe, quam in civitatibus prædictis, ac alias ubique locorum, et gentium, neo non sessionum, et conventuum utuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti potiri, et gaudere poterunt quomodolibet in futurum, non solum ed

Reservantur exemptiones sublatæ e concilio Tridentino.

illorum instar, sed pariformiter æque principaliter, ac si privilegie, facultates, exemtiones, gretiæ, et indulte pro ipsis emenassent (citra tamen exemtiones e sacro concilio Tridentino sublatae) iteut nedum quoad criminalia, sed etiam quoad civilia subjaceant ordinariis, ec facultates legitimandi, ed gredus promovendi, et notarios, seu tabelliones creandi, aliaque huiusmodi privilegia a notariis Sedis apostolicæ, et comitibus paletinis prætense, itaut illis supramemorati cappellani familiares Nostri nullibi uti valeant, ec irritum, et inane exixtat, si secus super his a quoquem quevis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, uti, potiri, et gaudere, ec in omnibus, et

Jus inscribendi nomen notarii, comitis, et nobilis etiam in actibus publicis.

singulis apostolicis, aliisque literis, instrumentis, et scripturis publicis, et privetis deinceps corum nomine conficiendis se se notarios, comites, et nobiles, ac de nobili genere ex utroque perente procreatos, nec non Romanæ, et eliarum civitatum cives, ut libuerit, inscribere, et se illis subscribere valeant, ec pro veris, et non fictis notariis, comitibus, nobilibus, et civibus habeantur, nihilque, qualecumque illud fuerit, cum iis expressionibus subreptitium, obreptitium, eut invalidum; sed illud idem efficax in omnibus, et per omnia censeatur, concedimus, et indulgemus. Et insuper illos, eorumque beneficia, et officia ecclesiastica quæcumque, quotcumque, et qualiecumque, illorum fructus, res,

Exemptio a tributis, collectis, subsidiis etiam charitativis, et ab universis datiis, et angariis.

et jura ubicumque locorum, regionum, et provinciarum, necnon in urbe, civitatibus, terris, et locis, eidem Romenæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subjectis consistentie, prædia, domos, possessiones, et bona patrimonialia, aliaque temporalia mobilia, et immobilia, ec semoventia, nec non actiones, et jura præsentia, et futura cujuscumque qualitatis, quantitatis, et naturæ, et cujusvis etiam annui valoris, fructus, redditus, et proventus hujusmodi sint, vel fuerint, ec etiam quæcumque eb illis vendenda, ac pro illorum, familiarumque suarum usibus emenda eb omnibus, et quibuscumque decimis, quartis, et dimidiis partibus, subsidiis etiam charitativis, nec non vectigalibus, portoriis, tributis, datiis, et pedagiis, collectis, et quocumque alio nomine nuncupetis engeriis, perangariis, cæterisque oneribus, et contributionibus tam urbanis, quam rusticis, ordinariis, et extreordinariis, realibus, et personalibus, ac mixtis, etiam ratione munitionum moenium, et pontium, portarum, ac moliturarum, et mercium cujuscumque generis transitus, seu passus, et vecturæ etiam in aliud territorium, seu provinciam terra, meri, et flumine, nec non equorum mortuorum, stebulationum militum, institutionis seminarii ecclesiastici, aut quacumque alia quentumvis gravi, et gravissima causa (pro

Excipiuntur collectæ pro subventione contra infideles.

subventione contra infideles dumtaxat excepta) nunc, et pro tempore impositis; ita quod illi, et quilibet eorum nihil omnino horum, aut aliorum similium subire teneantur, nec per cameræ apostolicæ, aut elios commissarios, seu vectigalium, et tributorum hujusmodi redemptores, conductores, et exactores quocumque privilegio, et facultate suffultos alias, quam, ut præfertur, valeant coarctari, quamdiu servitiis Nostris institerint dumtaxat, exi-

Facultas consequendi plura beneficia, etiamsi unum curam animarum habeat annexam.

mimus, et liberamus. Ad hæc cum iisdem, ut quæcumque duo dissimilia, vel similia simplicia sub singulis tribus tectis quarumcumque trium cathedralium, etiam metropolitanarum, ent aliarum ecclesiarum consistentia, etiamsi unum ex illis omnibus cum cura, aut dignitas etiam major, et principalis canonicatus, et prebende,

personatus, administratio, vel officium fuerit, et ad dignitatem, personatum, administrationem, vel officium hujusmodi consueverit quis per electionem assumi, eisque etiam cura jurisdictionalis immineat animarum, si eis alias canonice conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, et instituantur in eis, recipere, et, dummodo illa omnia, uno excepto, personalem residentiam non requirant, insimul, quoad vixerint, retinere: nec non etiam, quamdiu Nobis inservierint, tum in beneficiis ecclesiasticis, non tamen parochialibus, vel curam animarum parochianorum habentibus, per eos pro tempore obtentis, etiam de jure, statuto, fundatione, vel privilegio personalem residentiam requirentibus, etiamsi dignitates in metropolitanis, vel cathedralibus majores, et in collegiatis ecclesiis hujusmodi principales fuerint, personaliter residere non teneantur, nec ad id per locorum ordinarios, seu ecclesiarum earumdem capitula, aut quosvis alios ad residendum interim in illis inviti compelli possint, omnesque, et singulos illorum beneficiorum obtentorum fructus, et redditus, durante servitio prædicto, cum ea integritate, distributionibus quotidianis dumtaxat exceptis, cum qua illos perciperent, si in iisdem ecclesiis, sive locis personaliter residerent, percipere, exigere, et levare, proviso tamen per eos, ut onera iisdem dignitatibus, et beneficiis quovis modo incumbentia congrue supportentur.

A personali residentia eximuntur exceptis cura animarum.

Conceditur juris dicendi potestas, et exercendi munus advocatorum, et procuratorum.

Necnon, etiamsi presbyteri fuerint, ac dignitates, et officia obtinuerint, leges, et jura civilia etiam publice in scholis, et universitatibus studiorum generalium ad quinquennium dumtaxat, dummodo iidem trigesimum ætatis annum non excesserint, audire, ac, si habiles, et sufficientes reperti fuerint, etiam ad doctoratus gradum in hujusmodi facultate se promoveri facere, ipsaque jura etiam publice docere, atque judicis, advocati, & procuratoris officium in causis ecclesiasticis, et civilibus tantum, exercere libere, et licite possint, et valeant de specialis dono gratiæ dispensamus.

Eisdem licentia conceditur eligendi confessorem ab ordinario approbatum, qui eos a censuris absolvere possit etiam a sedi reservatis.

Liceat quoque ipsis, et eorum singulis aliquem idoneum, et ab ordinario approbatum presbyterum secularem, vel cujusvis ordinis regularem in suum eligere confessorem, qui vita eis comite eos, et ipsorum singulos a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, ac per eos incursis, et quibus ipsos pro tempore illaqueari contigerit, etiamsi absolutio Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus specialiter, vel generaliter reservata existat, et quorumcumque votorum, et Ecclesiæ præceptorum transgressionibus, homicidio casuali, manuum violentarum in quasvis personas etiam ecclesiasticas (non tamen episcopos, vel alios superiores prælatos) de præterito injectionibus, seu consilii, vel favoris ad id præstationibus, jejuniorum omissionibus, necnon recitationis horarum canonicarum, aliorumque divinorum officiorum, ac denique ab omnibus, et quibuscumque aliis eorum peccatis, criminibus, excessibus et delictis quantumcumque gravibus, et enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta merito consulenda foret, ac in quibuscumque constitutionibus apostolicis contentis, semel tantum in vita, et mortis articulo, in reliquis vero dictæ Sedi quomodolibet reservatis, aliisve quibusvis casibus semel in anno, confessionibus illorum diligenter auditis, sine tamen alicujus præjudicio, præfata auctoritate apostolica absolvere, et illis pro commissis pœnitentiam pro modo culpæ injungere salutarem; nec non vota quæcumque (ultramarino visitationis liminum beatorum Petri, et Pauli apostolorum, castitatis, et religionis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare possit.

Et ab eis recipiendi dispensationem a votis, exceptis castitatis, religionis, et visitationis liminum apostolorum Petri, et Pauli.

Item consequendi pensiones super quibuscumque bonis ecclesiasticis.

Ac etiam iisdem, eorumque singulis, ut quicumque locorum ordinarii, vel canonici metropolitanarum, seu aliarum cathedralium ecclesiarum, aut personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ tam in dicta curia, quam extra eam, etiam ad id per eos, aut eorum singulos coram notario, et testibus fide dignis eligendi, seu eligendæ quascumque pensiones annuas eis, et eorum singulis super mensarum abbatialium, seu episcopalium, et archiepiscopalium, et quorumcumque aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum regularium, etiam hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani quomodocumque, et qualitercumque qualificatorum fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus etiam quotidianis, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones,

distributionas, et emolumenta sibi nunc, et pro tempore assignata, et reservata quandocumque simul, vel successive, in toto, vel in parte usque ad summam centum ducatorum auri de camera de eorumdem cappellanorum, vel cujuslibet ipsorum respective consensu in toto, vel in parte, etiam in mortis articulo cessare, et extinguere, ac, postquam cassatæ, et extinctæ fuerint, alias similes pensiones annuas super fructibus, redditibus, proventibus, juribus, obventionibus, et distributionibus, seu illorum loco fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta hujusmodi etiam usque ad summam prædictam uni, vel pluribus aliis personis etiam per eosdem cappellanos, et eorum singulos nominandis, et quæcumque, quotcumque, et qualiacumque beneficia ecclesiastica obtinentibus, et expectantibus, seu clericali charactare insigniri volentibus, similiter eis, quoad vixerint, vel eorum legitimis procuratoribus iisdem modo, & forma, quibus iisdem cappellanis assignatæ, aut reservatæ, vel assignati, concessi, seu concessa fuerint, etiam absque consensu easdem pansiones, et fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, ac distributiones, et emolumenta hujusmodi solvere debentium, etiamsi pluries cassatæ, et de novo assignatæ fuerint, usque ad summam, et quantitatem prædictam, ac alias cum omnibus, et quibuscumque exemptionibus, privilegiis, decretis, clausulis, vinculis, obligationibus, cautelis, ac etiam censuris, et poenis in prinribus reservationibus hujusmodi concessis, et contentis integre persolven. servata tamen forma constitutionis fel. rec. Innocentii pp. XI. prædecessoris Nostri super translationibus pensionum editæ, reservare, constituere, et assignare. Volumus autem, ac sub poena nullitatis translationum hujusmodi districte præcipimus, quod respectu pensionum eis, et cuicumque eorum respective, ut præfertur, reservatarum, et assignatarum, seu reservandarum, et quocumque tempore assignandarum super quibuscumque cathedralibus, metropolitanis, monasteriis etiam consistorialibus, atque aliis quibusvis beneficiis tam simplicibus, quam residentialibus, aut aliter quomodocumque qualificatis intra urbem, ac statum ecclesiasticum Nobis, et sanctæ Sedi in temporalibus immediate subjectum existentibus præfata transferendi facultas tum coram persona in dignitate ecclesiastica constituta, tum coram notario, et testibus eis, et cuilibet eorum respective ut supra impertita exerceri, aut expleri per eos, et quemlibet eorum respective nequeat, nisi favore dumtaxat illorum, qui vel ex eodem statu ecclesiastico, vel ex iisdem regnis, et provinciis originem trahant, in quibus et ipsi quoque Nostri, et sanctæ Sedis in temporalibus subditi promiscue cum civibus, et naturalibus dictorum regnorum, et provinciarum ad pacificam tam beneficiorum quorumlibet ecclesiasticorum, quam similium pensionum possessionem admitti consueverunt. Necnon, ut iidem cappellani, et eorum quilibet de omnibus, et singulis domibus, prædiis, possessionibus, terris, et locis etiam jurisdictionalibus, cæterisque bonis immobilibus, et mobilibus, quæ tamen non sint altaris, seu altarium ecclesiarum Ipsis cappellanis Nostris prædictis commissarum ministerio, seu alicui speciali earumdem ecclesiarum servitio, aut alias divino cultui, vel usui deputata, seque moventibus cujuscumque qualitatis, quantitatis, valoris, speciei, pretii, et conditionis existentibus, ac juribus, et actionibus ad eas ratione ecclesiarum etiam cathedralium, et metropolitanarum, monasteriorum, prioratuum, præ positurarum, dignitatum, et aliorum quorum cumque beneficiorum ecclesiasticorum cum cura, et sine cura secularium, et quorumvis ordinum regularium, quæ ex quibusvis concessionibus, et dispensationibus apostolicis in titulum, commendam, administrationem, et alias quomodolibet obtinuerint, et obtinent, ac obtinebunt, ac fructuum, redditum, proventuum ecclesiasticorum loco pensionum annuarum super similibus fructibus, redditibus, et proventibus eis reservatarum, et assignatarum, ac reservandarum, et assignandarum, quos, et quas perceperint, et percipiunt, ac percipient in futurum, nec non emolumentorum quorumcumque Romanæ curiæ officiorum, ac alias quomodolibet spectan., et pertinen., ac etiam de dictis fructibus, redditibus, proventibus, ac pensionibus annuis, necnon eorum industria, ac labore quomodolibet, et undecumque, licite tamen acquisitis, et acquirendis, ac alias etiam de muneribus, et officiis, quæ exercuerint, et exercere contigerit, et alia quavis occasione, vel causa, seu contemplatione ad eosdem perventis, et perventuris, etiamsi in pecunia nu-

Et illas transferendi pro lubitu.

Servata tamen forma volita a constitutione Innocentii XI.

Et dummodo perficiatur favore eorum qui sanctæ sedis subditi sunt in temporalibus.

Conceditur quoque potestas disponendi tam in vita, quam causa mortis de annuis fructibus beneficiorum, aliorumque emolumentorum.

merata, ac jocalibus, gemmis, aliisque pretiosioribus rebus consistant, tam in dicta curia, quam extra eam ubiqua locorum, etiam penes beneficia ipsa existen., quorum omnium qualitates, at veros annuos valores, etiamsi talia forent, quæ in generali appellatione bonorum, et suppellectilium non venirent, sed specialibus indigerent vocabulis, præsentibus, ac si specifice, et singillatim exprimerentur, et denominarentur, pro sufficienter expressis, ac declaratis haberi volumus, ae etiam de ipsis provantibus, ao pensionibus debitis èt debendis, ac nondum perceptis, et exactis, etiamsi eorum solutionis, aut pereeptionis terminus nondum advanerit, pro illa rata, quæ illis debita erit (constitutione declaratoria super fructibus, et pecuniis non exactis, quæ forsan ad successoras in ipsis beneficiis spectare, et pertinere debeant, non obstante), etiam cumulative eum quibusvis aliis similibus, vel dissimilibus facultatibus habitis, et habendis usque ad summam ducentorum ducatorum auri similium dumtaxat pro decentibus, et honastis impensis fnnebribus, quam etiam pro remuneratione illorum, qui eis viventibus inservierint, etiam ultra servitii meritum, ae in ipsorum consanguineorum, et affinium, ac quorumcumque piorum locorum favorem et usum, et alias pro eorum arbitrio, et voluntate absolutis testari, ac testamento, codicillis, fideicommissis, legatis, donationibus tam inter vivos, quam causa mortis, et aliis quibuscumque modis, et titulis, scriptura etiam minus solemni, atiam coram duobus, vel tribus testibus, aut etiam schedula eorum manu scripta, vel subscripta, ac alias in omnibus, et per omnia, prout, et quemadmodum eis vidabitur, etiam in ipsa curia (non tamen extra residentiam) etiam in mortis articulo, et non facta mentione præsentis, vel aliarum eis pro tempore concessarum similium facultatum, aut quod in vim illarum testari, sen disponere velint, et intendant, semal, atque iterum, et pluries disponare, statuere, et ordinare, itaut quidquid testatum, gestum, aut ordinatum, sen alias ab eis dispositum fuerit, etiam in vim simplicis distributionis, ac alias omni meliori modo valaat, et servari omnino debeat, ipsaque testamenta, codicillos, dispositiones, ordinationes, donationes, legata, et statuta etiam pluries, et toties, quoties eis vidabitur, moderari, limitare, ac atiam in totum revocare, at alia de novo eondera etiam libere, et licita valeant, planam, et liberam concedimus facultatem: statuentes nihilominus, et ordinantes, eisque pariter indulgentes, quod, si eontigerit ipsos ab intestato, et sine ulla, vel cum minus valida bonorum, ac rerum, et fructuum, reddituum, et proventuum prædictorum dispositione in dicta curia, vel extra eam, ae etiam extra sua beneficia, aut alia loca debitæ ab eis residentiæ personalis, atiam nulla subsistenta causa ab humanis decedere, omnia, et singula illorum bona, res, et jura etiam, ut præfertur, qualificata, necnon spolia pro dicta summa, etiam ex præfatis, et alias undecumque provenientia ad cameram apostolicam, seu in dictis beneficiis successores non pertineant, sed ad hæredes sanguinis eorumdem integre deveniant, et illis deficientibus, inter eorum familiares arbitrio personæ, seu personarum, quas ad id scripto nominaverint, distribuantur, nisi de alia dispositione, vel intentione eorumdem, scriptura etiam minus solemni secus appareret, quam tunc, vel ut efficacem, ipsæ personæ, vel alii judices, seu executores omnino exequi, et adimplere, illique sese conformare in omnibus, et per omnia debeant; et nihilominus quæcumque hujusmodi testamenta, donationes, legata, dispositiones, et alia forsan alias ab ipsis, etiam nulla, aut minus sufficienti facultata suffultis de hujusmodi bonis, juribus, actionibus, fructibus, pecuniis, jocalibus, aliisque rebus supradictis etiam in favorem consanguineorum, et affinium prædictorum, et alias quomodolibet facta, cum omnibus inde secutis, ac etiam ea, quæ per ipsos in futurum quomodolibet fient, ex nunc, prout ex tunc, et e contra pro dicta summa ducentorum ducatorum dumtaxat approbamus, et confirmamus; omnesque, at singulos juris, et facti, ac solemnitatum omissarum, et omittendarum, nec non substantiales, aliosque defectus quoscumque, si qui intervenerint in iisdem, etiamsi tales sint, vel fuerint, quod specialis, et specifica de ipsis mentio habenda esset, supplemus. Non obstantibus præmissis, ac Lateranensis concilii novissime celebrati de certo eorumdem notariorum numero, etiamsi ad illum nondum deventum fuerit, cui per hoc alias derogatum non intendimus, ac de consensu præ-

Non obstante constitutione declaratoria super fructibus, ex pecuniis non exactis.

Decedentes ab intestato bonorum et fructus omnes ad hæredes legitimos transmittunt.

Derogationes amplissimæ.

stando in pensionibus, et quibusvis eliis etiam per Nos, et Sedem prædictam quomodolibet editis, et in futurum edendis cancellariæ apostolicæ regulis, et stylo in similibus hactenus servato, et piæ mem. Alexandri pp. VI. prædecessoris etiam Nostri tertiam partem bonorum ecclesiasticorum cameræ prædictæ deberi inter alia disponente; necnon ejusdem me. Bonifacii pp. VIII. etiam prædecessoris Nostri, per quam concessiones de fructibus in absentia percipiendis sine præfinitione temporis fieri prohibentur, ac quorumvis aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, et quibusvis aliis apostolicis, ac in universalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, necnon legibus imperialibus, et aliis etiam municipalibus tam urbis, quam quarumvis aliarum civitatum, et locorum, in quibus cives originarii creati sunt, ac quarumvis ecclesiarum, monasteriorum, ordinum, et hospitalis præfati, necnon quorumvis collegiorum, et officiorum dictæ curiæ, ac regnorum, provinciarum, et urbis, ac aliarum civitatum, et locorum, ac prædictæ cameræ, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, etiamsi de illis servandis, et non impetrandis litaris apostolicis contra ea, nec etiam ab alio, vel aliis impetratis, aut alias quomodolibet concessis utendo ipsi cappellani per se, vel eorum procuratores præstiterint forsan hactenus, vel in posterum eos præstare contigerit juramentum; privilegiis quoque, indultis, et litaris apostolicis dictis ecclesiis, monasteriis, ordinibus, hospitali sancti Joannis Hierosolymitani, illorumque præsulibus, seu administratoribus, et superioribus, ac magistris, præceptoribus, prioribus, militibus etiam antianis, capitulis, et conventibus, civitatibus, et locis, aliisque personis etiam particularibus, necnon archiepiscopis, episcopis, et aliis locorum ordinariis, etiam ejusdem S. R. E. cardinalibus, ac dictæ cameræ officialibus, illorumque collegiis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis par quoscumque Romanos pontifices prædecessores Nostros, ac Nos, et Sedem prædictam, etiam consistorialiter, etiam de ejusdam S. R. E. cardinalium consilio, ac per modum statuti, seu constitutionis perpetuorum, ac motu, et scientia paribus, deque apostolicæ protestatis plenitudine, ac ad imperatoris, regum, reginarum, ducum, marchionum, et aliorum principum instantiam, seu illorum contemplationa in genere, vel in specie, aut alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, et innovatis, et in posterum concedendis, confirmandis, ac innovandis, atiamsi in illis, ac statutis, et stabilimentis præfatis caveatur expresse, vel tacite, quod urbis nonnisi originariis civibus Romanis, ac civium corumdem filiis, aliarum vero partium beneficia nonnisi per personas illustres, seu nobiles, ac etiam originarios cives, aut alias certo modo in illis expresso qualificatos obtineri, aut conferri respectiva possint, et nullus in civem urbis, eut civitatum, oppidorum, terrarum, et locorum hujusmodi admitti, seu illorum privilegiis uti possit, nisi prius in dictis civitatibus, oppidis, et locis per certum tempus habitavarit, seu etiam in illis bona etiam stabilia forsan ad certum valorem ascandentie possideat; quodqua præceptoriæ, at alia beneficia quæcumque dicti hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani tam ex ejus institutione, quam ex stabilimentorum prædictorum dispositione non in titulum perpetuorum beneficiorum conferri, sed in commendam ad vitam commendatariorum revocabilitar concedi debeant, ut sic pensionibus ecclesiasticis secularibus, aut aliis personis apostolica auctoritata reservandis gravari non possint, quodque stabilimentis, et privilegiis præfatis atiam vigore clausulæ implicitæ derogationis latissime extendendæ etiam per quascumque literas apostolicas, et quasvis aliam derogatoriarum derogatorias, efficacioresque, et insolitas clausulas derogari non possit, nec derogatum censeatur, nisi derogatio hujusmodi de consilio dictorum cardinalium fiat, et tunc demum ad id magistri, et conventus præfatorum expressus accedat assensus, sintque literæ derogationis hujusmodi etiam per dictum magistrum subscriptæ, ac ei, et prædicto conventui per diversas in forma Brevis, aut alias literas diversis temporibus cum certis intervallis præsentatas intimatæ, et non alias, nec alio modo, et semper in hujusmodi literis, quæ sic fient, etiam de simili consilio de-

Etiam derogatoriarum derogatoriis, et de ejusdem S. R. E. cardinalium consilio, aliarumque efficacissimarum clausularum.

Cum declaratione quod præceptoriæ, et beneficia hospitalis s. Joannis Hierosolimitani conferri debeant in commendam, et ad vitam.

rogationis sit apposita clausule, quod illorum effectum sortiantur de consensu megistri, et conventus præfatorum, et non aliss, aliter, neo elio modo. Quibus omnibus, et eorum singulis, etismsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, eo de verbo ed verbum, non eutem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis elia expressio habenda, eut sliqua elia exquisita forme ed hoc servanda foret, ec in eis caveatur eapresse, quod illis nulletenus derogari possit, quodque clausula implicitæ derogationis in rescripto, etiam motu propric emanato apposita aliter in literis exprimi, vel eatendi nequeat, illorum omninm tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore, et firmitate permansurie, hec vice dumtaxet barum serie in genere, et in specie ad effectum præmissorum specialiter, ct expresse motu, et scientie similibus derogemus, ac derogatum esse decernimus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quod præsentium trensumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis eadem prorsus ubique fides tam in judicio, quam extra illud adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, et edhiberi posset, si forent exhibitæ, vel ostensæ, quodque prædicti, antequem gratie creationis in notarios perfrui valeant, in manibus alicujus personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ professionem fidei juxta erticulos pridem a Sede prædicta propositos emittere, et solitum fidelitatie juramentum præstere omnino teneantur, et quilibet ipsorum teneatur. Cæterum volumus pariter, etque decernimus, ut, si cui ex supradictis cappellanis similes testandi de bonis, ac pensiones transferendi fecultstes ab aliquo Romano pontifice prædecessore Nostro, cui simile cappellani ministerium præstiterit, concessæ fuerint, præsentes literæ illi, quoad facultates testendi de bonis, et trensferendi pensiones hujusmodi minime suffragentur. Datum Romæ epud sanctum Petrum sub ennulo piscatoris die XXI. junii MDCCLXXV. pontificetus Nostri enno primo.

Derogationes superius relatæ intelligi debent appositæ in quovis rescripto, vel motu proprio relatæ, licet non expressæ.

Fides habenda transumptis.

XLVIII.

Confirmatur erectio confreternitatis B. M. V. de Monte Carmelo civitatis Mariannensis.

Dat. die 26. Junii 1775. Anno I.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

§. 1. Pietatis, et christianæ charitatis opere, quæ Salvator, et Dominus Noster Jesus Christus, cujus vices, licet immeriti, gerimus in terris, fidelibus suis instanter commendavit, ubique cum divini cultus incremento, et erga augustissimem coeli reginem beatam virginem Mariam veneratione, atque enimarum salute, exercere cupientes, spiritualibus gratiarum muneribus prosequimur, ut inde ferventius ipsi Deo inservire, atque immarcescibilem æternæ beatitudinis gloriem sibi valeant comparare.

Proœmium.

§. 2. Nuper siquidem nomine dilectorum filiorum civium, et incolarum civitatis Mariannensis, ejusque districtus expositum Nobis fuit, quod priscis temporibus hominum memoriam excedentibus eadem civitas spectebilismo, ec senctissimo nomine Mariæ de monte Carmelo nuncupabetur, postmodum vero cla. mem. Joannes V, dum vixit, Portugalliæ, et Algerbiorum rex fidelissimus nomen istud non ita pridem in aliud Mariæ Annæ commutavit, et jussit, eo civitetem ipsam Mariennensem nuncupandsm esse voluit.

Civitas Mariannensis antiquitus s. Mariæ de monte Carmelo nuncupabatur.

§. 3. Singulari itaque fervore devotionis accensi nonnulli ex prædictis civibus, et incolis, ec in unum jamdiu congregati de erectione confraternitatis tertii ordinis ejusdem beatissimæ, semperque virginis Mariæ de monte Carmelo cogitarunt, atque ed hunc effectum jam multis eb hinc quoque annis in ecclesia, sive cappella sancti Gundisalvi, prædictæ civitatis Mariannensis plura pietatis, ac devotionis opera erga beatam virginem Mariam ejusdem civitatis patronam exercuerunt, ec in dies exercent.

Et confraternitas sub eodem nomine plura devotionis opera exercere erga prædictam patronam virginem consuevit.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut cultus ipsius beatæ Mariæ virginis magis magisque eugeatur, dicti exponentes unam virorum, non tamen unius specialis, ec mulierum confraternitatem sub invocatione beatæ Mariæ de monte Carmelo tertii ordinis nuncupatam in memorata ecclesie, seu cappella sub invoca-

Ad majorem b. virginis cultum hujus confraternitatis, alteriusque existentis in loco Villa Ricca nuncupato erectioni confirmatio expostulatur.

tione sancti Gundisalvi de consensu venerabilis fratris episcopi Marianneusis erectam, seu erigendam, quam in oppido, seu loco de Villa Ricca nuncupato, et dissito stadiis circiter sex ab eadem Mariannensi civitate, alia similis confraternitas canonice erecta reperiatur, par Nos confirmari, et approbari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut erectioni, et institutioni prædictis apostolicæ firmitatis robur adjicere, ac alias in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio conceditur dummodo erectio fuerit canonice facta de episcopi consensu.

§. 5. Nos igitur, qui devotionem, ac piorum operum, ac divini cultus incrementum, nec non animarum salutem sinceris desideramus affectibus, ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, licet in prædicto oppido, seu loco de Villa Ricca similis confraternitas canonice jam erecta existat, ut præfertur, nihilominus erectionem, et institutionem unius confraternitatis sub invocatione beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo tertii ordinis nuncupatæ utriusque sexus non tamen unius specialis artis prædictas, quatenus canonice de licentia moderni episcopi Mariannensis prædicti factæ fuerint, vel faciendæ sint, auctoritate apostolica, tenore præsentium, approbamus, et confirmamus, illisque apostolicæ, et inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et sanamus, ac pariter nihilominus in prædicta ecclesia, seu cappella sancti Gundisalvi civitatis Mariannensis unam confraternitatem sub invocatione ejusdem beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, cujus confratres processionaliter incedere, divina officia decantare, sese congregare, et cætera, quæ per confratres aliarum confraternitatum fieri solent, facere libere, et licite valeant sine alicujus præjudicio, et dummodo ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo erigimus, et instituimus.

Confratribus licentia conceditur condendi

§. 6. Nec non confratribus dictæ confraternitatis sic erectæ, vel erigendæ pro tempore existentibus, ut quæcumque capitula, statuta, decreta, et ordinationes pro salubri eorum, et dictæ confraternitatis gubernio, et directione necessaria, et opportuna, licita tamen, et bonesta, a sacris canonibus, et concilii Tridentini decretis non contraria, ac per ordinarium loci examinanda, et approbanda facere, et edere, illaque pro tempore prout eis videbitur, et expediens fuerit, prævia tamen examinatione, et approbatione hujusmodi mutare, alterare, corrigere, et in melius reformare, ac insuper omnia, et singula legata relicta, res, et bona quomobolibet qualificata, mobilia, et immobilia per quoscumque Christifideles dictæ confraternitati data, et relicta recipere, illaque per ejus officiales, seu deputatos regere, et gubernare, ac administrare, et in ipsius confraternitatis, illius piorum operum usus convertere, ita tamen, ut de receptis, et administratis per eos ordinario loci juxta decreta concilii Tridentini rationem reddere teneantur libere, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

statuta, decreta, et ordinationes pro gubernio confraternitatis.

Concessio indulgentiarum tam pro confratribus jam descriptis, quam pro aliis in posterum describendis.

§. 7. Ac insuper, ut dicta confraternitas sic erecta seu erigenda majora in dies suscipiat incrementa de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui dictam confraternitatem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, plenariam, nec non tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta confraternitate confratribus, et consororibus vere poenitentibus, et confessis, qui in festo principali commemorationis ejusdem beatæ Mariæ virginis die XVI mensis julii, aut juxta ritum nonnullorum locorum die dominico immediate sequenti celebrari solito sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, ac pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint plenariam, eisdemque confratribus, et consororibus, qui in articulo mortis poenitentes, et confessi, ac sanctissima communione refecti, nomen Jesu, ore si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, plenariam. Insuper confratribus, et consororibus prædictis, qui poenitentes, et confessi, ac sacra communione refecti processioni in una dominica cu-

juslibet mensis per dictam confraternitatem, de ordinarii loci licentia faciendæ, devote interfuerint, et ibi, ut præfertur, oraverint, plenariam; ipsis quoque confratribus, et consororibus, qui ab esu carnium iis diebus, in quibus confratres dictæ confraternitatis ex illius instituto vesci non solent, abstinebunt, et tercentum dies, et qui qualibet die septies orationem Dominicam, et toties salutationem Angelicam ad honorem gaudiorum ejusdem virginis recitaverint, quadraginta dies, at qui ex confratribus ejusdem confraternitatis pœnitentes, et confessi semel in mense sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, et, ut præfertur, oraverint, quinque annos, et totidem quadraganas. Præterea qui poenitentes, et confessi in qualibet ex festivitatibus ejusdem beatæ Mariæ virginis sanctissimum Eucharistiæ sacramentum in ecclesia, vel cappella dictæ confraternitatis devote sumpserint, et, ut supra dictum est, oraverint, tres annos, et totidem quadragenas, nec non qui cum lumine, sanctissimum Eucharistiæ sacramentum, quando ad infirmos defertur, comitati fuerint, et pro iisdem infirmis pias ad Deum preces effuderint, quinque annos, et totidem quadragenas. Insuper qui corpora defunctorum quorumcumque ad sepulturam adsociaverint, et pro eorum animabus ad Deum oraverint, centum dies, et qui officium beatæ Mariæ virginis devote recitaverint, pariter centum dies; qui vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella, aut oratorio confraternitatis hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubivis faciendis interveneriut, aut pauperes hospitio susceperint, aut eis in eorum necessitatibus, vel periculo peccandi existentibus auxiliati fuerint, aut eleemosynas temporales, vel spirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis propriis, vel alienis composuerint, seu componi fecerint, aut devium aliquem ad vitam salutis reduxerint, aut ignorantes Dei præcepta, et ea, quæ ad salutem sunt, docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, aut charitatis opus exercuerint toties pro quolibet prædictorum piorum operum centum dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiæ consueta concedimus, et relaxamus, nmuesque supradictas indulgentias, peccatorum remissiones, at poenitentiarum relaxationes animabus Christifidelium, quæ ex hoc mundo migraverint per modum suffragii applicari posse pariter concedimus.

§. 8. Ac præterea, ut confratres, et consorores dictæ confraternitatis sic crectæ, qui processioni in una dominica cujuslibet mensis ab ipsis fieri solitæ commode interesse non potuerint, si vere pœnitentes, et confessi, ac sacra communione refecti cappellam prædictam confraternitatis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, eamdem plenariam omnium peccatorum indulgentiam, et remissionem illis, qui processioni huic intersunt concessam pariformiter consequantur, et similiter infirmi, captivi, et peregrinantes, qui cappellam hujusmodi dicta dominica visitare nequiverint, si officium parvum beatæ Mariæ virginis, aut quinquagies orationem Dominicam, et salutationem Angelicam recitaverint, et saltem contriti fuerint, cum proposito confitendi, et sacram communionem recipiendi quam primum potuerint, quod adimplere omnino teneantur, præfatam plenariam indulgentiam, et peccatorum remissiones atiam consequantur. Insuper ut festum principale commemorationis beatæ Mariæ virginis die XVI mensis julii, vel dominica immediate sequenti quotannis celebrari solitum, ob majorem devotionem, et commoditatem Christifidelium, quando eadem die occurret alia solemnitas in aliam dominicam ejusdem mensis transferri possit indulgemus. Extensio indulgentiarum favore confratrum, vel consororum interesse processionibus non valentium.

§. 9. Ad hæc facultatem rectori, sive cappellano, seu quomodocumque aliter nuncupato sacerdoti primario dictæ confraternitatis, ejusque successoribus benedicendi sacrum scapulare, et illud imponendi utriusque sexus Christifidelibus (quorum nomina describi debeant in libris confraternitatis hujusmodi) ipsisque in mortis articulo constitutis absolutionem, et indulgentiam plenariam impertiendi cum potestate substituendi quemcumque alterum sacerdotem sibi benevisum in casu, quo ipse legitimo impedimento detineatur tribuimus, et elargimur. Facultas rectori, seu cappellano conceditur benedicendi scapulare, et illud imponendi singulis christifidelibus.

§. 10. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Clausulæ salutares, ex derogatoriæ contrariorum.

§. 11. Volumus autem, ut si dicta confraternitas, alicui confraternita- Declaratur indulgentias non extendi ad alias

confraternitates in posterum aggregandas.

ti aggregata sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, aut etiam quomodolibet instituatur, priores, aut quævis aliæ literæ apostolicæ quoad indulgentias illi nullatenus suffragentur, sed ex tunc nullæ sint eo ipso. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta junii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

XLIX.

Dat. die 30 iunii 1775. Anno I.

Confirmantur quædam regulæ pro gubernio duorum conventuum ordinis Sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum provinciæ Italiæ in regno Sardiniæ existentium, et ab eadem dismembratorum.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Exponitur quomodo regulæ conditæ fuerint pro meliori gubernio conventuum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Ignatius Isleri frater, et sacerdos expresse professus ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum provinciæ Italiæ, quod in regno Sardiniæ duo reperiuntur conventus ordinis, et provinciæ hujusmodi; quia vero capitula provincialia semper extra dictum regnum haberi solent, hinc propter expensas, quæ in itineribus peragendis, omnino sunt necessariæ, eorumdem duorum conventuum fratres, qui juxta constitutiones ipsius ordinis apostolica auctoritate confirmatas ad capitula prædicta accedere tenentur, se ad illa conferre haud commode possunt, ita ut malo huic, atque incommodo nullum aliud magis efficax remedium adhiberi valeat, præter separationem, et divisionem a provincia prædicta duorum conventuum hujusmodi, quorum fratres sub directione unius vicarii generalis in posterum vivere debeant. Ad hunc itaque effectum, ac pro bono regimine, gubernio, et concordia eorumdem duorum conventuum nonnullæ regulæ in decem articulos distributæ desuper confectæ fuerunt, quorum articulorum tenor est qui sequitur nempe.

De electione, residentia, et jurisdictione vicarii generalis.

§. 2. = 1.° Il procuratore generale nominerà ogni triennio dal numero de' pp. graduati un vicario generale per quanto potrà di comune aggradimento, e lo confermerà con patente autentica; farà questi una sola visita nel triennio senza esiggere propina alcuna, e potrà per questa delegare altro religioso graduato; fisserà la residenza nel proprio convento di professione, avrà la giurisdizione ordinaria, e facoltà, che permettono le costituzioni ai pp. provinciali, e dopo il suo governo goderà qua' privilegi, che godono i pp. di provincia.

De alternativa inter religiosos duorum conventuum servanda.

§. 3. = 2.° Nella nomina de' vicarj generali vi sarà l'alternativa triennale fra i due conventi, sì perchè si mantenga sempre più una religiosa concordia, come anche perchè si conoscano giusta i diritti dell' equità i meriti de' zelanti religiosi.

De electione, et munere assistentium.

§. 4. = 3.° Il vicario generale ricevuta la patente nominerà in assistenti due padri graduati, cadauno de' respettivi conventi ad effetto di consultarli nelle occorrenze necessarie non solo; ma ancora per esaminare que' religiosi, che compito avranno il corso della lettura, e predicatura, e i candidati, che incontrata avranno presso gli assistenti l'approvazione negli esami, dovranno essere ammessi al grado per patente del p. generale.

De precedentia danda primo assistenti in casu mortis vicarii generalis nondum exacto triennio

§. 5. = 4.° Se il vicario generale pria di compire il triennio chiudesse i giorni di sua vita, spetterà presiedere al primo assistente col titolo di visitatore sino al termine del triennio, e ne darà pronta contezza al p. generale.

Quod vicarius generalis teneatur finem gubernii p. generali nunciare per quatuor menses ante.

§ 6. = 5.° Il vicario generale quattro mesi prima della scadenza dal triennale suo governo ne renderà cerziorato il p. generale, affinchè questi avendo campo di maturare la nomina del successore, e di spedirgli la patente possa far prendere il possesso del governo il sabato pria la quarta domenica dopo pasqua secondo le costituzioni, e farà altresì presente al p. generale il soggetto abile alla predetta carica.

De electione, et confirmatione superiorum localium.

§. 7. = 6° I superiori locali verranno eletti da' padri vocali de' respettivi conventi, e quindi confermati per patente del vicario generale; e qualora in un triduo non si deverrà alla predetta elezione, si devolverà questa al vicario generale; dato poi il caso di non avervisi in uno de' due conventi numero sufficiente di vocali per la canonica elezione, dovrà in simile emergente distendersi, e spedirsi dal vicario generale la patente di superiore a quel padre, che gli varrà proposto dalla comunità.

De Alexandri VII. constitutione servanda.

§. 8. = 7.° Nel rimanente dovrà il vicario generale regolarsi, ed attenersi al prescritto della regola, e costituzio-

ni di Alessandro pp. VII; come pure gli individui dei due conventi, mentre sono quelle stesse, che hanno professato.

De communicatione suffragiorum, et delatione habitus

§. 9. 8.° Proseguirà nelle respettive occorrenze una reciproca comunicazione fra i religiosi, che vivono sotto i dominj di s. m. Sarda, e perciò continueranno farsi i soliti reciprochi suffragj per i respettivi defonti, dovendo altresì i padri Sardi uniformarsi coi Piemontesi circa la delazione dell' abito. Dandosi dunque il caso di trasferirsi qualche religioso dalla Sardegna in Piemonte, dovrà partire munito di lettera obbedienzale del p. vicario generale, e viceversa se qualche religioso dovrà dal Piemonte esser trasferito in Sardegna, dovrà andarvi coll' obbedienza del commissario provinciale, e in difetto del suo superiore locale.

De suspensione facultatum vicarii tempore visitationis ministri generalis

§. 10. = 9.° Che le facoltà del vicario generale rimanghino sospese, allora quando il ministro generale dell' ordine faccia la visita.

De appellationibus ad unum ministrum generalem afferendis.

§. 11. = 10.° Che le appellazioni a jure sempre abbiano luogo presso del suddatto p. ministro generale, e che restino nalla sua forza a norma delle costituzioni dall' ordine.

Preces porrectæ pro confirmatione dictarum regularum.

§. 12. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dictus Ignatius, juxta præmissa eosdem dnos conventus a provincia Italiæ ordinis hujusmodi per Nos dividi, et separari, ac regulas, articulosque superius relatos, etiam in iis, quæ quoquomodo constitutionibus dicti ordinis contraris sint, approbari, et confirmari summopere cupiat, idque etiam carissimus in Christo filius Noster Victorius Amadeus Sardiniæ rex illustris plurimum desideret.

Confirmationis tenor.

§. 13. Nos ipsius Victori Amadei regis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, dictumque Ignatium a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Carafa nuncupati congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum præfecti, memoratos duos conventus provinciæ Italiæ ordinis sanctissimæ Trinitatis Redemptionis captivorum in regno Sardiniæ existentes, ut præfertur, ab eadem provincia Italiæ auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo dividimus, separamus, atque sejungimus, illosque in posterum juxta ragulas in præinsertis articulis contentas, et expressas gubernari, et regi debere auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et mandamus; ac propterea easdem regulas in dictis articulis comprehensas in iis etiam, quæ quoquomodo constitutionibus ipsius ordinis adversentur, auctoritate, et tenore similibus confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Præceptum de in perpetuum servandis literis.

§. 14. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effactus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, at ab eis respectiva inviolabiliter observari."

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 15. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, at consuatudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in spacie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effactum, hac vice dumtaxat specialiter, et expressa derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima junii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

L.

Dat. die 3 julii 1775. Anno I.

Statuitur, ut dos Cappelletti assignari debeat solis puellis ingredientibus monasterium monialium Boni Jesu civitatis Urbevetanæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor testamenti conditi a Mutio Cappelletti pro erectione monasterii.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ modernæ abbatissæ, et moniales monasterii Boni Jesus nuncupatæ civitatis Urbevetanæ, quod alias tunc in humanis agens quondam Mutius Cappelletti ex castro Allerona nuncupato dioecesis Urbevetanæ in ultimo, cum quode cessit, testamento mandavit, ut ex sua hæreditate a fundamentis excitandum, et construendum esset unum monasterium intra dictam civitatem pro tresdecim monialibus, quarum septem ortum haberent ab eadem civitate, aliæ vero sex a sua patria, seu dicto castro Allerona sub ordine, ac regula beatæ Mariæ virginis de monte Carmelo, sive sanctæ Claræ, quæ nulla soluta dote excipi, ac retineri deberent expensis suæ hæreditatis plenam executionem propriæ voluntatis committendo executoribus testamentariis ab ipso Mutio nominatis.

Paulus V. testamentariam dispositionem justis de causis commutavit jussitque collegii erectionem pro educandis adolescentibus, et dotem constituit favore puellæ bonæ famæ, et pauperis familiæ.

§. 2. Verum quia probe noverant dicti executores testamentarii, quod redditus ejusdem hæreditatis (solutis legatis, aliisque solvendis) satis minime erant pro constructione novi monasteril, et ecclesiæ cum manutentione tresdecim monialium, cappellani, confessarii, concionatoris, ac aliorum ministrorum, ac præterea animadvertentes, quod minime necessaria dignoscebatur nova erectio monasterii, quippe quia usque tunc in prædicta civitate alia sex monasteria jam existebant, prout nunc quoque repariuntur; qua de re cum dicti executores præmissa omnia felicis recordationis Paulo pp. V prædecessori Nostro exposuissent, idem Paulus prædecessor per suas in simili forma Brevis die xi julii MDCXIV expeditas literas commutavit dispositionem prædicti Mutii testatoris, atque jussit, ut loco ædificandi monasterium, erigendum esset collegium unum intra eamdem civitatem Urbevetanam pro adolescentibus educandis, ac scientiis bonisque moribus instruendis, inter quos tres esse deberent ex castro Allerona, manutenendi expensis hæreditatis ipsius Mutii testatoris, ac prætereа voluit, quod biennio quolibet cum redditibus ejusdem collegii assignanda esset quantitas scutorum quatuor centum pro dote unius puellæ bonī nominis, et famæ, ac filiæ alicujus pauperis civis prædictæ civitatis, ad hoc ut ipsa regularem habitum in uno ex monasteriis, aut sancti Bernardini, aut Boni Jesus civitatis Urbevetanæ hujusmodi suscipere posset, simulque declaravit, ut electio hujus puellæ pertinere deberet ad quinque nobiles præfatæ civitatis selectos a generali illius consilio sub nomine commissariorum collegii Cappelletti, quibus illius curam attribuit, ac alias prout in ipsius Pauli prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius contineri dicitur.

Pauli V. literas confirmavit Urbanus VIII. jubens ei dandam esse dotem, quæ habitum sumere in monasterio boni Jesu civitatis Urbevetanæ.

§. 3. Postmodum vero felicis memoriæ Urbanus pp. VIII prædecessor quoque Noster memoratas ipsius Pauli prædecessoris literas approbavit, et confirmavit, nec non voluit, et declaravit expresse, ut prædicta dos Cappelletti nuncupata conferenda esset quolibet biennio uni ex puellis pauperibus civibus ejusdem civitatis cum expressa obligatione in Domino nubendi, et regularem habitum suscipiendi in dicto monasterio Boni Jesus civitatis Urbevetanæ, ita exigentibus necessitate, atque egestate ejusdem monasterii, ac alias prout in memorati Urbani prædecessoris in simili forma Brevis die xxiii maii MDCXXV expeditis literis, quarum itidem tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius dicitur contineri.

Nulli puellæ dos tribui potest, quæ alio monasterio nomen dare voluerit.

§. 4. Et quamvis anno MDCLIII tunc in humanis agens Anna Edentoli puella Urbevetana supplices porrexisset preces congregationi tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum pro obtinenda facultate suscipiendi regularem habitum in alio monasterio sancti Ludovici, ac insimul assequendi dotem Cappelletti prædictam, nihilominus posteaquam dicta congregatio audiverat commissarios deputatos super hæreditate dicti Cappelletti, ac perpensis quoque prius verbis literarum dicti Urbani prædecessoris bo. me. Marius, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardi-

nalis Ginnettus nuncupatus die VI. martii ejusdem anni, uti præfectus ipsius congregationis sua epistola ad tunc existentem episcopum Urbevetanum conscripta, mandavit, ut neque prædicta Anna, neque alia puella ejusdem civitatis frui posset legato ipsius Cappelletti testatoris, nisi in casu, quo regularem statutum assumere vellet in dicto monasterio Boni Jesus, cujus favore cohibita fuit nominatio ab ipso Urbano prædecessore.

Nihilominus jura monasterii pro una tantum vice fraudata fuere.

§. 5. His tamen omnibus minime obstantibus, novissime, anno scilicet, MDCCLXXIII dilecta in Christo filia Artemisia Lazzarini puella Urbevetana, cum preces obtulisset felicis recordationis Clementi XIV prædecessori Nostro, ac postulasset, ut hujusmodi dotem consequi posset, etiamsi ipsa religioni nomen daret in alio monasterio sancti Pauli, ac remissis hujusmodi precibus arbitrio prudentiæ, et conscientiæ ordinarii, dicta Artemisia non auditis neque commissariis, neque monialibus monasterii Boni Jesus eamdem dotem Cappelletti obtinuerit.

Ne exemplum hujusmodi renovaretur in posterum, imploratur confirmatio literarum Pauli V. et Urbani VIII.

§. 6. Hinc dictæ exponentes, ut in posterum ea, quæ in memoratis literis Pauli V, et præsertim Urbani VIII prædecessorum Nostrorum præscripta fuerunt quoad eorum monasterium inviolabiliter observentur, ejusque jura sarta tecta permaneant, literasque prædictas per Nos confirmari, et approbari, ac ne in posterum absque consensu commissariorum deputatorum, et monialium dicti monasterii Boni Jesus dos hujusmodi puellis alia monasteria ingredientibus concedi valeat decerni, et declarari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis sibi opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Literæ hujusmodi confirmantur, et in perpetuum exequendas, et servandas esse decernitur.

§. 7. Nos igitur dictas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, earumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, memoratas literas tam ejusdem Pauli pp. V., quam etiam potissima ipsius Urbani VIII. prædecessorum Nostrorum, in quibus præscribitur, ut dos hujusmodi solis puellis monasterium Boni Jesus ingredientibus assignanda sit, et concedenda apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Et dos Cappelletti nulli puellæ concedi posse decernitur nisi de consensu monialium et commissariorum monasterii Boni Jesus.

§. 8. Ac præterea, ut in posterum dos prædicta Cappelletti nuncupata solis puellis, quæ regularem habitum assumere velint in aliis monasteriis, absque consensu commissariorum deputatorum, ac monialium dicti monasterii Boni Jesus concedi, et assignari minime possit, et valeat, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus, nec non præcipimus, et mandamus.

Clausulæ salutares

§. 9. Decernentes easdem præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 10. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit, dicti monasterii statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis; et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die tertia julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 4 julii 1775. Anno I.

LI.

Dismembratio monasterii monialium s. Claræ de la Guiche nuncupatarum Blesensis diœcesis a jurisdictione fratrum s. Francisci Conventualium, et ejus subjectio ordinario.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Injuncti Nobis per abundantiam divinæ gratiæ pastoralis officii solicitudo postulat, ut ad ea per quæ prospero monasteriorum devoti feminei sexus statui, quoad Nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Expositio precum super necessitate decernendæ dismembrationis.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Carolus Gilbertus episcopus Blesensis, quod extat in sua diœcesi Blesensi unum monasterium monialium sub titulo, seu invocatione sanctæ Claræ de la Guiche vulgo nuncupatarum viventium sub regula sancti Francisci, quod tam in spiritualibus, quam in temporalibus a fratribus ordinis minorum sancti Francisci Conventualium Cordigerorum nuncupatorum regitur, et gubernatur. Ad notitiam vero ipsius Karoli Gilberti episcopi delatum est, quod in eodem monasterio, attenta independentia a proprio loci ordinario, nonnullæ perturbationes, et inordinationes evenerunt, quæ constituunt prædictum monasterium in statu proximi illius decidui, tam propter indiligens regimen, quam ob malam administrationem redditunm, qui magno earumdem monialium præjudicio profunduntur. His itaque omnibus incommodis, ac damnis, licet dictus Karolus Gilbertus episcopus pro eximio pastorali suo zelo remedium adhibere, eisdemque monialibus tranquillitatem, ac quietem restituere enixe percupiat, id tamen executioni committere minime valet, propterea quia prædictæ moniales, ut præfertur, exemptæ sunt ab ordinaria sua jurisdictione, ac in omnibus, et per omnia eisdem fratribus subjectæ reperiuntur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, tam dilecta in Christo filia moderna illius abbatissa, quam major pars dilectarum itidem in Christo filiarum monialium dicti monasterii libenti animo sese subtraherentur ab jurisdictione eorumdem fratrum, ut proprio loci ordinario subjectæ inde forent, idem vero Karolus Gilbertus episcopus, ea tantum de causa, ut nempe monasterium hujusmodi recte in spiritualibus, ac temporalibus in suæ diœcesis utilitatem, gubernetur, et administretur, hoc ipsum plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor dismembrationis præcepta.

§. 3. Nos igitur ipsius Karoli Gilberti episcopi votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere, et easdem abbatissam, ac moniales specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictum monasterium monialium sanctæ Claræ de la Guiche nuncupatarum viventium sub regula sancti Francisci diœcesis Blesensis, cum omnibus, et singulis illius bonis, annexis, et connexis, ac pertinentiis universis ab omni prorsus cura, regimine, et administratione quorumlibet superiorum, et fratrum dicti ordinis minorum sancti Francisci Conventualium, seu Cordelieri nuncupatorum auctoritate apostolica, tenore præsentium auferimus, dismembramus, et separamus, ac dismembratum, et separatum esse, et fore decernimus, et declaramus.

Revocatio jurisdictionis superiorum, et fratrum ordinis Cordelieri nuncupati

§. 4. Atque omnibus, et singulis superioribus, et fratribus dicti ordinis quacumque auctoritate, et dignitate fungentibus, et functuris in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne quisquam eorum deinceps in cura, regimine, et administratione, sive spirituali, sive temporali monasterii prædicti, illiusque monialium, ac aliarum in eo degentium quomodolibet se se immiscere, neque ad monasterium, neque ad illius crates, neque per epistolia, et literas, sive directe, sive indirecte cum dictis monialibus, aliisque in eo commorantibus, minusque moniales, aliæque in dicto monasterio degentes prædictæ eum superioribus, et fratribus prædictis quovis colore, prætextu, causa, et ratione communicare sub indignationis Nostræ, aliisque Nostro, et Romani pontificis pro

tempore existentis arbitrio imponendis pœnis audeat, seu præsumat.

Subjectio monasterii jurisdictioni ordinarii Blesensis.

§. 5. Præterea monasterium prædictum sic a cura, et administratione fratrum dicti ordinis ablatum, dismembratum, et separatum, ejusdem Karoli Gilberti nunc, et pro tempore existentis episcopi Blesensis immediatæ curæ, regimini, gubernio, et administrationi una cum illius monialibus, aliisque personis in eo degentibus, ac omnibus, et singulis ad illud spectantibus, et pertinentibus auctoritate, et tenore prædictis subiicimus, at supponimus, atque subjectum, et suppositum esse, et fore volumus, et declaramus.

Clausulæ salutares et irritantes.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LII.

Dat. die 5. julii 1775. Anno I.

Confirmatio decretorum pro recto gubernio hospitalis Montis Asolæ Sabinen.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Pium sane, ac nimis laudabile hospitalium opus, in quo christiana charitas erga proximum, quam maxime amicat, atque coruscat, ex commisso Nobis divinitus pastoralis officii munere, ubique promovere, et fovere jugiter studemus: qua de re ea omnia, quæ provido, prudentique consilio in eorum conservationem, at incrementum decreta, disposita, atque statuta esse dignoscuntur, apostolicæ Nostræ auctoritatis munimine, dum id a Nobis petitur, libenti quidem animo roboramus.

Erectio hospitalis facta a Francisco Cimini.

§. 2. Nuper quidem Nobis exposuit venerabilis frater Noster Karolus episcopus Sabinensis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Rezzonicus nuncupatus, quod alias nempe MDCCXXII. tunc in humanis agens Franciscus Cimini erexit unum hospitale cum adnexo oratorio, in loco Montasola vulgo nuncupato Sabinensis diœcesis, optimasque præscripsit leges pro recto ejusdem hospitalis gubernio; administrationem vero pinguis suæ hæreditatis dicto hospitali relictæ commisit quatuor executoribus, quorum duo in alma urbe; duo autem in dicto loco at ipsius testatoris patria commorari deberent.

Plurima damna et præjudicia locus pius tulit ex mala administratione, quibus remedium præbuit Clemens XIII.

§. 3. Tot postmodum, ac tanta locus pius hujusmodi sustulit damna, ac præjudicia ex mala administratione, ut prædecessores episcopi Sabinenses, cum probe novissent minime posse ordinaria sua jurisdictione executores prædictos pro tempore existentes ad rectam administrandi methodum compellere, quippe quia propter eorum moram in dicta urbe, decretis editis in pastoralibus visitationibus parere abnuebant, hinc quo remedium aliquod tot malis adhiberetur, demum apostolica visitatio petita fuit, eamque fe-

licis recordationis Clemens pp. XIII. prædecessor Noster adhibito medio congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum venerabili fratri Nostro Joanni Francisco tunc episcopo Sabinensi, ac modo episcopo Ostiensi, et Veliternensi ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali, et sacri collegii decano ad triennium concessit, quæ sane visitatio postmodum tam anno MDCCLXIX., quam anno MDCCLXXII., ac demum die VIII. julii superioris anni MDCCLXXV. prorogata respective fuit.

Et cardinal visitator nonnulla quoque decreta edidit pro instauratione, et conservatione ejusdem loci pii.

§. 4. Ut igitur idem Karolus episcopus, et cardinalis, ac visitator tam petionibus incolarum dicti loci, quam eximio pastorali suo, quo pollet, zelo satisfaceret, nonnulla edidit decreta, quæ juxta prudens animi sui consilium ad ejusdem loci pii instaurationem, conservationem, et incrementum admodum conferre posse sibi visa fuerunt.

Tenor decretorum

§. 5. Horum itaque decretorum tenor est, qui sequitur videlicet.

De electione provisionariorum, et ministrorum hereditatis Cimini.

§. 6. I. I provisionarj tutti, e ministri della eredità Cimini, tanto ecclesiastici, che secolari in qualunque luogo esistenti dal primo sino all'ultimo, non compresi però gli esecutori, curiale, ed agente, siano passati dalla communità di Montasola ogni anno a nuovo scrutinio, come giusta la disposizione del testatore si pratica del medico, e chirurgo.

De electione officialium a communitate in publicis comitiis perficienda

§. 7. II. A questo effetto dovrà la comunità per publico consiglio, e coll'intervento degli esecutori venire alla elezione degli uffiziali, che dovrà farsi a voti segreti, cioè nominando prima il soggetto, che vorrà eleggersi a quel determinato impiego, e poi passando i voti in un'urna, e chi ne avrà la maggior parte, resterà eletto. Rimarrà poi escluso, chi almen non avrà un voto più della metà, ed allora si proporrà altro soggetto. In caso poi, che più soggetti concorressero al medesimo posto, purchè siano idonei, si tirerà a sorte quello, che dovrà esser passato a voti, e così si votino tanti, finchè uno resti incluso nella forme sopra espressa.

De notula electorum exhibenda episcopo Sabinensi

§. 8. III. Compiuta in tal guisa l'elezione dei provisionari, gli esecutori ne spediranno in un foglio sigillato della comunità, e dell'oratorio Cimini la nota coll'espresso nome, e cognome, ed impiego, a cui ciascuno sia stato destinato, all'agente di Roma, il quale dovrà presentarla per la conferma al cardinal vescovo di Sabina, e poi registrarlo nel libro da tenersi da esso delle provisioni.

De officio, et emolumento negociorum gestoris.

§. 9. IV. In luogo delli due esecutori di Roma, ai quali per lo passato incombeva il peso di amministrare i beni ivi esistenti, si prescrive, che in avvenire venga ogni cosa amministrata da un agente, e siccome dovrà supplire all'impiego di esattore, e computista in luogo di annui scudi dodici, secondo che prescriveva il testatore, gli si daranno in appresso scudi trenta annui. Volendosi pertanto derogare il meno, che sia possibile alla volontà del testatore, venne nominato per agente il signor avvocato Leopoldo Ficedola, a cui per legge scritta si apparterrebbe il diritto di essere uno degli esecutori di Roma. Ma siccome ricusò di obbedire ai decreti del cardinal visitatore, ed inoltre per mezzo di citazione pretese di legare le mani al cardinal vescovo di Sabina, perciò fù solennemente espulso, ed in sua vece fu eletto il signor Tommaso Remoli.

De duobus aliis executoribus nominandis.

§. 10. V. Le circostanze della terra di Montasola richiedendo l'esistenza di due altri esecutori, oltre quelli due, che vi pose in perpetuo il testatore, a questo effetto vengono nominati li signori Carlo Galletti, e Nicola De Cesaris coll'annuo onorario di scudi otto.

De omnium executorum auctoritate, et voto communitatis exquirendo in sumptibus extraordinariis.

§. 11. VI. Inoltre si prescrive, che tutti gli esecutori debbano avere la medesima autorità in comune, a nessuno in solidum, e quando vi fosse parità di voti, intervenga alla elezione, o altro atto necessario a farsi il capo priore. In caso poi, che si dovesse fare qualche ricorso contro la disposizione di quelli tre, che andassero uniti, o coll'assistenza del capo priore di quelli tre, o quattro, che fossero d'accordo, non si avrà in considerazione, se il ricorso non sarà passato dal publico consiglio. E volendosi fare spese straordinarie, che passino la somma di scudi venti, allora si procederà col consenso della comunità a voti segreti, ma non possa mandarsi ad effetto senza l'approvazione del cardinal vescovo pro tempore.

De redditione rationum ab negociorum gestore praestanda.

§. 12. VII. Gli esecutori dovranno rivedere i conti coll'agente ogni quattro mesi, e poichè uno degli esecutori dovrà assumere il peso non solo di scrivere i mandati, e le lettere,

ma anche di registrare quanto bisognerà per la ratta manutenzione della eredità Cimini, perciò si assagnano a questo effatto annui scudi sai per la carta ec.

De librurum, aliarumque scripturarum conservatione in archivio oratorii.

§. 13. VIII. Inoltre gli esecutori conserveranno nell'archivio dell'oratorio i libri, e le scritture tutte spettanti alla eredità col sigillo dal luogo pio, il quale dovrà esser diverso da quello del dottor Cimini quantunque parente del testatore. E di tala archivio ciascuno esecutore tarrà la chiave diversa, così che nessuno potrà aprirlo senza l'intervento comune. Saranno di più tenuti a render conto ogni sei mesi della loro amministrazione ai priori della comunità, e di quella dell'agente una volta l'anno, con questo però, che la comunità renda conto di tutto in ciascun anno al cardinal vescovo.

De subrogatione executorum sive per mortem, sive per remotionem aliorum jam electorum.

§. 14. IX. Trovandosi poi alcuno degli esecutori infedele nell'amministrazione, o mancante delle qualità richieste dal testatore la comunità dovrà rimuoverlo, ed eleggerne altro più idoneo, ma la remozione, e la nuova elezione non potrà avare il suo pieno effetto se non venga approvata, o confermata dal cardinal vescovo; e l'istesso si dispone in caso, che mancasse un'esecutore per causa di morte. Inoltre quando fosse eletto un esecutore, che non possedesse beni stabili, e libari, la comunità dovrà farsi dare idonea sicurtà, volandosi, che essa sia sempre responsabile, e mallevadrice di tutti i danni, onde gl'individui dovranno a ciò obbligarsi = *uti singuli* =.

De deponenda in s. monte Pietatis urbis pecunia colligenda ex bonis Romae positis.

§. 15. X. Possedendo l'eredità Cimini in Roma case, e molti luoghi di monta, si vuola, che il fruttato di datti capitali, e tutto altro da asiggersi dall'agente, debba depositarsi nel s. monte di Pietà di Roma a credito di detta eredità, ed a disposizione dagli esecutori, onde in qualunque occasione, non si possa asiggere qualunque benchè minima somma, se non col mandato, ossia ordine sottoscritto dagli esecutori, e munito del sigillo dall'oratorio Cimini, e con quello dalla comunità di Montasola.

Quod executor absens in numero executorum non recenseatur.

§. 16. XI. Che gli esecutori non risedendo in Montasola, o risedendo non si trovassero presenti in quei giorni, che dovessero esercitare qualche atto per ragione del loro impiego, e delle facoltà dategli non meno dalla bona mamoria di Francesco Cimini, che dalli nostri decrati non vi sia obbligo di alcuna interpellazione, e si trasfonda ogni diritto fra gli esecutori presenti, come sa l'assente non fosse compreso nel loro numero.

Quod nemini ex executoribus liceat quid quam domi suae retinere de bonis ad Ciminiam haereditatem pertinens.

§. 17. XII. Che a nessuno degli esecutori sia lecito ritenere qualunque cosa spattante alla eredità Cimini nella propria abitazione, o altrove, tanto di mobili, biancheria, quanto di altro ec. ma che tutto debba conservarsi nella guardarobba dell'ospedale, ad oratorio Cimini.

De expensis erogandis pro medicamentis, et arbitrio executorum relinquendis.

§. 18. XIII. Che gli annui scudi quindici assegnati nal tastamento allo speziale non riconoscendosi bastevoli per li medicinali, che occorrono nell'ospedale, si lascia il di più all'arbitrio degli esecutori a norma appunto di quello, che ordina il testatora al §. 25 del suo testamanto.

De electione et emolumento clericorum.

§. 19. XIV. Cha in luogo di un chiarico per servizio dell'oratorio colla provvisione di scudi annui trentasei, secondo che prescrive il testatore, si debbono eleggere due chierici con l'onorario di scudi otto annui per ciascuno, e se ne diano altri 16 oltre li 24 assegnati al chirurgo.

De habitatione medici, et chirurgi, et mercede custodis infirmorum.

§. 20. XV. Che essando nei tempi addietro stato solito di dare al medico la casa di tre stanze spettante alla eredità, ed al chirurgo l'altra stanza detta la Scuola Vecchia, si preserive, cha in avvanire si disponga della detta casa come par lo passato, e se ne faccia l'indicato uso in vantaggio del medico, e del chirurgo. Inoltre, cha l'infermiera, che ha l'obbligo di assistere la donna inferme, sia stipendiata ad anno, ed in luogo di paoli 15 al mese gli siano pagati annui scudi quindici.

De distributione dotium sc. 25 et praelatione puellarum.

§. 21. XVI. Che nelle doti di scudi venticinque vengano preferite le più anziane, e più capaci della dottrina christiana, purchè peraltro la zitella di minore età non abbia prossima l'occasione di onestamente maritarsi, e non sia più prossima al fondatore.

De non augendis vel minuendis stipendiis.

§. 22. XVII. Che non possano gli esecutori, nè la comunità, o chiunque ministro accrescare gli stipandj, o diminuirli; perciò si ordina, che siano regolati a norma del testamento del quondam Francesco Cimini, e con quelle variazioni, che si sono dette di sopra.

De procuratore ad lites cum annua mercede constituendo.

§. 23. XVIII. Che volendosi provvedere alle soverchia spesa, cha sono accadute in occasiona di lite, si stabilisca, che l'eredità tenga il curiale pagato ad anno con l'onorario di scudi 20, e sino da questo punto si no-

mina il signor Agostino Moretti, riserbandone l'ulteriore elezione in caso di mancanza al vescovo di Sabina, come pure quella dell'agonte.

De interpretatione decretorum in rebus dubiis.

§. 24. XIX. Finalmente si dichiara, che nascendo qualche dubbiezza nell' interpretazione dei decreti per nostro ordine in parte emanati nel mese di settembre dell' anno 1773, ed in parte nel mese di marzo dell'anno 1774, si debba osservare quanto nelli presenti si prescrive, che quantunque nella sostanza siano i medesimi, sono però in questi maggiormente individuate le cose, ed aggiuntene delle altre per maggior chiarezza.

Preces porrectæ pro confirmatione decretorum.

§. 25. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ut decreta hujusmodi firmius subsistant, et serventur exactius, idem Karolus cardinalis, et episcopus, ea per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderat.

Tenor confirmationis.

§. 26. Nos illius votis hujusmodi, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et ipsius Karoli cardinalis, et episcopi satis cæteroquin perspectam pietatem, ac pastoralem solicitudinem, et vigilantiam sane singularem plurimum laudantes, præinserta decreta, cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Præcipitur perpetua literarum observantia.

§. 27. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sotiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 28. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 29. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LIII.

Dat. die 7. julii 1775. Anno I.

Unio ecclesiarum Panormitanæ et Montis Regalis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolici suscepti regiminis cura Nos admonet, ut fratres, et episcopos Nostros provida solicitudine in eis demandati pastoralis muneris exercitio confovere curemus, ut et ipsi præsidium ab hac sancta Sede continuo percipiendo, et beato Petro, et Nobis devotiores studeant omni tempore permanere. Qua de re Deum majori, qua possumus vigilantia ecclesiarum omnium commodis, earumque utiliori regimini prospicimus, sic et singulis ecclesiarum pastoribus præsto esse non dubitamus, prout pensatis circumstantiis conspicimus in Domino salubriter expedire. Opportune igitur ex commisso Nobis apostolicæ servitutis officio circa pacificum ecclesiarum statum, et procul amoto quoad fieri potest controversiarum, et litium incommodo, ex visceribus charitatis intendimus ad ea per quæ ecclesiæ ipsæ sublatis dissentionum fomentis, in pace, et quietis mansuetudine fructus bonorum operum præferre valeant ampliores.

Vicissitudines quibus subjecit dioecesis Montis Regalis.

§. 2. Nostræ itaque mentis intuitum dirigentes ad satis cæteroquin celebrem diœcesim Montis Regalis probe novimus usque a sui primordio ea ibidem evenisse incommoda, damna, et præjudicia, quæ ex hujusmodi controversiis inter pastores plures exortis, in sibi concreditum populum pervenerunt, prout historica monumenta certum inde undique Nobis reddunt atque exploratum. Dudum siquidem claræ memoriæ Guillelmus II. Siciliæ rex religioso imperii sui exordio, locum istum Montis Regalis sic peramanter aspexit, ut non solum in eo conspicuum monasterium, novamque ecclesiam erexerit, sed et amplissimis redditibus ditaverit, et nec inde contentus spiritualibus etiam prærogativis, ac privilegiis insignem reddere omnino curaverit. Etenim postquam a felicis recordationis Alexandro pp. III. prædecessori Nostro monasterium hujusmodi Panormitanæ ecclesiæ licet maxime proximum, liberum, atque eximium ab ordinaria jurisdictio-

ne archiepiscopi Panormitani declarari obtinuerat, vehementer etiam atque etiam tum ab eodem Alexandro, tum a rec. memor. Lucio pp. III. prædecessore itidem Nostro petiit, efflagitavitque, ut non solum episcopali, sed etiam metropolitico jure ipsamet ecclesia Montis Regalis donaretur.

Ejus erectio in episcopatum facta a Lucio pontifice III. qui ibidem traostulit quoque religiosam familiam electam e monasterio Cavensi.

§. 3. Idem vero Lucius prædecessor Noster, ne e conspectu piissimi, et liberalissimi regis difficilis exsistere videretur, ac licet insolitum agnovisset, quod duæ metropoles etiam vicinæ consisterent, nihilominus per suas anno incarnationis Dominicæ MCLXXXII. nonis februarii sub plumbo expeditas literas primum archiepiscopum novæ metropolitanæ ecclesiæ Montis Regalis suis manibus consecratum, et pallii digoitate decoratum constituit, nec non religiosam monachorum familiam jam alias ex alio Cavensi monasterio translatam, ibi perpetuo statuit, prout in ejusdem literis, quarum tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Pro hac nova constituenda dioeces. multæ dismembrationes ex finitimis factæ sunt non sine maxima perturbatione ecclesiasticæ jurisdictionis.

§. 4. Pro nova autem constituenda diœcesi bujus nuperrimæ metropolis, quamquam ab ipso Guillelmo rege sumptuoso ære ditatæ opus tamen omnino fuit, ut alii episcopi tam ultra, quam oitra Pharum nimis gravem suorum jurium jacturam cum maxima perturbatione ecclesiasticæ jurisdictionis subirent, quippe quia et monasteria, et ecclesia, ac bona demum quæcumque huc illuc existentia novo huic archiepiscopo subjecta tunc fuerunt: ac præterea idem Lucius prædecessor Noster Cataniensem ecclesiam suffraganeam Montis Regalis in memoratis suis literis ad multam instantiam ipsiusGuillelmi regis declaravit. A Panormitana insuper ecclesia sejuncta fuit tota parochia una cum castello Corleonis, et ecclesia sancti Silvestri; a diœcesi Messanensi monasterium in loco Monachii nuncupato; ab altera Grigentina castellum Bartalarii, et casale Busacchini; nec non ab alia Mazariensi municipium Calatrassi respective separata, et novae Montis Regalis metropoli supposita fuerunt: demum et monasterium sancti Salvatoris da Mortello a Regitana, monasterium Carbonis nuncupatum ab Anglonensi; et ecclesia s. Mariæ de Maccia, a Bisinensi respective diœcesibus et redditibus obtinuit.

Hinc inter episcopos lites, et quæstiones plurimæ subortæ sunt maximo Christifidelium scandalo, ac detrimento.

§. 5. Vix tamen sic constituta nova Montis Regalis diœcesi ex tot distinctis, ac inter se dissitis locis, monasteriis, et ecclesiis, quæ difficillime sane ab uno pastore visitari, et gubernari poterant, initium habuerunt innumeræ quæstiones, et controversiæ intor novum Montis Regalis archiepiscopum, aliosque ordinarios super ecclesiastica jurisdictione, quarum nonnullæ cum evidenti quoque animarum Christifidelium perturbatione, atque periculo decisæ nomquam, et ideo acriores adhuc perseverant. Inter has autem quæstiones, et controversias eæ sane, quæ ad jurisdictionem loci, seu territorii pertinent aliqun saltem modo tollerari posse viderentur, quoties pro illis, quæ temporibus rec. mem. Innocentii III., et Clementis pp. V. prædecessorum Nostrorum exarserunt, tot exorta non fuissent scandala propter indeclinabilem quidem animorum dissensionem, quæ inter populos, sacerdotes æque atque inter episcopos inde semper obvenit.

Præsertim vero dissidia lugenda sunt quæ in dies renovantur super jure ministrandi confirmationis sacramentum, et sacros ordines.

§. 6. Id tamen quod præ cæteris omnibus peculiari animadversione dignum dubio procul videtur, et opportunæ providentiæ remedium efficax exposcit, illud sane est, quod iu dies solet accidere. Pro tempore enim existens Montis Regalis archiepiscopus eo sub præsidio, quod in ipsa civitate Panormitana una reperiatur ecclesia sub titulo, seu invocatione s.Cataldi, quæ ad ipsum pertinet, hinc cum ad illam identidem se transferre consueverit viriliter substinuit, atque contendit confirmationis sacramentum ibidem ministrare, sacrosque ordines conferre, spretis, posthabitisque perpetuis querelis Panormitanorum archiepiscoporum, qui sese his omnibus indesinenter opposuerunt.

Et super jure benedicendi populum Panormitanum.

§. 7. Eademque sane de causa cum sibi liberum omnino esse putet Montis Regalis archiepiscopus, prout sibi libuerit ad ecclesiam prædictam, eique adnexas domos accedere posse in publicis viis Panormitanæ civitatis jus sibi esse constanter asseruit e conspectu ipsiusmet archiepiscopi Panormitani benedictionem populo publice, et palam impertiendi, ac præterea, casu, quo sive ipse, sive ejus familiares aliqua infirmitate detenti reperiantur in domibus ecclesiæ prædictæ sancti Cataldi adnexis archiepiscopus Montis Regalis jubet, ut augustissimus Eucaristiæ sacramentum a sua civitate Montis Regalis transferatur.

Clemens XIV. jam omnia disposuerat, quæ ad mala hujus-

§. 8. Pro pastoralis igitur officii Nostri debito cum ab initio tanti suscepti oneris acceperimus jampridem,

modi removenda conferri poterant.

temporibus scilicet felicis recordationis Clementis pp. XIV, prædecessoris Nostri non solum præcognitum, verum etiam pene ac statutum fuisse modum, quo opportunum præmissis omnibus remedium adhiberetur, hinc Nos illi plene inhærentes, et demum tot perturbationibus, ac periculis eliminandis, ex quibus spirituale bonum animarum vel defecit, vel admodum minuitur, ac plura in earum damnum mala in dies possunt obvenire, auxilium a Domino invocantes, illud unum remedium exhiberi posse cognovimus, quod etiam pro sua eximia pietate, singulari religionis studio absque ullo sanctæ Sedis præjudicio suadet, et postulat charissimus in Christo filius Noster Ferdinandus utriusque Siciliæ, et Hierusalem rex illustris.

Quod executioni mandatur præceptis unione diœcesis montis Regalis, cum alia Panormitana.

§. 9. Quo circa rebus omnibus, earumque circumstantiis seria, ac matura consideratione pensatis, nil magis ad pacem inter pastores restituendam, et ad publicam Christifidelium tranquillitatem, eorumque spiritualem utilitatem expedire cognovimus, quam ejusdem metropolitanæ ecclesiæ Montis Regalis unionem cum altera metropolitana ecclesia Panormitana. Motu itaque proprio, atque ex certa scientia Nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, metropolitanam ecclesiam prædictam Montis Regalis per obitum bonæ memoriæ Francisci ultimi illius archiepiscopi de præsenti vacantem una cum dicta metropolitana ecclesia Panormitana, cum sequentibus legibus, et conditionibus æque principaliter unimus, ita ut in posterum ecclesia Panormitana, et Montis Regalis duæ metropolitanæ insimul unitæ sint, et esse debeant, ac in concistorialibus actis, et in literis apostolicis super promotione novi archiepiscopi ad prædictas ecclesias Panormitanam, et Montis Regalis, ut præfertur, principaliter unitas semper fieri debeat utriusque mentio, nec unquam ejusdem ecclesiæ Montis Regalis jam tot titulis insignis, suique munificentissimi fundatoris Guillelmi regis memoria excidat, atque deficiat, sed illa perpetuis futuris temporibus semper conservetur, ac undique firma permaneat.

Leges, et conditiones servandæ post unionem ecclesiarum hujusmodi.

§. 10. Has autem leges, ac conditiones deinceps servandas omnino esse volumus, ne ulla amplius aut inter ecclesiarum pastores, aut inter utriusque metropolitanæ ecclesiæ capitulos oriri unquam possit lis vel controversia, sed omnes quiete, ac tranquille viventes vineam Domini excolendo uni tantum animarum saluti operam dare procurent. Mandamus itaque, ut ecclesia Cataniensis, et Siracusana, quæ prædictæ metropolitanæ ecclesiæ Montis Regalis suffraganeæ huc usque fuerunt, in posterum Panormitanæ ecclesiæ, seu potius ecclesiis sic unitis subiectæ sint, et censeantur. Ad hæc statuimus quoque, ut in omnibus, et quibuscumque actibus respicientibus, sive solam ecclesiam Panormitanam nempe, et alteram Montis Regalis præferatur semper denominatio ecclesiæ Panormitanæ. In aliis vero actibus, qui ad solam tantum ecclesiam Montis Regalis pertineant, hujus denominatio alteri Panormitana debeat omnino præferri.

Præceptum de nominandis distinctis vicariis in utraque diœcesi.

§. 11. Præterea tempore vacationis sedis archiepiscopalis capitulum ecclesiæ Panormitanæ æque ac illud ecclesiæ Montis Regalis proprium vicarium capitularem respective indipendentem, servatis aliis de jure servandis, eligat.

Quæ ab alienis diœcesibus unita fuerant diœcesi Montis Regalis singulis prioribus restituenda esse decernitur

§. 12. Interim volumus, ut quidquid ab alienis diœcesibus sejunctum antiquitus fuit, et unitum diœcesi Montis Regalis, id totum eisdem ecclesiis, seu diœcesibus restituatur. Qua de re vicarius capitularis ecclesiæ Montis Regalis ejus vacatione, ut præfertur, eveniente, ecclesiasticam suam jurisdictionem exercere dumtaxat poterit in civitate prædicta Montis Regalis, in ejus suburbiis, ex quibus sequuta restitutione prædicta, sua diœcesis remanet costituta. Verum quia sequuta etiam hujusmodi restitutione, et unione ecclesiarum, et locorum, pro quibus dum ab eorum diœcesibus sejuncta, ec dismembrata fuerant, proprii respective episcopi, et ordinarii justam compensationem a piissimo fundatore prædicto sunt assecuti, fructus aliqui redditus, et proventus adhuc supersunt.

Nonnulli tamen redditus assignantur pro repellendis incursionibus hostium christiani nominis.

§. 13. Hinc est, quod considerantes Nos regni Siciliæ littora piratarum, turcarum, aliorumque christiani nominis hostium incursionibus præ cæteris omnibus expedita in dies reperiri; volentesque propterea non solum spirituali Christifidelium omnium tam in regno prædicto, quam in tota Italia existentium utilitati, sed etiam securitati prospicere, atque consulere, vestigia pariter sectantes plurimorum romanorum pontificum Nostrorum prædecessorum, qui ex redditibus ecclesiasticis ejusdem ecclesiæ

Montis Regalis plura suppeditarunt in eamdem causam auxilia, atque subsidia, ipsiusque Ferdinandi ragis votis quantum cum Domino possumus benigne annuera volentes per præsentes præcipimus, et mandamus, ut in posterum redditus, fructus, et proventus mensæ prædictæ ecclesiæ metropolitanæ Montis Regalis in conservationem, et incrementum classis navium bellicarum ejusdem Ferdinandi regis ad retundendos incursus hostium christiani nominis perpetuo convertantur, ut infra, et erogentur. Qua de re venerabili fratri nunc, et pro tempore existentibus Panormitanæ ecclesiæ, seu potius ecclesiarum sic unitarum archiepiscopis præcipimus, at jubemus, ut ex dictis fructibus, et proventibus reservata iisdem archiepiscopis in aucti sibi laboris congrua merceda annua quantitate a prædicto Ferdinando rege definienda, quæ scutatorum mille monetæ minor non sit, quod reliquum erit in causam conservationis, et incrementi classis prædictæ erogandum, et consertendum, personis ab eodem rege, et ejus successoribus deputatis, seu deputandis persolvi curent, et faciant, contradictores quoscumque etiam per ecclesiasticas censuras compellendo. Volumus autem, quod redditus, et fructus hujusmodi in hunc tantum, et non in alios usus convertantur.

Reservatur arbitrium in posterum convertendi fructus hujusmodi etiam in alios usus.

§. 14. Quód si quandocumque futuris temporibus, alia magis etiam urgens, ac pia superveniat occasio, eosdem fructus, ac redditus in diversos usus convertendi, ac sive in toto, sive in parta illos erogandi, id Nobis, Nostrisque successoribus inconsultis fieri nnnino nequeant, sed opportune expositis omnibus iis, quæ tractu temporis mutationem aliquam, seu diminutionem possint suadere quid tunc in Domino statuendum arit apostolica auctoritate præscribatur.

Omne juris remedium tollitur ne literæ convellantur.

§. 15. Decernentes easdem præsentes literas atiam ex eo, quod in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibat prætendentes non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, nec causæ propter quas easdem præsentes emanarint sufficienter adductæ, justificatæ, et verificatæ fuerint nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut alio vitio quantumvis magno, at inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci posse, sed semper perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Cuilibet judici aliter decernendi tollitur potestas.

§. 16. Sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac SanctæRomanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et dsfiniri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Per derogationem quoque omnium in contrarium facientium

§. 17. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de exprimendo vero annuo valora in unionibus, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, at aliis decretis in genera, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die septima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 20. julii 1775. Anno I.

LIV.

Confirmatio erectionis conservatorii s. Leopardi civitatis Auximanæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Ad apostolicæ dignitatis apicem, nullo licet Nostrorum suffragio meritorum per ineffabilem divinæ bonitatis abundantiam evecti, institutiones, et fundationes piorum locorum devoti feminei sexus, ad divini cultus, bonorumque operum incrementum provide factas libenter, cum id a Nobis petitur, apostolico robore communimus, sicuti pia Christifidelium vota postulant, et Nos omnibus mature consideratis trutina perpensis, conspicimus in Domino salubriter expedire.

Expositio precum.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Lucas Fanciulli presbyter, et canonicus cathedralis ecclesiæ Auximanæ, nec non comes Hieronymus Florentius nobilis itidem Auximanus, quod alias, die nempe vicesima quarta julii MDCCLXXIV. bo. me. Pompejus Compagnoni, dum vixit, episcopus Auximanus et Cingulanus canonice erexit in prædicta civitate Auximana unum conservatorium sub titulo, seu invocatione santi Leopardi, eique nonnulla etiam propria sua bona assignavit, ad hoc ut ibidem pie, sancteque educari, ac retineri possent pauperes puellæ pupillæ, et adolescentulæ miserabilas usque ad certam præscriptam ætatem, atque ad effectum constituit nonnullas regulas in eodem conserratorio observandas, et exequendas. Præterea dictus Pompejus episcopus in erectione hujusmodi declaravit, et nominavit eosdem exponentes in deputatos pro conservatorii prædicti regimine, illorum vita naturali durante, ac alias prout in decreto prædictæ erectionis ab ipso Pompejo episcopo subscripto, cujus tenor est, qui sequitur nempe.

Pompejus Compagnonus Dei, et apostolicæ Sedis gratia episcopus Auximanus, et Cingulanus SSmi D. N. Pii Pp. VI. prælatus domesticus, ac solio pontificio assistens.

Tenor decreti lati ab episcopo Auximano, et Cingulano.

§. 3. Sempiternus Dei filius, qui non divitem, aut locupletem feminam sibi matrem elegit, id inter cætera discipulos suos docuit, ut pauperum feminarum curæ studio maximo ipsi providerent. Hinc apostolorum exemplo in meserabiles, orphanasve puellas effudit se semper, ut charitas episcoporum, in id ipsi ad laborarunt semper, ut gravioribus feminis, vel orbatæ parentibus, vel miseriis pressæ commendarentur adolescentulæ illæ, quæ sæcularibus nedum se implicamentis innexuere, ac primigeniam nec dum macularunt corporis, et animæ innocentiam. Harum itaque salus æterna miserabilium puellarum, unus Noster scopus fuit semper, unum decus, et votum; proptereaque jam inde ab apostolici muneris Nostri exordio in hanc solicitudinem, juxta virium imbecillitatem, excubare conati sumus, ut has pestilente sæculi contagio nondum afflatas devoveremus Deo virginitatis, et innocentiæ hostias.

Erectio orphanotrophii

§. 4. Quare mediis omnibus, quæ ad hunc finem necessaria sunt, comparatis, in nomine cœlestis Domini, qui orphanorum pater, et miserabilium protector dici amat, adhibito sapientum virorum consilio ad majorem Dei gloriam in hac civitate Auximi, et in ædibus q. Hiacynthi Carosi intra limitas parochiæ sancti Gregorii propa monasterium monialium ordinis sancti Francisci, vulgo Cappuccinarum, ab Oriente, domum nobilium dd. Pranzoni Guzzolini a Meridie, viam publicam a Septentrione salvis aliis etc., et in membris ædificiis recanter constructis, ac respevtive acquisitis, annexis, et connexis prædictæ domui orphanotrophium, sive conservatorium a nobis hinc ab anno 1751 determinatum maximam partem nostro ære proprio nunc perpetuo erigimus, et instituimus ad pauperum, orphanarumve puellarum nutrimentum, et educationem hujus civitatis; ac diœcesis Auximanæ sub titulo sancti Leopardi primi ejusdem civitatis episcopi, sub regula, institutove usque nunc observato, et jam a nobis subscripto, cujus auctographum in eodem conservatorio asservatur, relicta nobis, nostrisque pro tempore episcopis successoribus facultate, perpetuis futuris temporibus earumdem puellarum numerum augendi, vel diminuendi.

Præfinitur quid præstare debeant puellæ domum ingressæ, et dos conservatorii ex pluribus

§. 5. Quæ quidem puellæ hanc domum ingressæ debeant non tantum Deo famulari, et æternitati beatæ studere, verum etiam addiscere artes, manuumque labores, quæ sexui suo

bonis constituitur.

liebri apprime conveniunt. Interim pro ipsus orphanotrophii, seu conservatorii sic erecti, et instituti dote, nec non pro magistrarum, et puellarum alimentis (quarum numerum in præsentiarum octodecim in prædicta domo existentium declaramus, et cofirmamus) bona infrascripta assignamus, et appropriamus, ita ut liceat magistris, et puellis pro tempore existentibus per se, vel per alium, sive alios ejusdem conservatorii nomine, propria auctoritate possessionem corporalem dictorum bonorum, eorumque fructuum, redditnum, et proventuum libere apprehendere, et retinere eosdem fructus, ac redditus in usum dicti conservatorii, atque utilitatem convertere, cujusvis licentia minime requisita; mandantes bona titulo dotis, ut supra assignata, utpote primæ erectionis ab omnibus collectis, et datiis cameralibus, et communitativis immunia sint, modo, et forma, qua de jure, et facto alia bona ecclesiastica, et locorum piorum primæ erectionis gaudent, et potiuntur, ea tamen lege, ut per idem conservatorium adimpleantur onera prædictæ domni habitationis annexa, nec non infrascripto prædio nuncupato *del Mazzo*, videlicet celebrare faciendi missam singulis anni diebus, peragendi duo officia generalia in ecclesia pp. Cappucciuorum per sacerdotes ejusdem cœnobii; aliud officium generale in ecclesia parochiali beatissimæ virginis Misericordiarum, recurrente sanctæ Mariæ ad Nives annua festivitate, pro anima, et juxta piam voluntatem prælati Hiacynti Carosi; aliud pariter officium quinque missarum in ecclesia minorum Conventualium sancti Francisci pro anima Modestæ Stella ejus die anniversario relict. in supremis tabulis a dicto Hiacyntho Carosio, prout constat ex instrumento die 30. septembris 1757 ex rogitu dom. Sanctis Amodei, et ex tabella existente in oratorio ejusdem conservatorii, quam affixam retineri quolibet tempore mandamus.

De missa quovis die celebranda.

§. 6. Præterea onus adimpleatur celebrare faciendi missam singulis diebus perpetuis temporibus pro anima piæ benefactricis bo. me. marchionissæ Mariæ Catharinæ Lancetti Abbati, aliamque missam solemnem die mortis ejus anniversaria, nempe sexta die julii juxta formam testamenti ipsius marchionissæ die 17. septembris 1772. rogato d. Joanne Antonio Fica notario in alma urbe, nec non satisfaciendi legatis annuis ab eadem dom. marchionissa Maria Catharina in prædicto testamento relictis, videlicet retinendi gratis in dicto conservatorio adolescentulam Annam Sammerco Romanam, eique tribuendi etiam indumenta juxta modum a memorata testatrice præscriptum, cui testamento habebitur relatio, nec non solvendi domino Francisco Lancetti dictæ testatricis fratri scuta annua triginta sex, ad ejus vitam tantum, et non alias etc.

De dote puellarum tam spiritualis, quam temporali.

§. 7. Insuper quod spectat puellas in eodem conservatorio commorantes, et futuris temporibus commoraturas, volumus, decernimus, et ordinamus solvenda fore titulo dotis scuta centum, una cum indumentis, aliisque rebus pro usu muliebri necessariis, definiendis, ut infra cuilibet puellæ dicti conservatorii, quæ darc nomen decreverit intra claustra ordini religioso, scuta vero quinquaginta una cum mundo muliebri arbitrario singulis puellis nuptui tradendis, idque cum nostra, nostrorumque pro tempore successorum approbatione, et consensu, ita tamen, ut prædicta scuta quinquaginta investiantur cum consensu sponsorum, ac loci pii, ad quem dos ipsa integra, et absque ulla diminutione revertatur decedentibus illis, vel decedente uxore absque filiis, etiam ante viri obitum, cujus erit lucrum dotale, dum vixerit, ad sui substentationem percipere.

Denique cum ad puellarum educationem, et disciplinam curandam instituta a nobis fuerit hac in civitate Auximi schola pia, ædificata ad hunc effectum convenienti domo cum omnibus annexis, et connexis, e regione monasterii monialium ordinis sancti Francisci, vulgo Cappuccinarum, eademque schola provisa fuerit duabus industribus feminis, quibus magistrarum nomen est e cœtu sororum pauperum sanctæ Catharinæ Senensis cum annuo censu eisdem per nos soluto, hinc volumus, et ordinamus in casu, quod nostri pro tempore successores solvere renuerint eumdem censum, vel ratam habere renuerint præstationem ejusdem, tunc idem onus continuandi scholam piam in præfata domo (quam pleno jure eidem conservatorio cum omnibus annexis, et connexis nunc pro tunc adsignamus) adimplendum fore per duas magistras habiles, et idoneas ex ipso conservatorio eligendas, ita ut hocce onus intelligatur, veluti ex contractu a fun-

datore, vel benefactore impositum eidem loco pio, quod quidem durabit perpetuis temporibus, sive toties, quoties necessitas dictam scholam faciendi adarit, et permanebit, et non alias etc.

De puellis supranumerariis.

§. 8. Præter vero numerum statutum puellarum annuis redditibus loci pii modo respondentem, ac semper, et quandocumque pro redditum ratione augendum, duo loca in eodem conservatorio pro duabus pauperibus puellis supranumerariis hujus civitatis Auximi, ex honestis genitoribus procreatis, bona indole, morumque suavitate præditis, et non alias etc. addimus, et incorporamus cum præfatis locis numerariis; imo erectioni nostræ hoc additamentum adglutinamus, et annectimus. Qua de re dotem scutorum mille, et biscentum jam ære nostro assignatam, dominæ Septimiæ Salvi, uti dicti loci pii superiorissæ mense maii 1772 ex rogitu Sanctis Amodei, solutam (cujus instrumento habebitur ralatio), et respective erogatam in investimentum census in simili sorte scutorum 1200. a dd. equite Petro Paulo, aliisque fratribus Compagnonis, et in annuo fructu scutorum quadraginta duorum, ad rationem scutorum trium cum dimidio pro quolibet centenario sub die 20 maii 1772 per acta d. Petri Nisi notarii Maceratensis imposit. ad quæ etc. auctoritate ordinaria, et omni meliori modo confirmamus, quarum duarum puellarum nominatio, et libera electio pleno jure ad d. comitissam Mariam Catharinam Guarnieri nostram sororem, qualibet in vacatione spectabit. Post illius vero obitum ad sororam Clementinam Eleonoram libera electio unius puellæ, et ad sororem Mariam Theresiam Guarnieri (ambas germanas, ac filias respective dictæ dominæ comitissæ moniales in monasterio sancti Nicolai hujus civitatis) electio alterius pertinebit cum jure accrescendi inter easdem sorores moniales in casu mortis unius ex ipsis, quandocumque, et præmoriente altera ex iisdem, tunc monialis superstas ambas alectiones habebit, quibus decedentibus, prædictam liberam electionem duarum puellarum primogenito masculo dictæ familiæ Guarnieriæ e linea masculina effectiva primogenito, qua deficiente primogenito masculo ax linea feminina ejusdem familiæ Guarnieriæ perpetuis futuris temporibus assignamus, sive assignationem alias factam confirmamus. Qua de re mandamus, ut dictæ puellæ, uti incorporatæ cum aliis numerariis participes sint omnium, et singulorum jurium, ac dotis, aliarumque prærogativarum modo, et forma, qua aliis competunt, et competere potarunt.

De deputatione superintendentium.

§. 9. Pro bono autem regimine tam spirituali, quam temporali supradicti conservatorii canonice, et ut supra erecti, duos deputatos superintendentes, unum ex cœtu ecclesiastico, alterum ex cœtu sæculari a nobis nostrisque pro tempore episcopis tantum successoribus, perpetuis, futurisque temporibus eligi mandamus, cum facultatibus interessendi, eorum consilia proponendi in electionibus puellarum numerariarum, resolvendi quantitatem acconcii dotalis necessarii pro illarum vinculo spirituali, vel carnali, convenienti arbitrio juxta statum, et qualitatem personæ, et juxta peculiares facti circumstantias statum œconomicum dirigendi, approbandi etc. consensum, præsentiam, et auctoritatem tam conjunctim, quam sejunctim in quolibet contractu scripturam requirente interponendi (salva samper nostra, nostrorumque pro tempore successorum auctoritate, at confirmatione) aliaque peragendi, quæ proficua, ac utilia eidem loco pio quocumque modo dicti domini superintendentes judicabunt; ita ut superiorissa pro tempora a nobis, et ab iisdem dependeat, et pro hac prima vice cum supradictis amplis facultatibus, reverendissimum dominum Lucam canonicum Fanciullium nostrum p. vicarium generalem, et nobilem dominum comitem Hieronymum Florentium, in quorum singulari pietate, at experientia valde confidimus, eligimus, duratura per totum vitæ eorum curriculum electione, et quoad successores eorumdem ad nostrum, nostrorumque episcoporum tantum beneplacitum.

Subjectio conservatorii immediatæ jurisdictioni ordinarii.

§. 10. Denique orphanotrophium hoc, sive conservatorium canonice arectum, nostræ nostrorumque pro tempore successorum jurisdictioni, et immediatæ auctoritati subiicimus absque ulla hujusca fundationis derogatione, ita ut abolitio, vel derogatio, si quando cogitetur, etiam auctoritate apostolica, nunc pro tunc omnia, et singula bona titulo dotis assignata, ac proprio æra nostro acquisita, monasterio batæ Mariæ virginis visitationis in terra Offanoæ arecto sub ragula sancti Francisci Salesii, applicamus,

et assignamus, reservato interim nobis, nostrisque successoribus jus et arbitrium eligendi, et recipiendi puellas, ac magistras, easque justis de causis expellendi, cum pactis, et declarationibus modo, et forma, quæ magis placuerit, et ita singula singulis referendo erigimus, instituimus, et bona infrascripta pro dote ejusdem loci pii assignamus modo, et forma inferius exprimenda.

Bona dotalia primæ erectionis sunt infrascripta videlicet.

Descriptio bonorum primæ erectionis orphanotrophii.

§. 10. 1. Ædificium habitationis dicti conservatorii cum omnibus, et singulis officinis constructis, et exædificatis positum intus hanc civitatem compositum ex domo quondam Hiacynthi Carosi, ex rescripto pontificio die 9 januarii 1754 titulo oneroso obtenti, et ex domunculis emptis a nobili d. Flavio Pranzoni die 17 martii 1767 ex rogitu domini Petri Antonii Stacchiotti; pariter ex ara domus dirutæ, spectantis ad nobilem d. capitaneum Dominicum Blasium, et a conservatorio die 1 octobris 1767 acquisitæ per acta dicti notarii, ex alia domo cum parvo horto spectante ad fratres de Santarellis in contrada vulgo Cappuccinarum die 6. aprilis acquisita 1772 ex rogitu d. Sanctis Amodei, descript. ut supra, et respective in dictis instrumentis, ad quæ etc.

2 Item alia domus cum horto annexo empta a domino Alexandro Bertollio die 27 septembris 1759 ex rogitu domini Sanctis Amodei, contigua prædictæ habitationi, imo permutata cum duabus domibus intus hanc civitatem, una sub paræcia, et in contrata sancti Marci prope vias publicas, ex parte ante, et ab uno latere, et retro bona Josephi Gonnella; similiter alia domus sub eadem paræcia in contrata pp. Cappuccinorum prope bona Domini Josephi Evangelistæ ab una parte, magistri Francisci Sacconi ab altera, viam publicam ante, salvis aliis, cum declaratione tamen, quod attenta litis pendentia cum venerabili confraternitate sancti Rochi, dd. De Bertollis reintegrentur ad ditam domum, tunc, et eo casu loco illius habeantur inter bona primæ erectionis, prædictæ duæ domus ut supra permutatæ, et ita nunc pro tunc etc. et omni etc. nec non alia domus empta a venerabili confraternitate Mortis hujus civitatis.

3 Unum prædium cum domo rurali situm in hoc territorio, in contrata *del Mazzo* prope bona d. Andreæ Bonfilii, D. Antonii Patrignani, viam, et foveum salvis aliis etc.

4 Aliud prædium cum domo rurali in contrata *Fellonica* prope viam publicam, bona domini Joannis Baptistæ Sinibaldi, et nob. d. comitis Antonii Gallo salvis etc.

5 Duæ vineæ in dicta contrata *del Mazzo* dicto prædio proximæ prope notissima latera, una a Michaele Camoranese, et alia a Petro Maria Verolo, uti colonis retentæ.

6 Aliud prædium in dicta contrata *del Mazzo* de tempore emptionis sylvatum, postea vero ad culturam reductum cum ædificatione domus ruralis, et plantatione vitium, subhastatum anno 1756 a creditoribus Pranzoni, prope bona ven. societatis sanctorum Benvenuti, et Rochi, nobilis domini Andreæ Bonfilii salvis aliis etc. acquisitum per instrumenta 24 novembris 1756 et 1 martii 1757 ex rogitu domini Sanctis Amodei.

7 Aliud prædium in contrata s. Joannis arativum, olivatum etc. emptum a fideicommisso Antonii Nelli Maceratensis cum chirographo pontificio vigore instrumenti die 22 octobris 1757 rogat. d. d. Amodei cum ratificatione die 1 januarii 1758 facta, prope viam publicam a capite, bona nobilis comitis Antonii Gallo ab uno, d. Antonii Nelli ab alio, et a pede salvis aliis etc.

8 Aliud prædium in contrata Paradisi, emptum ab hæreditate Corradini die 2 aprilis 1765 prope viam publicam a capite, et in parte bona domini Antonii Patrignani in alia, et a pede etc.

9 Petium terræ in contrata sancti Joannis arativum, et olivatum prope viam a tribus lateribus, et ab alio bona nobilis d. ab Aqua, a dicta hæreditate Corradini emptum die 1 aprilis 1756 per acta d. Sanctis Amodei.

10 Aliud prædium in dicta contrata sancti Joannis emptum a prædicto d. Antonio Nellio Maceratensi prope viam publicam, bona nobilis domini comitis Antonii Gallo, dicti conservatorii, aliisque etc. in instrumentis 3 septembris 1764, et 2 octobris 1765 per acta dicti notarii.

11 Census in sorte scutorum mille a dominis Paulo, et Philippo Benigni de Appineano in annuo fructu scutorum 32 impositus.

12 Census in sorte sc. 1500 in annuo fructu sc. 45 impositus die 14 aprilis 1762 a rr. monialibus Sancti Spiritus Cinguli.

13 Medietas census in sorte sc. 75. ab insigni collegiata Montisfani.

14 Item bona hæreditaria bo. me. marchionissæ Catharinæ viduæ Lancetti Abbati Romanæ ad idem conservatorium uti hæredem pertinentia, nempe diversa loca montium 92: 07 annui fructus pro bimestri scut. 46 $3\frac{1}{2}$ = Item cambium sc. 800 et aliud residuale sc. 150. cum domino Antonio Baudri = Census in sorte sc. 400 debitus a dominis Petro, et Theresia Missoli = cambium sc. 1300 debitum ab illmo, et rmo d. Vincentini.

15 Census in sorte sc. 3325. impositus a nob. domino comite Francisco Nobili Leopardi, et census in sorte sc. 1200 a nobili d. equite Petro Paulo, et fratribus de Compagnonis.

16 Tandem eodem titulo nunc pro tunc assignamus dimidietatem nostræ hæreditatis juxta formam nostri testamenti, ad quod etc.

Declaratio specialis.

§. 11 Cum declaratione, quod investimenta ex dicta dimidietate hæreditaria, et ex dictis censibus, et cambiis, in tot bonis fructiferis stabilibus, vel censibus nunc pro tunc etc. inter bona primæ erectionis uti subrogata recenseantur, dictaque investimenta fieri debeant cum licentia ordinarii, et cum idonea fidejussione respectu censuum a nostris dominis executoribus testamentariis, ex nostris bonis hæreditariis provenientium, approbanda, et ita erigimus, instituimus, et bona respective assignamus non solum isto, sed et omni etc. Datum Auximi ex palatio episcopali hac die 24 julii 1774.

Pompejus episcopus Auximanus
et Cingulanus

Confirmatur erectio pontificia auctoritate.

§. 12. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes fundationem, et erectionem hujusmodi conservatorii per Nos confirmari, at approbari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, at interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati præinsertam fundationem, seu erectionem supradicti conservatorii in dicta civitate Auximana sub invocatione sancti Leopardi factam, ut præfertur, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, at approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 13 Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab illis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 14 Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 12. julii 1775. Anno I.

LV.

Monasterium monialium sanctæ Catharinæ Senensis civitatis Parpiniani Elnensis diœcesis ordinis sancti Dominici dismembratur a regimine fratrum ejusdem ordinis, et subiicitur ordinariæ jurisdictioni episcopi ejusdem diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1 Commissi Nobis divinitus pastoralis officii solicitudo postulat, atqua exigit, ut ad ea, per quæ prospero monasteriorum devoti feminei sexus statui quoad Nobis integrum est, opportune consulitur, ejusdem officii partes sedulo intendamus, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Capitulariter congregatæ moniales a gubernio, et directione fratrum ordinis Prædicatorum discedere postularunt.

§. 2 Exponi siquidem Nobis nuper fecit venerabilis frater Karolus Franciscus Alexander episcopus Elnensis, quod alias die nempe octava mensis maii currentis anni MDCCLXXV. dilectæ in Christo filiæ moniales monasterii sub titulo, seu invocatione sanctæ Catharinæ Senensis ordinis Prædicatorum sancti Dominici oppidi civitatis nuncupatæ Perpiniani Elnensis diœcesis, quæ usque tunc sub directione, et gubernio fratrum dicti ordinis Prædicatorum extiterant, capitulariter congregatæ, cum res id majori earum parti postulare videretur, expresse declararunt, se in posterum ordinariæ jurisdictioni episcopi prædicti libenti animo velle esse subjectas,

Episcopus monialium preces justas declarat

§. 3 Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ipse Karolus Franciscus Alexander episcopus earumdem monialium menti, ac intentioni obsecundare, ideoque panditam ab illis voluntatem in posterum vivendi sub ordinaria episcopi jurisdictione per Nos approbari, et confirmari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignite apostolica digoaremur.

Et preces porrectas pontifex excipit præcepta dismembratione monasterii e cura superiorum ordinis Prædicatorum.

§. 4 Nos igitur ipsius Karoli Francisci Alexandri episcopi votis, quantum cum Domino possumus benigne annuere, et easdem abbatissam, ac moniales specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, illarumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac declarationi per ipsas moniales, ut præfertur, factæ inhærentes, prædictum monasterium sanctæ Catharinæ Senensis monialium ordinis sancti Dominici civitatis Perpiniani Elnensis diœcesis, cum omnibus, et singulis illius bonis, annexis, et connexis, ac pertinentiis universis ab omni prorsus cura, regimine, et administratione quorumlibet superiorum, et fratrum dicti ordinis Prædicatorum auctoritate apostolica, tenore præsentium auferimus, et dismembramus, ac seperamus, nec non dismebratum, ac separatum esse, et fore decernimus, et declaramus, atque omnibus, et singulis superioribus, et fratribus dicti ordinis quacumque auctoritate, et dignitate fungentibus, et functuris in virtute sanctæ obedientiæ prohibemus, ne quisquam eorum deinceps in cura, regimine, et administratione sive spirituali, sive temporali monasterii prædicti, illiusque monialium, ac aliorum in eo degentium quomodolibet se se immiscere, neque ad monasterium, neque ad illius crates, neque per epistolia, et literas sive directe, sive indirecte cum dictis monialibus, aliisque in eo commorantibus; minusque moniales, aliæque in dicto monasterio degentes prædictæ cum superioribus, et fratribus prædictis quovis colora, prætextu, causa, et ratione communicare, sub indignationis Nostræ, aliisque Nostro, et Romani pontificis pro tempore existentis arbitrio imponendis pœnis audeant, seu præsumant.

Monasterium vero dismembratum subjicit jurisdictioni ordinarii.

§. 5. Præterea monasterium prædictum sic a cura, et administratione fratrum ejusdem ordinis ablatum, dismembratum, et separatum ejusdem Karoli Francisci Alexandri nunc, et pro tempore existentis episcopi Elnensis immediatæ curæ, regimini, et guberoio, ac administrationi, una cum illius monialibus, aliisque personis in eo degentibus, ac omnibus, et singulis ad illud spectantibus, et pertinentibus auctoritate, et tenore prædictis subiicimus, et supponimus, atque subjectum et suppositum esse, et fore volumus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non monasterii, et ordinis prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima secunda julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LVI.

Dat. die 15 julii 1775. Anno I.

Imminutio festorum pro monasterio de Petershausen, ejusque parochianis in diœcesi Constantiensi existente.

Dilecto filio nostro Francisco Conrado Casimiro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali de Rodt nuncupato ecclesiæ Constantiensi ex concessione, et dispensatione apostolica præsuli.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Constitutio Clementis XIV edita super imminutione festorum in diœcesi Costantiensi.

§. 1. Alias felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis expeditas literas, legem imminutionis dierum festorum, ad preces carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Theresiæ Hungariæ reginæ apostolicæ, nec non Bohemiæ reginæ illustris in Romanorum imperatricem electæ viduæ pro ista civitate, eaque diœcesis tuæ parte, quæ Austriacæ ditioni subjecta reperitur, statuit, atque præscripsit, eamdemque legem ad ea etiam loca ejusdem tuæ diœcesis, quæ subsunt Bavaricæ ditioni, sub certis modo, et forma tunc expressis extendit, et ampliavit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis, haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ ab abbate monasterii sancti Georgii pro extensione constitutionis ad subditos ipsius monasterii.

§. 2. Nuper autem exponi Nobis fecit dilectus itidem filius Georgius abbas Monasterii sancti Gregorii martyris de Petershausen istius diœcesis provinciæ Moguntinæ, quod pro spirituali quiete, ac tranquillitate Christi fidelium omnium tam sibi, suoque monasterio subditorum, quam illius parochianorum, admodum utile, ac etiam necessarium omnino videbatur, eamdem legem diminutionis festorum ad ipsos quoque extendere, et ampliare.

Tenor rescripti quo indulgetur gratia juxta preces, ex arbitrio ipsius abbatis.

§. 3 Nos igitur eumdem Georgium abbatem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis, censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit.

hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, circumspectioni tuæ per præsentes injungimus, ut si opportunum id esse, ac fieri oportere pro tua prudentia in Domino judicaveris, indultum illud, quod tam pro ea parte diœcesis prædictæ, quæ Austriacæ ditioni subjicitur, quam pro iis locis ejusdem tuæ diœcesis, quæ Bavaricæ ditioni subsunt, ab eodem Clemente prædecessore, ut præfertur concessum fuit, eisdem Georgio abbati, ac subditis, et parochianis dicti monasterii, apostolica potestate tibi per presentes delegata, servata in reliquis earumdem apostolicarum literarum forma, et dispositione concedas, atque elargiaris.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, e consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 15 julii 1775 pontificatus Nostri anno primo.

LVII.

Dat. die 30 julii 1775. Anno I.

Communicatio privilegiorum indulgentiarum et regularum congregationis Bononiensis Oratorii s. Philippi Nerii congregationi ejusdem s. Philippi Nerii civitatis Recinatensis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium

§ 1 Militantis Ecclesiæ regimini meritis licet imparibus, per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præsidentes, clericorum sæcularium congregationes in Ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberesque bonorum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis, et gratiis libenter decoramus, sicut ad omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire.

In erectione congregationis Recinatensis nonnullas gratias, et privilegia indulsit Clemens XI, ejusque sacerdotes vivere declararunt sub instituto servato a congregatione Bononiensi.

§. 2 Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Recinatensis quod dudum anno scilicet 1719 eadem congregatio a felicis recordationis Clemente pp. XI. prædecessore Nostro cofirmata, ac nonnullis gratiis, at indultis ac privilegiis ditata fuit, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Nerii, quod dilecti pariter filii presbyteri sæculares congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii Bononiensis in ecclesia beatæ Mariæ virginis de Galliera nuncupatæ erectæ servant, hactenus vixerunt, et adhuc vivunt de præsenti.

Quoniam congregatio Bononiensis statuta condidit a Gregorio XIII et Gregorio XV confirmata cum novis privilegiis, et gratiis, omnium harum concessionum participatio efflagitaecit congregatio Recinatensis.

§. 3 Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, regulæ, et instituta dictæ congregationis Bononiensis a rec. mem. Gregorio XIII. et Gregorio pp. XV. prædecessoribus Nostris specialiter approbata, ipsique congregationi Bononiensi, ac illius ecclesiæ, presbyteris, et personis ab iisdem, et forsan aliis Romanis pontificibus prædecessoribus itidem Nostris multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expeditis uberius dicitur contineri. Ipsi vero exponentes regulas, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare parati sint, ac proinde iisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere

posse plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providera at ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur-

Omnia indulget pontifex juxta preces.

§. 4 Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facera volantes, at eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisqua ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrarunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac prædictarum literarum tenores præsentibus pro planc, et sufficienter expressis et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati prædictæ congregationi Oratorii sancti Philippi Nerii civitatis Recinatensis prædictæ, illiusque acclesiæ, et presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tampore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, et indulgentiis, exemptionibus, regulis, at indultis memoratæ congregationis, ajusque ecclesiæ presbyteris, at personis per prædictos Romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, atiamsi specifica, ct individua mentiona, et expressione dignis, et quibus eadem congregatio Bononiansis, ejusque ecclasia, presbyteri, at personæ ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione da præsanti utuntur, fruuntur, at gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt, pari modo uti, frui, et gaudere libere, at licite possint, et valeant, in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, axemptiones, regulæ, indulta hujusmodi ipsi congregationi Racinatensi, ejusque ecclesiæ, prasbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sina præjudicio taman gratiarum, indultorum, et privilagiornm eidem congregationi Recinatensi a supradicto Clemente prædecessore, sicut præfertur, concessorum, et dummodo ipsius congregationis Recinatensis presbyteri, et personæ nunc, et pro tempore existentes ragulas, at instituta pro dicta congregatione Bononiansi,ut præfertur, approbata observant, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5 Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, ct efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, at obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis raspective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, at inane si secus super his a quoquam qusvis auctoritate sciante, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 6 Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ ragula da non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis civitatis Recinatensis, aliisqua quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica,vel quavis firmitata alia roboratis statutis,et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumqua tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tanores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac da verbo ad verbum insertis habantes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialitar, et exprasse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die trigesima julii millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Derogatio contrariorum.

LVIII.

Dat. die 23. julii 1775. Anno 1.

Unio monasterii s. Mariæ matris Domini Saleroitanæ diœcesis favore collegii sacræ Jesu familiæ Sinensium, et Indorum in civitate Neapolitana erecti.

Pius episcopus servus servorum Dei.
Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1 Præ cæteris illa Nos maxime cura solicitat, ut animarum saluti, atque evangelicæ fidei propagationi pro pastoralis officii Nostri munere, quan-

tum Deo adjutore, possumus salubriter consulamus. Quocirca nihil aut præclarius, aut utilius a Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris institutum fuisse arbitramur, quam ut collegia vigerent, in quibus nonnulli adolescentes a piis, doctisque viris erudirentur, quorum deinde opera, atque laboribus doctrina Christi in vastissimis regionibus, unde illi arcesserentur, aut latius promulgari, aut firmius conservari, aut defendi facilius posset.

Laudes collegii cujus favore plurimae concessiones summi pontifices fuderant.

§. 2. Ex quo siquidem collegium Sinensium, et Indorum sub titulo sacræ Jesu familiæ extra civitatem Neapolis a felicis recordationis Clemente papa XIII, sub directione, et gubernio congregationis dilectorum filiorum presbyterorum sæcularium ejusdem tituli a Sede apostolica approbatæ, et a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis de Propaganda Fide præpositorum dependens primitus institutum fuit, cum benedicente Domino, quam plures e remotissimis iis regionibus acciti et in eo collegio sacris literis imbuti, atque ad sacros ordines promoti in patriis regionibus, ad quas reversi fuerant catholicam religionem late propagarent, ejusque incrementa strenue adlaborarent; ideo duo ex prædecessoribus Nostris collegium illud, ejus directores, singulosque alumnos speciali benevolentia sunt prosequuti, dictæque congregationi commendarunt, præcipue vero ad augendum alumnorum numerum bonis, et redditibus augere curarunt. Etenim eidem collegio exigua antea dote prædito ejusdem recolendæ etiam memoriæ prædecessor Noster Benedictus pp. XIV. monasterium abbatiam nuncupatum sancti Petri de Ebulo, seu Ebuli ordinis sancti Benedicti Salernitanæ dioecesis sub certis legibus, conditionibus, et obbligationibus ab eo impositis, illiusque bona, et redditus univit.

Consultum aeque fuit, ut alumnorum numerus in dies augeretur.

§. 3. Et subinde similis mem. Clemens pp. XIII. itidem prædecessor Noster primum ecclesiam, seu cappellam sancti Petri a Colonnello, seu la Petruccia vulgo nuncupatam dictæ Salernitanæ diœcesis, quæ a monasterio abbatia etiam nuncupato sanctæ Mariæ matris Domini prædicti sancti Benedicti, seu alterius ordinis ejusdem Salernitanæ diœcesis dependet, aut alias illi canonice unita existit, quam venerabilis etiam frater Noster Nicolaus Xaverius a sancta Maria episcopus Cirenensis una cum monasterio secundodicto in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispensatione apostolicis tunc obtinebat, prout ad præsens obtinet ex tunc, et cum primum illius commenda cessante vacasset, et dictæ sine cura ecclesiæ, aut cappellæ bona quæcumque eidem collegio etiam addixit, atque expresse præcepit, et præscripsit, quod præter, et ultra numerum sexdecim alumnorum a Benedicto prædecessore prædicto, ut præfertur, constitutum, alii quatuor alumni, quorum videlicet duo Sinenses, et Indi, reliqui duo ex quibusdam Turcarum dominio subiectis nationibus adsciscerentur, ita ut dicti collegii alumni non sexdecim sed viginti deinceps numerarentur. Subinde vero idem Clemens prædecessor ad augendum in ipso collegio alumnorum numerum etiam ex tunc, et cum primum secundodictum monasterium sanctæ Mariæ matris Domini, illius commenda pariter cessante, vacaverit pensionem annuam a quibusvis oneribus immunem mille, et bisceotum ducatorum monetæ regni Neapolitani super secundodicti monasterii fructibus eidem collegio perpetuo reservavit. Voluit tamen, et constituit, quod præter numerum viginti alumnorum a Benedicto prædecessore, ut præfertur, præscriptum, alii octo adderentur alumni non ex alia quam Sinensi natione, ita ut integrum collegium ex viginti octo constaret alumnis. Quæ autem prædecessores Nostri ad amplificandum idem collegium provide designorunt, et compararunt, subsidia etiam postquam secundodicta unio, et reservatio præmissa sortitæ fuerint effectum, eum satis opportuna minime fore intellexerimus, ut educari valeant tot evangelici operarii, qui ad patrias reduces quamplurimos ibidem degentes catholicos confirment, innumerisque infidelibus veram, divinamque religionem annuncient; ideo, re mature perpensa, patreque luminum invocato, qui per divina sua charismata uberem in dies messem parat evangelicis operariis juxta dictæ congregationis votum, et consilium Nobis oblatum, dictum sanctæ Mariæ matris Domini monasterium, cujusque bona omnia in congruam dicti collegii dotem integre constituere omnipotentis Dei gloriæ consonum existimamus.

Praecipitur unio monasterii s. Matris Domini, ut ex fructibus bonorum ad monasterium perti-

§. 4. Ut igitur idem collegium de catholica religione optime meritum, prout Nobis in Domino datum est, suscipiat incrementum, peculiaris munificentiæ argumenta ei præbere cu-

nentibus, melius collegii necessitatibus fieri possit satis

pientes, ipsosque dilectos filios illius moderatorem, et presbyteros, ac alumnos, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine dictum monasterium sanctæ matris Domini prædictæ Salernitanæ diœcesis, cujus et illi annexorum fructus, redditus, et proventus ad florenos sexaginta sex auri cum duobus tertiis alterius floreni similis in libris cameræ apostolicæ, ut accepimus, taxati reperiuntur, ex nunc prout ex tunc, et e contra cum primum illud ex persona dicti Nicolai Xaverii episcopi illius commenda quovis modo cessante, ut antea etiam apud Sedem apostolicam vacare contigerit; etiamsi actu non vacet ac tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio juxta Lateranensis statuta concilii ad Sedem eamdem legitime devoluta existat, cum omnibus, et singulis illius bonis, universis rebus, proventibus, redditibus, et fructibus prædictis ad secundodictum monasterium quovis modo spectantibus, et pertinentibus, nec non omnibus, et singulis eidem monasterio secundodicto annexis ecclesiis, seu cappellis, ac beneficiis ecclesiasticis dicto collegio ad infrascriptum tamen effectum; et non alias, ac donec, et quousque dictum collegium in dicta civitate Neapolitana permanserit. Ita quod statim ac monasterii secundodicti commenda, ut præfertur, cessaverit, liceat prædictis moderanis seu tunc existentibus ipsius collegii superioribus, et presbyteris monasterii secundodicti, illiusque bonorum, territoriorum, pertinentiarum, et rerum, proprietatum, ac jurium quorumcumque, nec non fructuum, redituum, et proventuum prædictorum veram, realem, et actualem possessionem per se, vel alium, seu alios ejusdem tamen collegii nomine propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam retinere, dictaque bona, res, et proprietates locare, dislocare, arrendare, illorumque fructus, redditus, proventus, et emolumenta quæcumque in quibusvis rebus consistentia, et quandocumque, et qualitercumque ex eis provenientia exigere, percipere, levare, ac in substentationem infrascriptorum alumnorum, et missionariorum præter supra præfixum numerum erogare, diœcesani loci, vel cujusvis licentia desuper minime requisita, supportatis tamen per idem collegium, et pro eo par moderanos, et pro tempore existentes illius superiorem, et presbyteros prædictos omnibus, et singulis monasterii secundodicti, ac etiam infrascriptis oneribus, dicta apostolica auctoritate earumdem tenore præsentium, prout infra unimus, annectimus, et incorporamus.

Speciales declarationes quoad cappellam s. Petri a colonnello nuncupatam.

§. 5. Expresse etenim declaramus, quod dicta sine cura ecclesia, seu cappella sancti Petri a Colonnello vulgo la Petruccia, ut præfertur, nuncupata, quatenus a monasterio secundodicto minime dependeat, aut illi alias minime fuerit unita, prout antea vigore literarum dicti Clementis prædecessoris eidem Collegio etiam unita censeri debeat; quatenus vero illa a monasterio secundodicto dependens, vel illi alias unita fuerit, sub præsenti monasterii secundodicti unione comprehendatur, ita ut in utroque casu dictæ sine cura ecclesiæ, seu cappellæ unio effectum suum sit sortitura, dicta autem pensio ab eodem Clemente prædecessore, ut præfertur, reservata causa præsentis secundodicti monasterii unionis cum omnibus et singulis illius fructibus consolidata sit, et resolvatur.

Praeceptum de implendo numero alumnorum vix unione sequuta.

§.2. Ad hujus igitur ecclesiæ archiepiscopalem dignitatem tu Nostra voluntate provectus es, ut ante oculos posita prædecessorum tuorum tam egregie exempla, tamquam propria ad virtutem incitamenta habeas, quibus, assiduis veluti stimulis, impulsus in latissimo illo, in quod Nos te inducimus, laudis spatio ita excurras, eas animi vires expromas, ut etsi ab illa ecclesia remotus, in te tamen, tuisque actionibus vetera illius merita hoc tempore cum ejusdem nomine renovata esse videamus. Legatione pro Christo fungi debes; ac *b. Petri apostoli Sedis, quæ episcopis omnibus sacerdotalis mater est dignitatis*, fidem, auctoritatemque ad tractum Rheni nuncius Noster custodire, atque tueri. Hinc profecto intelligis, quanta excellere te oporteat tum morum sanctitate, et gravitate, tum prudentia, atque doctrina; et quanta sit Nostra de tua virtute expectatio, cui videlicet in præcipuam solicitudinis Nostræ partem vocato summæ Nostræ potestatis munus non exiguum concredere non veremur, atque apostolicæ hujus Sedis dignitatem sustinendi officium tam libenter committimus.

(1) *Epist.* 83.
(2) *Baron. in martyr. ad 9. novemb. Terzi Syr. sac. lib. 1. cap. 68. Labbè concil. tom. II. ad an. 365. Le Quien. orient. Christ. tom I., et in notit. veter. Græc. apud eumdem.*

§.3. Nam si unumquemque episcopum oportet esse irreprehensibilem, atque in lege Domini doctissimum, ut potens sit exhortari in doctrina sana, et eos, qui contradicunt, arguere; si tanta debet esse conversatio, et eruditio pontificis, ut veritatem mente concipiat, et eam toto habitu resonet, et ornatu, ac quidquid agit, quidquid loquitur, doctrina sit populorum; tanto profecto excellentiore virtute, et doctrina ampliore ceteros debes superare, quanto pluribus et agnis et ovibus præesse dignosceris. Neque enim mitteris ad unam civitatem, ad populum unum, sed ad multas gentes, ad episcopos multos, magnos sacri Romani imperii principes et electores, ad abbates plurimos, quorum dignitas, accessione etiam civilis potestatis plerumque ornatior efficitur, nempe ut Nostro, et apostolicæ Sedis nomine ex iisdem, tamquam ex vinea Domini electa, apostolicis tuis laboribus exculta, atque irrigata sudoribus, fructus percipias ad divinæ gloriæ incrementum ubersimos.

Rationes exponuntur, ex quibus gravitas pontificiæ auctoritatis exeritur.

§.4. Originem hujusce ad tractum Rheni legationis non possumus sine acerbissimo animi sensu mente repetere, quia repetenda ab iniquissimo scelere Gebardi Truchses archiepiscopi Coloniensis, quem sacrilego connubio junctum cum sanctimoniali Agnete Mansfeld, Gregorius XIII. antecessor Noster pontificio suo decreto exauctoravit, dirisque devovit. Atque hæc causa fuit, cur non, ut antea, extraordinarius nuncius, solum pro re nata, ac temporum necessitate ad eas regiones legaretur, uti anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono contigit, cum ad pacem ineundam inter Belgas et Philippum II. regem Hispaniarum missus eo fuit Jo: Baptista Castanea, qui postea sub Urbani VII. nomine, summum gessit pontificatum; sed ab eo tempore decerneretur, ut iis in regionibus ordinarius nuncius, constituto sibi ibidem domicilio, resideret, qui sua præsentia aut mala præcaveret, aut certe, nulla interposita mora, repararet. Primus, qui hunc in modum ablegaretur, fuit Joannes Franciscus Bonomo episcopus Vercellensis, qui etsi illustriorem tunc gereret nunciaturam apud Cæsarem, attamen religionis amore magis incensus, quam honoris claritate commotus, istam alacriter suscepit, quæ etiam hodie latissimis protenditur finibus, licet non mediocriter sit imminuta ob aliam postmodum a Clemente VIII. institutam

Plurima referuntur, quæ pertinent ad legationem in tractu Rheni existentem.

nuncieturam in ditionibus Belgii, quæ nec re, nec nomine prius a tibi demandata dividebatur. Etenim archiepiscopatus Coloniensis per se satis amplus, ac plures suffraganeos continens episcopos, quos inter magnopere eminet cum utriusque gladii potestate episcopus et princeps Leodiensis, minima est ejusdem legationis pars; cum in eadem alii plures amplissimi episcopatus contineantur, inter quos præcipui sunt Moguntinus, Trevirensis, Spirensis, Vormatiensis, Osnebrugensis, Paderbonensis. Ipse etiam episcopatus Augustæ Vindelicorum, urbis in tota Germania celeberrimæ, quamquam Viennensi adscribatur legationi, attamen tuam sæpe requirit operam, vigilantiam vero semper expostulat. Quid commemorare opus est tot monasteria virorum, ac mulierum, quorum plura magnitudine, antiquitate, opulentia, numero in magne sunt celebritate; nonnulla civilis etiam dominationis splendore excellunt? Nullus esset dicendi modus, si cetera omnia, megna ea quidem atque illustrie, quæ legationis tuæ finibus comprehensa sunt, verbis nunc prosequeremur. Quamodrem illud considera, venerabilis frater, quam promptum ad labores, quam zelo ecclesiasticæ disciplinæ incensum hinc discedere te oporteat, ut his quasi armis instructus apostolicæ legationis onus sancte, et ex omnium utilitate sustineas, honorem vero egregie, et pro dignitate tuearis.

Monita ad novum legatum, ut munus sibi concreditum, digne sabstineat.

§. 5. Sed peculiari tua animedversione, ac sedulitate dignissimum arbitramur archigymnasium illud Coloniense, quod quoniam ab Urbano VI. prædecessore Nostro est institutum, ab hujus sanctæ Sedis nutu, auctoritateque pendet, atque adeo apostolici nuntii jurisdictioni immediate subiectum esse dignoscitur. Dux igitur, ac præfectus studiorum illorum es futurus, quæ si bene, si ad catholicæ religionis normam directa fuerint, si cum ingeniorum moderatione rite ac diligenter exculta, præclare actum erit non cum illa solum Coloniensi ecclesia, sed et cum ceteris legatione tua comprehensis, utpote quæ uti locis, ita moribus, studiis, ac voluntatibus non admodum sint disjunctæ: sin minus, quid non formidandum esse prospicimus, præsertim cum ea loca hæreticorum frequentia sint refertissima? Atque equidem ex perversa studiorum ratione non possumus non vehementer dolere ortam in illis regionibus eam librorum copiam, quibus nonnulli, qui tamen videntur catholico nomine gloriari, ac insuper etiam ecclesiastica dignitate fulgere, universam Ecclesiæ hierarchiam subvertere, atque in hanc sanctam Sedem, in qua *beati Petri apostoli vivit potestas, et excellit auctoritas*, armis omnibus conversis, profligatos dudum errores subdolis artibus instaurare conati sunt. Homines nimirum immoderati, atque arrogantis ingenii, et continua novitatum prurigine incitati, ac ventosa sapientia carnis inflati, ea scripserunt, docuerunt, et evulgarunt, quæ plurimorum manibus avide teruntur, et maximo cum pacis, unitatis, et disciplinæ ecclesiasticæ detrimento fere omnium linguis audacissime prædicantur. Quod si tantum perniciem merito lugemus in provinciis a Germania disjunctis, quantam timemus factam esse stragem ipsis in locis, in quibus ea nata contagio est, adolevit, vires sumpsit, ac retusa theologorum scriptis, superbum iterum, tertio, ac sæpius extulit caput, interire parata in auctoribus, non resipiscere, ut semper vivat in alumnis.

Confirmantur monita, auctoritatibus, et patrum sententiis.

§. 6. Quæ omnia cum ea, qua par est, attentione expendimus, quemadmodum muneris, quod tibi commandamus, gravitatem ostendunt, et difficultatem; sic multam, quam in te uno, tuaque virtute repositam habemus fiduciam, satis demonstrant. *Solicite igitur cura* (suavissima Pauli verba tecum usurpamus) *solicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo operarium, inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis*. (1). Hoc primum sit, atque præcipuum; deinde *magis operando, quam loquendo proficies, quia major est splendor operis, quam sermonis* (2). *Argue, obsecra, increpa*, semper tamen in omni *patientia, et doctrina* (3), ut in omni tua actione illa superemineat charitas, *quæ divisa jungit*, et *conjuncta custodit, humilia sine timore subrigit, erecta sine dejectione submittit* (4). *Ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem, quæ est in Christo Jesu* (5). Hisce ergo utere tamquam quotidiano cibo; *est enim utilis omnis scriptura divinitus inspirata ad docendum, ad ar-*

(1) *II. ad Timoth. II.* 15.
(2) *II. ad Timoth. IV.* 2.
(3) *S. Bruno Asten.* in *Matth. num.* 12.
(4) *II. ad Timoth. III.* 15.
(5) *S. Greg. M. epist.* 47. *lib.* 2.

guendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus (1). Numquam quæras, quod utile tibi est, *sed quod multis, ut salvi fiant* (2); tum ne *vituperatur ministerium nostrum* (3), tum ut fidelis inveniaris dispensator mysteriorum Dei. *Os Nostrum patet ad te*, venerabilis frater (4); *cor Nostrum dilatatum est*; nec finis esset dicendi, quando non est finis amandi.

Quæ esse debeat agendi methodus indigitatur.

§. 7. At quoniam vel ipsi multiplices sacri ritus, quos in hac tua consecratione hactenus adhibuimus, angustos Nobis faciunt dicendi terminos, illud, venerabis frater, mente repositum habeto: Nobis id animo firmissime esse constitutum, ut sint Nobis administri, et cooperatores in solicitudine ecclesiarum, quales voluit s. Bernardus pontificis coadjutores esse debere: *qui nempe sint in judicio recti, in consilio providi, in jubendo discreti, in disponendo industrii, in agendo strenui, in loquendo modesti, in adversitate securi, in prosperitate devoti, in zelo sobrii, in misericordia non remissi, in otio non otiosi, in hospitio non dissoluti, in convivio non effusi . . . . ubique, et in omnibus circumspecti . . . Qui orandi studium gerant, et usum habeant, ac de omni re orationi plus fidant, quam suæ industriæ vel labori . . . Qui ad Nos redeant fatigati quidem, sed non suffarcinati, simul et gloriantes non quod curiosa, seu pretiosa quæque terrarum attulerint, sed quod reliquerint pacem regnis, legem barbaris, quietem monasteriis, ecclesiis ordinem, clericis disciplinam, Deo populum acceptabilem* (5).

Conclusio.

§. 8. Hujusmodi te esse, venerabilis frater, non dubitamus; permansurum maxime confidimus; reversurum autem ad Nos, ut meritorum laude onustum, sic Deo gratiorem, et hominibus, ut sis gaudium, et corona Nostra semper in Domino Jesu Christo. Amen.

(1) *I. ad Corinth. X.* 33.
(2) *Ibid. III.* 16. 17.
(3) *II. ad Corinth. VI.* 3.
(4) *Ibid. VI.* 11.
(5) *S. Bernardus de Consid. l. IV. c.* 4.

LXIV.

Dat. die 17. octobris 1775. Anno I.

Confirmatio instituti, et regularum congregationis discalceatorum ssmæ Crucis, et passionis Domini nostri Jesu Christi.

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium

§. 1. Præclara virtutum exempla, quæ supremus sanctitatis auctor in sua Ecclesia identidem instaurare non desinit, in illis potissimum elucent, qui divinæ gratiæ ducti mundi illecebris abdicatis, optimam partem elegerunt, et sub regulari disciplina apostolicæ vitæ instituta sectantes, non solum propriæ, sed, aliorum etiam æternæ saluti se profuturos pollicentur, eosdemque Romani pontifices prædecessores Nostri, tamquam in sinu fovere, et opportunis adjumentis, quibus in suscepta evangelicæ perfectionis via facilius, ac securios progrediantur, semper augere studuerunt. Propterea Nos, divino consilio ejusdem catholicæ Ecclesiæ regimini præsidentes, omnem curam impendimus ad tuendam regularis disciplinæ firmitatem, novisque operariis in illa constitutis, regulas, quæ post maturum, diuturnumque examen opportuniores habitæ sunt, tradimus observandas.

Regulas congregationis Benedictus XIV. approbavit, easque confirmavit Clemens XIV. qui nomen imposuit, et alia præscripsit in eadem congregatione servanda

§. 2. Alias siquidem felicis recordationis prædecessores Nostri, primitus Benedictus pp. XIV, orientem tunc congregationem clericorum excalceatorum Crucis et passionis Domini nostri Jesu Christi, valde proficuam futuram confidens, ut ea regi possit, et coalescere quasdam illius regulas, et ordinationes per suas in forma Brevis expeditas literas sub datum diei xviii. aprilis MDCCXLVI approbavit; subinde vero Clemens pp. XIV cum novisset, eamdem congregationem jam professorum numero auctam uberes in agro Dominico virtutum, et christianæ pietatis fructus attulisse, per suas similes, etiam in forma Brevis, diei xv. novembris MDCCLXIX, concessas literas, statuta, regulas, et constitutiones ejusdem congregationis, una cum nonnullis addictionibus, et declarationibus confirmavit, et approbavit, atque per alias literas apostolicas sub plumbo eodem anno incarnationis Dominicæ millesimo

septingentesimo sexagesimo nono, sexto kalendas decembris, pontificatus sui anno primo expeditos, eamdem congregationem, et personas illi tunc adscriptas, ac in posterum recipiendas, cum domibus eis concessis, et concedendis in futurum sub speciali sua, et Sedis apostolicæ protectione recepit, et perpetuo constituit, atque institutum laudaos, et approbans illorum corpus, et societatem in unam congregationem clericorum discalceatorum sanctæ Crucis, et Passionis Domini nostri Jesu Christi nuncupandam, cujus professores in quatuor votorum simplicium, videlicet paupertatis, castitatis, obedientiæ, ac promovendi inter Christifideles, venerationem sanctissimæ Crucis, et gratam memoriam passionis ejusdem Domini nostri Jesu Christi, observantia omnipotenti Deo, Ecclesiæque utilitati assidue famularentur, erexit, et instituit, aliaque statuit, addidit, concessit, atque elargitus fuit, quæ ad hujusmodi congregationis firmitatem, regimen, augmentum, et propagationem duxit impertienda.

Reservata facultate præposito generali regulas interpretandi, et declarandi, plura in posterum immutata fuerunt.

§. 3. Cumque Nobis pro parte dilecti filii Pauli a Cruce præpositi generalis dictæ congregationis, nuper expositum fuerit, juxta tam in præmissis Benedicti, quam in ambabus Clementis prædecessoris Nostri, datam facultatem, quod in generalibus ipsius congregationis comitiis regulæ ipsæ, et constitutiones interpretari, et declarari possent; sicque autem in eis immutanda, resecanda, addendave, experientia suadente, viderentur, de his debita, ad apostolicam Sedem, relatio fieri deberet in generalibus comitiis, quæ proxime præterito mense majo, in domo sanctorum Joannis, et Pauli de urbe eidem congregationi ab ipso Clemente prædecessore concessa celebrata fuere, ipsius congregationis professores eodem Paulo præside, nonnulla ab ipsius regulis levioris momenti tollere, alia illis addere, quædam immutare, ac demum alia circa easdem declarare unanimiter cogitaverint, atque immutationes hujusmodi, nova peracta regularum collectione, propriis capitibus aptaverint.

Petitur approbatio immutationum factarum.

§. 4. Ideo pro parte dicti Pauli integrum negotium approbationis dictarum regularum ad Nos fuit humiliter delatum atque uoa supplicatum, ut ipsius congregationis instituto novam confirmationem addere, illamque spiritualibus gratiis, quæ ad apostolicum ministerium sanctius exequendum fidelium animabus magis proficuæ forent cumularemus.

Subjiciuntur examini amplissimorum S.R.E. cardinalium De Zelada, et a Lanceis, qui declarant recipiendas, et approbandas esse.

§. 5. Prius quam tamen in hac re quidquem deliberaremus, quamvis ut accepimus, benedicente Domino, congregatio ipsa jam aucta sit, atque in dies illi sese addicant plures, qui propriæ, et aliorum saluti procurandæ sedulo vacare exoptant, nihilominus de summa religione, prudentia, et animi perspicacia dilectorum filiorum Nostrorum Caroli Victoris Amedei tituli sanctæ Praxedis a Lanceis nuncupati, et Francisci Xaverii tituli sancti Martini in Montibus de Zelada nuncupati S. R. E. presbyterorum cardinalium merito confisi, illis earumdem regularum examen injunximus, eorumque votum exquisivimus. Cumque iidem post maturum diuturnumque examen regulas ipsas expenderint, et eorum syngrapha regulis edicta, illas commendatione fuerint prosequuti, Nosque enixe rogaverint, ut regulas, et constitutiones easdem, suprema Nostra, qua pollemus auctoritate, ita confirmare, et approbare, eaque earum observantiam sancire dignaremur, quod hæc regularum et constitutionum collectio, a cunctis ejusdem congregationis alumnis attendi et observari debeat.

Tenor pontificiæ confirmationis.

§. 6. Nos itaque animo reputantes, quod congregatio ipsa eo progredietur, et habebit fructum suum in sanctificationem populorum, finemque vero vitam æternam, quo impensius pristinum servatura erit spiritus fervorem, ac illius professores arctiorem amantes, servantesque paupertatem orationibus, vigiliis, pœnitentiis; ac verbi Dei prædicatione, propriam salutem, et prevaricatorum conversionem, atque simul Domini Nostri Jesu Christi acerbissimæ passionis recordationem omnium mentibus infigere, erunt curaturi. Propterea piam hanc institutionem, et regulas ipsas auctoritatis Nostræ vi, ut illæ exactius serventur, quam libenter munire studemus. Dictum itaque Paulum a Cruce præpositum generalem, ejusque congregationis, et instituti professores specialium gratiarum favoribus prosequi, eorumque votis, quantum in Domino possumus, annuere volentes, ipsorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad affectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, ex certa scientia, deque apostolicæ

potestetis plenitudine in primis, tem Benedicti, quam utrasque prædicti Clementis prædecessoris, literes, super erectione, et institutione dictæ congregationis cum omnibus, et singulis gratiis, facultatibus, et privilegiis, concessionibus, et indultis in eis contentis, et elargitis, perinde ac ei integer, ac de verbo ad verbum illarum tenor præsentibus foret insertus, apostolica auctoritate, per ipsas præsentes Nostras literes confirmamus, et epprobamus, et quatenus opus esset literas ipsas juxta integrum earum tenorem in perpetuum iisdem modo, et forma iterum concedimus, et impertimur.

Extensio prædictæ confirmationis ad decretum latum a cardinalibus deputatis.

§. 7. Porro novam hanc regularum, et constitutionum collectionem a prædictis Carolo Victorio Amedeo, et Francisco Xaverio cardinalibus expensarum, et laudatarum ita, quod illarum tenor una, cum decreto approbationis eorumdem Caroli Victorii Amedei, et Francisci Xaverii cardinalium in earum finem, ac cum præsentibus quoque Nostris literis, typis fideliter imprimi, singulisque futuris etiam dictæ congregationis professoribus significari debeant, etiam perinde, ac si ipsarum regularum, et decreti prædicti integer tenor præsentibus esset insertus, earumdem tenore præsentium, dicta apostolica auctoritate perpetuo confirmamus, et approbamus, illisque apostolicæ firmitatis vim, et robur adjicimus, omnesque, et singulos ejusdem congregationis professores ad plenam earum observantiam sub muletis, et poenis in eis inflictis teneri, et obbligatos esse declaramus, ac etiam statuimus, et sancimus.

Declarationes speciales.

§. 8. Ut autem fideles, qui ad apostolicas missiones ab ejusdem congregationis professoribus peragi solitas, vel ad spiritualia exercitia publice in ecclesiis tradenda confluent, vel in domibus ipsius congregationis spiritualibus iisdem exercitiis per eliquot dies vacatari, quandocumque sese recipient cælestium Ecclesiæ thesaurorum participes fiant, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, omnibus, et singulis Christifidelibus quoed interessentes missionibus, publicisque exercitiis, etiam utriusque sexus; quo vero ad exercitia spiritualia in domibus præmissis peragentes virilis sexus tantum in fine missionum, ac exercitiorum spiritualium, si interea temporis vere pœnitentes, et confessi, sacrasanctum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, quoties id egerint, plenariam omnium peccatorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino perpetuis futuris temporibus concedimus, et elargimur. Atque insuper ejusdem congregationis professoribus, qui apostolicas missiones pro tempore peregerint concedimus, et indulgemus, quin immo præscribimus, et injungimus, ut ipsi postrema die missionum hujusmodi, postquam Dominicæ passionis memoriam assidue a fidelibus colendam, quam enixe commendaverint, cum imagine Domini Nostri Jesu Christi e cruce pendentis, quam in missionibus, ut moris est, gerunt, supra populum inibi congregatum, Nostro, et Romani pontificis pro tempore existentis nomine, benedictionem velut divinæ misericordiæ, et reconciliationis pignus impertiri possint, et debeant.

Hortentur episcopi, aliique locorum ordinarii ut fratres congregationis recipiant, et recipi ab aliis faciant.

§. 9. Demum commendationi, qua dictus Clemens prædecessor in literis secundo dictis non omisit. Nos quoque animo inhærentes, Venerabiles fratres nostros patriarchas, archiepiscopos, et episcopos, dilectosque filios locorum ordinarios, in quorum diœcesibus, et territoriis domus, recessus, et hospitia dictorum clericorum excalceatorum erecta jam sunt, et benedicente Domino, in posterum erigentur, nec non quibus iidem clerici discalceati de superiorum suorum licentia præcipue ad evangelica munera peragenda sese exhibebunt enixe in Domino iterum hortamur, ut illos recipiant, et ab aliis recipi faciant, atque habeant eos Nostra et Sedis apostolicæ reverentia pluri mum commendatos, nec non ipsos ad annuntiandum verbum Dei, aliaque ecclesiastica et sacra ministeria, eorum regulis consentanea exercenda adhibeant. Ipsis vero clericis dictæ congregationis harum serie præcipimus, ut ipsi susceptæ institutionis memores, et eisdem patriarchis, archiepiscopis, et episcopis, ec ordinariis prædictis obsequentes in bonum catholicæ religionis, divini cultus, animarumque salutis cooperentur, et laborent.

Clausulæ salutares.

§. 10. Præsentes autem literas, et in eis contenta quæcumque semper, et perpetuo velidas, firmas, et efficeces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quovis alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato,

et inexcogitabili, ac specificam, et individuam mentionem, aut expressionem requirente defectu, vel ex quocunque alio capite, ac jure statuto, vel consuetudine aliqua resultante quantumvis juxta quæ ad effectum validitatis præmissorom necessariorum exprimenda foret, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari aut ad terminos juris reduci; vel adversus illas restitutionis in integrum, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ remedium, vel justitiæ impetrari posse, neque ipsas præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum, aut dispositionum, generalibus revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices pro tempore existentes, et Sedem apostolicam prædictam etiam motu proprio, ex certa scientia et potestatis plenitudine ex quibusvis causis, pro tempore faciendis comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, regulasque prædictas semper vigentes integre observari debere.

Decretum irritans, et sanctio poenalis.

§. 11. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, aut vice legatos, dictæque Sedis nuntios, aut alios quoscumque quavis auctoritate, potestate, prærogativa, et privilegio fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et quacumque instantia judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, pari auctoritate irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 12. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac aliis in contrarium præmissorum quomodolibet editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis regularibus ordinibus, aliisque congregationibus, illorumque ac illarum personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, aut alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores pro plene, et sufficienter, ac de verbo ad verbum presentibus insertis, et expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum omnium effectum hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse harum quoque serie derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 13. Ut autem præsentes Nostræ literæ ad omnium notitiam facilius possint pervenire, volumus, ut illarum exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si originaliter exhibitæ forent vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, confirmationis, approbationis, concessionis, impertitionis roboris, adiectionis, declarationis, statuti, sanctionis, elargitionis, indulti, hortationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem, anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto XVII. octobris, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 28 novembris 1775. Anno I.

LXV.

Allocutio de pretiosa morte Hyacinthi Castanedæ Hispani, et Vincenti a Pace Tonquinensis, ordinis Prædicatorum missionariorum apostolicorum in regno Tonquini, adjuncta promotione eminentissimorum dominorum S. R. E. presbyteri cardinalis Joannis Thomæ de Boxadors, Dominicani ordinis magistri generalis; emi et rmi d. presbyteri cardinalis Francisci Mariæ Banditi archiepiscopi Beneventani, ac emi, et rmi domini diaconi cardinalis Ignatii Boncompagni.

Venerabiles fratres

Proemium

§. 1. Placuit patri misericordiarum, et Deo totius consolationis maximum angustiis Nostris levamen afferre. Meminisse vos, venerabiles fratres, non dubitamus, quanta formidine, animique trepidatione gravissimum pontificiæ dignitatis onus, in hac tanta præsertim temporum perversitate, adsumeremus. Verum divina promissione excitati; eum pro Nobis, atque Ecclesia sua pugnaturum, qui major semper est ad protegendum, quam diabolus ad impugnandum, inter tot malorum pericula, inter anxietates, et amaritudines, Deo confortante, animo non concidimus, scientes mundi hujus hospitium tristitia, ac lacrymis esse refertum, nec posse accipi dolorum, et passionum coronam, nisi præcedat in dolore et passione constantia. Illius beneficio, ad cujus nutum tempora obsequuntur, elementa famulantur, vidimus insperato copies grandescere messium, exuberare pomis arbusta, fructibus oliveta redundare, atque ita Nobis temporalis vitæ impertiri subsidia. Quanto magis, etsi irruant, aggrediantur undique hostes vineam Domini, ipse custodiet eam, ut stabilis, et immota sit fides nostra fundata super firmam petram, tamquam sponsa innixa super dilectum suum.

Memoratur exorta Christifidelium persecutio in regno Tonquinas.

§. 2. Hujus patrocinii repromissionem nuper accepimus a Domino, qui intuens catholicam religionem innumeris agitari turbinibus, suscitavit in regno Tonquini viros fortissimos, et charitate fervidos, ut proprio sanguine de communi hoste insigniter triumphantes, novis coronis Ecclesiam decorarent. Hoc est, quod magna Nos replet jucunditate, venerabiles fratres; hoc in tanto charitatis languore, tantaque morum corruptione præclarissimum est beneficium Ecclesiæ collatum. Hoc ipsum vobis gaudentes annunciamus, ut sitis Nostræ letitiæ participes.

Relatio martyrii cui subjecerant Hyacinthus Castanedæ Hispanus, et Vincentius a Pace Tonquinensis.

§. 3. Literis venerabilis fratris Jacobi episcopi Hierocæsariensis, vicarii apostolici in regno Tonquini, nunciatum est congregationi Nostræ de Propaganda Fide, missionarios duos ex Prædicatorum ordine, sacrum apostolatus munus ibidem obeuntes, captos, ac detentos, catholicam fidem in regis conspectu invicto animo professos esse; ac pro ea ludibria et cruciatus perpesses, demum vitæ contemptores, mortis triumphatores cervicem intrepide carnifici præbuisse. Eorum alteri nomen erat Hyacintho Castanedæ, natione Hispano; alteri Vincentio a Pace, Tonquinensi. Prolixam episcopi Hierocæsariensis narrationem breviter vobis in præsentia referemus. Cum quinque annos Hyacinthus in Tonquino intra assignatos sibi fines in verbi Dei prædicatione, in audiendis confessionibus, ac in animarum salute satagenda versatus esset, die undecima julii anni millesimi septingentesimi septuagesimi tertii, administratis infirmo sacramentis, domum rediens, ab infideli homine suorum cohorte stipato, ipsum insequente, comprehensus, ac biduo cibi, potusque expers, huc atque illuc pertractus ad proguber natorem adducitur. Magna vis auri ad eum redimendum postulabatur, quam nemo christianorum posset persolvere. Proinde in arundineam caveam conjicitur, tam arctam, ac depressam, ut nec standi nec cubandi locus esset. Non diu post captus etiam Vincentius a Pace non dissimili immanitate simili cavea inclusus est. Hunc in modum ambo in regiam civitatem deducuntur; atque, ut palam omnibus esset, cur ita detinerentur, cuique caveæ inscribitur grandioribus literis causa, Lusitanorum legis magister: idest præceptor legis Dei, et evangelicæ doctrinæ. Ad regem ipsum deducti, ac interrogati respondent: summi Dei legem gentibus a se annunciari, ut eidem illæ famulantes in immortali vita glorificarentur. In hac una re satis inesse criminis putatum est, ut ipsi capitali supplicio addicerentur. Quo animo operarios evangelicos hæc audientes fuisse, quid dixisse, aut egisse arbitramini? Jesu Christi imaginem Hyacinthus manu elevans, ejus divinitatem, et incomparabilem erga homines charitatem alta voce deprædicens, peccatorum veniam exposcens, flagrantissimi erga Deum

amoris aetus eliciens, apostolorum symbolum distiocte prooanciens, beatissimæ virginis sub invocatione Rosarii præsidium imploraos, septima die novembris prædicti anni millesimi septingentesimi saptuagesimi tertii, tamquam ovis, quæ a lnpo devoranda non gemit, non clamat, non quaritur, sed tacens mortam axpectat, et dentibus cedit voracitatis, capita truncatus est. Vincentio in eadem causa versanti oblata erat opportunitas feralem sententiam evadendi; regni enim leges solum missionarios Europeos, non antem indigeoas sopplicio afficiendos decernebant, jamque nonoulli ipsius causam iterum agi, ac recognosci postulabant. Ipse tamen socii mortis æmulatiooa iocensus, atque invicto animo obsistens, ut communem cum Hyacintho habebat causam, ita parem santentiam habere, et pro Christo mori cupiens, eodem mortis genere, eademqua dia apostolatus sui cursum gloriose consummavit.

Corpora defunctorum a Christifidelibus rapta in ecclesia tumulata sunt.

§. 4. Confertissimum christianorum agmen, qui spectaculo interarant, exemplo Tobiæ, qui plus Daum timens, quam regem, occisorum rapiebat corpora, at mediis noctibus sepeliebat, missionariorum cadavera collecta, in acclasia pagi Trulinh pro ritu tumnlarunt. Rax ira concitatus, efferatam contra christianos pnblico edicto persequutionam indixit, qualem sub Romanis principibus describit sanctus Hieronymus; unde carceres oppleti, pecuniæ extortæ, templa dastructa, domus aversæ, christianorum secessiones ad antra. Omnes tamen, davicta temporis adversitate, fame, periculis contemptis, galea salutis induti, cuncta superabant propter eum, qui dilexit nos.

Pontificis gaudium de martyrum victoria.

§. 5. Dum hæc legeremus, consolationis lacrymis, gratisque singultibus opprimebamur, videntes, quod Nostræ fidai veritas, quo magis offundi contenditur, eo lucidioribus radiis illustratur. Quæ de utroque Christi pugila ex hactenus allatis literis annnnciamus, plane indicant, odio in catholicam religionem adductum fuisse tyrannum ad religiosissimos viros perimendos, eosque pro orthodoxa fide mortem pertulisse, ex quo rite consequitur, ex æquali causa, ex æquali supplicio, æqualem consummati martyrii palmam esse ab utroque raportatam.

Laudes fortissimorum hominum, qui effuso sanguine fidem instaurare satagerunt.

§. 6. Hoc fortissimorum hominum trophæum in mamoriam Nobis revocat prisca illa tempora, quibus Christi fides, cum par orbem tarræ pullullatura fœcundius, iunumarorum pane martyrum sanguine sereretur, in Sioarum imperium, cujus ferunt olim Tonquinum fuissa provinciam, vel anta Nestoriansm infactionem, pervasit; lætsmurque in Domino vehemeoter neque hodie deesse homines divites in virtute, qui effuso sanguine eamdem fidem illic instaurare contendunt. Scimus itam alins plures inventos esse, qui non multis ab hine aonis magna hac martyrii laude præstitarunt; sed Hyacinthi, et Vincentii laus eo ast utilitior, at fructuosior, quod sua corona, plurimis aliorum martyrum coronis addita, non solum looginquis iis partibus profuarunt, sed Nostris etiam regionibus prodesse maxime valent, in quibus hodierna ætste christiana fides virulantis doctrinis impetitur.

Exprobatio est in christianæ professionis aggressores.

§. 7. Quidquid contra nitantur catholicæ professionis aggrassores intalligant saoe, vel inviti nacesse est, ad cetera Nostræ fidei certitudinis argumenta magnum accedare robur ex martyrum virtute, et in moriando alacritate. Quomodo anim ad martyrium ultro plures accurrissent, quam quibus iatarimendis sufficeret ipsa sævientium immanitas? Quomodo genere, atque honoribus præstantes, divitiis, et vitæ commodis affluentes ad supplicia convolassent? Quomodo fnissent tot virgioes impavidæ, adolescentas intrepidi, rudes invicti, tortores conversi, nisi Deus legitimæ varitatis causa certantibus inaspectabili ratione adveniens, martyrii peragisset cursum, ut qui solus sensum, atqua naturam vincere possit? Idcirco jura ac merito sancti patres docuerunt, per martyrinm discera homioes Christo cradere; ambigantes confirmari; religionem defendi; Ecclesiam roborari.

Fructus martyrii

§. 8. Quapropter quanto acriores exstiterut advarsariorum impatus, tanto palmæ ex ferocieotibus tyraonis reportatæ, aliæ ex aliis uberiori semper germine pullularunt. Illustris da hoc est Sulpicii Severi santentia: dum omnis, inquit, fere orbis sacro martyrum cruore infectus erat, certatim gloriosa in certamina ruebatur; multoque avidius tunc martyria gloriosis moribus quærebantur, quam nunc episcopatus pravis ambitionibus appetuntur. Consonæ sunt patrum adsertiones; comprobant idipsum sacra monumenta; apostolicerum missionum propagatio confirmat.

Monita ut Christifideles qui martyres per supplicia sequi non possunt sequantur per virtutem.

§. 9. Utinam igitur, nostrorum martyrum documento, sæculi hujus sapientes falsis renuncient opinionibus, sicut illi, pro fidei veritate, vitæ renunciarunt; et dum eos sequi non possunt per supplicia, sequantur per vir-

tutem. Utinam intimo corde recogitent, quod dum martyres Nobis fidem veram duro agone commendant, efflictionem præcedentium, instructionem Deus efficit posterorum; illos examinat, ut nos erudiat; illos conterit, ut nos acquirat; eorumque cruciatus nostros vult esse profectus.

Ordo Prædicatorum ad quem martyres pertinebant, decoratur per nominationem cardinalis Boxadors ejusdem ordinis magistri generalis.

§. 9. Postquem hæc vobis ingenti animi gaudio commemoravimus, opportunum esse arbitramur jucunditatem Nostram, non sola enunciatione, sed publica etiam significatione exponere. Idcirco cogitationem Nostrem convertimus ad præclarum Prædicatorum ordinem, omni commendatione dignissimum, a quo, quemadmodum duo prælaudati alumni huic Nostræ allocutioni jucundissimum argumentum præbuerunt; ita alii quam plurimi sanctitate, doctrina, dignitate præstantes jamdudum Nostram excitarunt devotionem, ut illius nomen assumeremus, qui Dominicanæ familiæ simul, et apostolicæ cathedræ gloriam amplificavit. Ut igitur singularis Nostræ benevolentiæ erga eumdem ordinem testimonium exhibeamus, eum purpura decorare statuimus, qui a viginti ferme annis tanta illi præest cum laude, ut nullius incongruæ voluntati deserviverit magistrum, nempe Joennem Thomam de Boxadors; a quo insuper retineri volumus generale magisterium, Nostro, et Sedis apostolicæ beneplacito duraturum, perinde ac a prædecessoribus Nostris actum fuit in promotione cardinalium Cejetani Justiniani, Gellamini, et Pipiæ, qui omnes simili honore decoreti, in generalitio Prædicatorum magisterio una cum cardinalatu perstiterant.

Aliorum cardinalium nominatio

§. 10. Præterea ut animi Nostri lætitiem quisque cumulatius comprehendat, declarare intendimus duos alios collegas vestros, quos in pectore reservavimus in consistorio secreto habito die 17. julii correntis anni: alterum Franciscum Mariam Banditi, archiepiscopum Beneventenum: alterum vero Ignatium Boncompagni, pro-legatum Boniæ. Habemus in primo egregia merita in gesto episcopatu montis Falisci, et in generali præfectura sui ordinis Clericorum Regularium, e quibus collegiom vestrum habuit cardineles non minus pietate, quam literarum scientia conspicuos, et catholica religio operarios, qui in remotissimis regionibus orthodoxam fidem disseminarunt. Splendent in elio vividum ingenium, agendi robor, ut merito sperandum sit, quod æmuletor fiat virtutum insignium ejus propinquorum, presertim utriusque Gregorii XIII., et XV., ac Alexandri VII. de hac epostolica Sede, ac Romana curia optime meritorum. Atque id conjicere jam nunc possumus ab assiduo, et plane feliciter impenso ab ipso studio in exsiccatione paludium Bononiensium, per magni quidem momenti opere, quod Nos impulit, ut jampridem declararemus, Nos illi veniem non daturos, ut ab incœpto, etiam post adeptum cardinalatum, desisteret, quo magis in dies de Nobis benemereri possit.

Quid vobis videtur?

Creatio supradictorum cardinalium.

§. 11. Auctoritate omnipotentis Dei, sanctorum apostolorum Petri et Pauli, ac Nostra declaramus S. R. E. presbyterum cardinalem Franciscum Mariam Banditi, et diaconum cardinalem Ignatium Boncompagni. Insuper creamus presbyterum cardinalem Joannem Thomam de Boxadors, cum derogationibus, et clausulis necessariis, et opportunis, et præsertim quod constitutiones, decreta, leges, usus, et consuetudines in ordine Prædicatorum vigentes non obstent præfato cardinali Joanni Thomæ in prosequutione magisterii generalis ejusdem ordinis, ut prius.

In nomine Pa✠tris, et Fi✠lii, et Spi✠ritus Sancti. Amen.

LXVI.

Dat. die 15 novembris 1775 Anno I.

Confirmatio erectionis confraternitatis Redemptionis captivorum civitatis Lucanæ

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriem

Proemium.

§. 1 Pietatis, et christianæ charitatis opera, quæ Salvator, et Dominus Noster Jesus Christus, cujus vices licet immeriti gerimus in terris fidelibus suis instanter commendavit, ubique cum divini cultus incremento, et animarum salute, confovere jugiter satagentes, iis omnibus, quæ ad eorumdem piorum operum exercitium conservandum, augendumque pertinent, libenter cum a Nobis petitur, apostolici muniminis firmitatem adiicimus.

Erectio confraternitatis.

§. 2 Cum itaque sicut accepimus in ecclesia abbatiali nuncupata sancti Hieronymi civitatis Lucenæ dudum una pia, et devota utriusque sexus Christi-

fidelium confraternitas sanctissimæ Pietatis nuncupata sub titulo Redemptionis captivorum christianorum vulgo *del Riscatto* canonice erecta, ac instituta fuerit, ea vero, quæ a Sede apostolica approbantur, et confirmantur, firmiora sint, et exactius ab omnibus servari soleant; ideo pro parte dilectorum filiorum officialium, et confratrum confraternitatis hujusmodi Nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus erectioni, et institutioni prædictæ apostolicæ confirmationis robur adiicere, aliasque in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Confirmatio erectionis.

§. 3. Nos igitur, qui devotionem, et piorum operum, ac divini cultus incrementum, et animarum salutem sinceris desideremus affectibus, eosdem confratres, et consorores specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, ac eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, at poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, erectionem, et institutionem prædictas, quatenus canonice, ut præfertur, factæ fuerint, apostolica auctoritate tenore præsentium approbamus, et confirmemus, illisque apostolicæ, ac inviolabilis firmitatis robur adiicimus, ac omnes et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui in præmissis quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in prædicta ecclesie confraternitatem sub titulo prædicto, cujus confratres, et consorores processionaliter incedere, devota officia decantare, se se congregare, et cætera, quæ per confratres, et consorores aliarum confraternitatum fieri solent, facere libere, et licite valeant, sine alicujus præjudicio, et dummodo ordinarii loci ad id accedat assensus, auctoritate, et tenore prædictis perpetuo erigimus, ac instituimus.

Concessio facultatis condendi statuta licita tamen, et per ordinarium loci approbanda.

§. 4. Nec non confratribus, ac consororibus dictæ confraternitatis pro tempore existentibus, ut quæcumque capitula, statuta, decreta, et ordinationes pro salubri eorum, et confraternitatis prædictæ gubernio, ac directione, necessaria, et opportuna, licita tamen, ac honesta, et sacris canonibus, ac concilii Tridentini decretis non contraria, et per ordinarium loci examinanda, et approbanda facere, atque edere, eaque jam facta pro tempore, prout eis videbitur, et expediens fuerit, prævia tamen examinatione, et approbationa hujusmodi mutere, alterare, corrigere, ac in melius reformare.

Potestas recipiendi res donatas et legatas.

§. 5. Ac insuper omnia, et singula legata relicta, res, et bona quomodolibet qualificata mobilia, et immobilia per quoscumque Christifideles dictæ confraterniteti per viam testamenti, donationis, aut alia quomodolibet data, et relicta recipere, illaque per eorum deputatos, sive administratores regere, et gubernare, ac administrare, et in ipsius confraternitatis, et ejus piorum operum usus convertere, ita tamen ut de receptis, et administratis per eos ordinario loci hujusmodi juxta decreta concilii Tridentini rationem reddere teneantur, libere, et licite possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Concessio indulgentiarum.

§. 6. Præterea, ut dicta confraternitas sic erecta majora in dies suscipiat incrementa, de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui dictam confraternitatem in posterum ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam, nec non tam descriptis, quam pro tempore describendis in dicta confraternitate confratribus, et consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere quoque poenitentes, et confessi ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti, nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint etiam plenariam. Ac eisdem nunc, et pro tempore existentibus dictæ confraternitatis fratribus, et consororibus etiam vere poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem confraternitetis ecclesiam, sive cappellam, vel oratorium die festo principali ejusdem confraternitatis per confratres, et consorores hujusmodi semel tantum eligendo, et ab ordinario approbando a primis vesperis usque ad occasum solis festi hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et inibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltetione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiem, et remissionem misericorditer in Domino concedimus; nec non dictis confratribus, et consororibus etiam vere

poenitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis ecclesiam, vel cappellam, seu oratorium hujusmodi in quatuor aliis anni feriatis, vel non feriatis, seu dominicis diebus per eosdem confratres, et consorores semel tantum eligendis, et ab eodem ordinario approbandis, et ut præfertur, orantibus; quo die prædictorum id egerint septem annos, et totidem quadragenas: quoties vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella, vel oratorio hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis, seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, nec non etiam, qui corpora defunctorum tam confratrum, et consororum dictæ confraternitatis, quam aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque processiones de licentia ordinarii faciendas, sanctissimumque Eucharistiæ sacramentum tam in processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias ubicumque, et quomodocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, aut si impediti, campanæ ad id signo dato, semel orationem Dominicam, et salutationem Angelicam dixerint, aut etiam quinquies orationem, et salutationem easdem pro animabus defunctorum confratrum, et consororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes præcapta Dei, ac ea, quæ ad salutem sunt docuerint, aut quodcumque aliud pietatis, et charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum exercitio, sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Volumus autem, ut si dicta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet instituatur, priores, et quævis aliæ literæ apostolicæ quoad indulgentias illi nullatenus suffragentur, sed ex tunc nullæ sint eo ipso. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta novembris millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

LXVII.

Dat. die 17 novembris 1775. Anno I.

Confratribus, et consororibus confraternitatis sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatæ civitatis Lucanæ indulgetur, ut lacticiniis, et ovis vesci possint quadragesimæ tempore.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Laudes instituti redemptionis captivorum

§. 1. Laudabilem sane voluntatem, atque pietatem eorum Christifidelium, qui, ut alienam fratrum suorum redimant calamitatem, omnem curam, studium, operamque suam in id potissimum conferre satagunt, ut scilicet ii, qui penes tartaras nationes, non sine vitæ, et quod magis est, æternæ quoque animarum suarum salutis periculo captivi reperiuntur, quam celerrime a captivitate hujusmodi liberentur, ex pastoralis officii Nostri debito, non solum fovendam merito in Domino arbitramur, sed ut ipsorum animi promptiores, alacrioresque ad rem hanc peragendam magis magisque reddantur, illos privilegiis, et gratiis prosequimur opportunis.

Erectio confraternitatis et privilegia eidem concessa.

§. 2. Nuper siquidem Nos per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas unam utriusque sexus confraternitatem dudum canonice, ut asserebatur, ordinaria auctoritate erectam, atque institutam sub titulo, seu invocatione sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatam in ecclesia abbatiali pariter nuncupata sancti Hieronymi civitatis Lucanæ apostolica Nostra autoritate confirmavimus, et approbavimus, ejusdemque confraternitatis confratribus, et consororibus nonnulla privilegia, facultates, gratias, atque indulgentias sub certis modo, et forma tunc expressis concessimus, et indulsimus, ac alias prout in eisdem Nostris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Tenor novæ concessionis

§. 3. Nunc autem confraternitatem prædictam, ejusque confratres, et consorores nunc, et pro tempore existentes amplioris favore gratiæ prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et intedicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte in-

currerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus illorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ejusdem confraternitatis nunc, et pro tempore existentibus confratribus, et consororibus, in ditione, et universo dominio Lucano tantum commorantibus, et pia opera a statutis dictæ confraternitatis in captivorum præsertim redemptionem demandata, atque præscripta, prompte peragentibus, non tamen illis, qui archiepiscopi, episcopi, et inferiores prælati, nec non cujusvis regularis ordinis professores, et quoad ecclesiasticos sæculares, qui ad sacrum presbyteratus ordinem promoti respective sint, et fuerint, nisi hujusmodi archiepiscopi, episcopi, prælati, aliique ecclesiastici regulares, et presbyteri sæculares, sexagesimum ætatis annum compleverint, ut ipsi, et respective ipsæ, et eorum singuli, seu earum et singulæ omnibus tam dominicis, quam ferialibus diebus quadragesimæ, etiam dominica in Palmis, et per hebdomadam majorem nuncupatam, ovis, et lacticiniis vesci, servatis tamen in singulis feriis jejunii legibus, et unica tantum comestione in die libera, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo concedimus, et indulgemus.

Facultas dispensandi super votis simplicibus, exceptis solemnibus.

§. 4. Nec non dictis confratribus, et consororibus, ut dispensari possint super votis simplicibus per eos, ac eas emissis in alia pia opera rite commutandis, exceptis tamen votis solemnibus religionis, et castitatis, facultatemque præterea, postquam dicti confratres, et consorores semel tantum, nunquam vero pluries, confraternitati hujusmodi nomen dederint, et in ea adscripti, seu respective adscriptæ fuerint, in toto ipsorum, et earum vitæ decursu, ac etiam in mortis articulo eligendi sibi confessarium ex approbatis ab ordinario loci, qui eos, et eas peccatis Sedi tantum apostolicæ, non autem ordinariis locorum respective reservatis, nisi eorumdem ordinariorum licentia accedat, absolvere libere pariter, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Extensio indulgentiarum, et privilegiorum aliis confraternitatibus concessorum in ditione Lucana existentibus.

§. 5. Atque insuper de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi, prædictis confratribus, et consororibus pia opera in eisdem statutis contenta, et expressa prompte, et ad formam dictorum statutorum adimplentibus, ut ipsi, et ipsæ de cætero perpetuis futuris temporibus de omnibus, et singulis indulgentiis, et peccatorum remissionibus, ac pœnitentiarum relaxationibus quibusvis aliis confraternitatibus, sodalitatibus, ac congregationibus in universa ditione Lucana existentibus, alias jam per apostolicam Sedem concessis, et elargitis, veluti si illarum essent confratres, et consorores, illisque personaliter essent adscripti, et adscriptæ, atque eædem indulgentiæ, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes confraternitati prædictæ sanctissimæ Pietatis redemptionis captivorum nuncupatæ specialiter essent concessæ, quæ per ejusdem confraternitatis confratres, et consorores nunc, et pro tempore existentes etiam animabus Christifidelium defunctorum, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possint, plene, et libere fruantur auctoritate, et tenore similibus concedimus itidem, et indulgemus.

Applicantur indulgentiæ confraternitati concessæ etiam monialibus, aliisque pia opera adimplentibus præscripta in statutis confraternitatis.

§. 6. Demum confratribus, et consororibus prædictæ confraternitatis nunc pariter, et pro tempore existentibus hujusmodi, Lucæ videlicet commorantibus, et eamdem ecclesiam sancti Hieronymi; monialibus vero cujusvis ordinis, et instituti regularis existentibus, ac mulieribus, et puellis in quibusvis conservatoriis degentibus, nec non quibusvis aliis extra civitatem Lucanam commorantibus, dictæ tamen confraternitati respective adscriptis, ac pia opera in dictis statutis demandata adimplentibus, qui ecclesias, seu cappellas ab earum regularibus, seu aliis respective superioribus, et ordinariis locorum designandas devote diebus stationum urbis visitaverint, et in eis pias preces effuderint, omnes, et singulas indulgentias, ac peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes alias ecclesiis dictæ urbis, in quibus dictæ stationes fixæ existunt, concessas, pari auctoritate, et tenore concedimus, ac perpetuo in Domino elargimur. Atque concessionem, facultatem, indultum, relaxationem, et elargitionem prædictas, quæ ejusdem confraternitatis confratribus, et consororibus pia opera in statutis præfatis contenta adimplentibus per præsentes tributa sunt suffragari decernimus, et de illis, excepto tamen privilegio vescendi ovis, et lacticiniis confratribus in ditione prædicta tantum commorantibus concesso etiam confratres, et consorores extra ditionem Lucanam prædictam commoran-

tes quotiescumque tamen pia opera præscripta ab eisdem statutis expleverint, participes esse declaramus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subcriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die decima septima novembris millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.

Datum die 18 novembris 1775 Anno I.

LXVIII.

Confirmatio omnium, et singulorum privilegiorum eminentissimi episcopi Ostiensis, et Veliternensis super privativa ejus jurisdictione in dictis civitatibus, tam in civilibus, criminalibus, et oeconomicis, exclusive ad quæcumque tribunalia urbis, etiam congregationis ad consultanda pontificiæ ditionis negocia designatæ, et reintegratio jurisdictionis privativæ pro omnibus oeconomicis comunitatis Velitrarum exclusive ad sac. congregationem Boni Regiminis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ut primum nullis meritorum Nostrorum suffragiis; sed omnipotentis Dei benignitate ad universa Ecclesiæ gubernacula admoti fuimus, statim animo perspeximus molestiarum et procellarum moles, quæ in tam periculoso, difficilique navigationis cursu Nobis undique impenderent. Qua cogitatione deterriti prope animum abjecissemus, nisi infirmitatem Nostram jactavimus in Deum, qui imperat ventis, et mari, ac repente fit tranquillitas magna. Mox edocti exemplo Jesu Christi, qui licet efficere posset unus omnia, quæ vellet, tamen apostolos adjutores, administros, operarios adhibuit ad fundandam Ecclesiam, quam acquisivit sanguine suo, et Nos multo magis in partem apostolici muneris advocavimus venerabiles fratres Nostros cardinales, ut Nobiscum sedeant in puppi, et præsto sint consilio, auctoritate, fide, quorum benevolentiæ debere Nos plurimum nemo ignorat, et nos præferimus. Ipsi enim Nobis, licet non multo antea in eorum collegium cooptati fueramus, tamen clavum christianæ reipublicæ, et tantarum rerum administrationem tradere non dubitarunt. Quæ tamen suffragiorum pulcherrima significatio, ut in ipsis vehementius quoddam charitatis studium inflammare debet ad adjuvandam imbecillitatem Nostram, ita in Nobis gratam recordationem excitat adeo, ut nullam elabi occasionem patiamur, quin paterno affectu, et pontificia liberalitate benemeritos de Nobis venerabiles fratres Nostros prosequamur, ut quæcumque illis utilia, atque honorifica esse dignoscuntur, libentissime deferamus.

Laudes decani sacri collegii, qui jus habet coronandi summum pontificem, et temporalem dominationem civitatis Veliternæ

§. 2. Quos inter cum Nobis episcopalis muneris necessitudine conjunctiores sint cardinales episcopi, quos suburbicarios vocant, et præsertim episcopus Ostiensis, et Veliternensis, qui plerumque decanus sacri collegii solet esse, æquitas postulat, ut majorem quamdam rationem habeamus ejus dignitatis, quam ad totius amplissimi collegii splendorem, decus, existimationemque redundare intelleximus. Is enim ex omni temporis vetustate habet prærogativam sane illustrem consecrandi, coronandique Romanum electum pontificem, ut mirum videri non debeat, si pontifices amplioribus illum privilegiis quasi certatim cumulaverint, et eidem præsertim civitatis Veliternæ dominatum etiam temporalem, omnimodamque illius jurisdictionem quasi dono attribuerint.

Vicissitudines quibus eadem dominatio subjecit.

§. 3. Sed Nos legendo comperimus, non eamdem omni tempore hujus privilegii vim, ac statum mansisse, sive quod episcopus Ostiensis, et Veliternus de ea diligentia, constantiaque, qua jus illud defendi oportebat, remiserit; sive quod nonnulli magistratus, qui quod aliis concedítur tamquam sibi ereptum dolent, idem privilegium evertere conati sunt. Primum itaque Franciscus cardinalis

Pisanus eo privilegio uti negligenter desiit; sed non multo post cardinalis Johannes Moronus honorificentissimis a sancto Pio pp. V. literis die xviii. julii anno MDLXVI. in antiquam possessionem restitutus est. At contra Sixtus pp. V. anno MDLXXXIX. post mortem Alexandri cardinalis Farnesii jus temporale a spirituali prorsus abscidit, cameræque apostolicæ in perpetuum addixit; sed idem Sixtus V. quasi facti pœniteret, quod toti collegio nimis injuriosum videbatur, integram, et omnimodam jurisdictionem, administrationem, et regimen temporale reservatum voluit ad triennium Joanni cardinali Serbellonio decano simul et episcopo Veliterno, eique liberam facultatem attribuit cognoscendi privative omnes, et quascumque causas civiles, criminales meras, ac mixtas inter quascumque personas quavis dignitate fulgentes tam in curia, quam extra in quibuscumque instantiis eo plane modo, quo usi fuerant, utique sui voluere decessores.

Restitutio, et confirmatio dignitatis episcopi Veliterni.

§. 4. Jam vero imminutam episcopi Ostiensis, et Veliterni dignitatem restituit Gregorius pp. XIV. qui anno MDXCI. die xxiii. martii eidem episcopo sacri collegii decano pro tempore existenti Velitrarum regimen, et jurisdictionem temporalem commisit, et motu proprio memoratam abscisionem, et cameræ apostolicæ addictionem, Sixtique prædecessoris literas revocavit. Qui etiam kalendis maii ejusdem anni ad Alphonsum cardinalem Gesualdum literas dedit, quibus sancti Pii V. privilegium confirmavit, præmissa instauravit, et ad utramque Ostiensem, et Veliternam civitates extendit. Cæteris prædecessoribus Nostris, qui Gregorium subsequuti sunt, nihil fuit antiquius, atque solemnius, quam rata, firmaque ejusmodi habere privilegia. Quippe Innocentius pp. IX. duorum mensium pontifex dicto anno MDXCI. mense decembri Gregorii literas: easdemque ter confirmavit anno MDXCII. Clemens pp. VIII., bis ante, die nimirum xxiii. februarii semel post editam xviii. kalendas augusti constitutionem de Bono Regimine, die nempe xii. septembris cum privilegiis Pauli II., et IV., et sancti Pii V. relato integro dicti Gregorii literarum tenore. Paulus idem pp. V., qui congregationi Boni Regiminis formam tribuit, anno MDCXV. xix. septembris privilegia Pauli II., IV., sancti Pii V., Gregorii XIV., et Clementis VIII. literis suis firmissime roboravit. Id ipsum præstitere Urbanus pp. VIII., anno MDCXXIII. xii. novembris. Innocentius pp. X. anno MDCXLVI. xxiii. aprilis. Alexander pp. VII. anno MDCLXVI. iii. septembris. Innocentius pp. XII. anno MDCXCV. xxii. novembris. Clemens pp. XI. anno MDCC. xviii. decembris. Ac demum Benedictus pp. XIV. (cujus recordatio gratissima Nobis, ac suavissima semper esse solet, quod idem Nos inter suos familiares summa benignitate asciverit, tantique pontificis commendatione, ac præclaro judicio primus Nobis patefactus est aditus ad capessendam rempublicam). Is igitur in sua constitutione: *Quantum ad procurandam*: edita xv. februarii anno MDCCXLII. §. XXVI. disertissime testatus est, se nullum inferre velle detrimentum facultatibus S. R. E. cardinalis sacri collegii decani nunc, et pro tempore existentis ratione Ostiensis, et Veliternæ ecclesiarum.

Lites subortæ super exercitio jurisdictionis eidem cardinali episcopo concessæ.

§. 5. At Clementis VIII. constitutio illa, modo quam nominavimus, causa, et origo fuit dissentionum omnium, et litium, quibus majorem in modum oppugnata fuit cardinalis decani jurisdictio a duabus præsertim congregationibus, quarum altera ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designata dicitur, altera Boni Regiminis. Et prima quidem, quo tempore Thomas Rufus, quem honoris causa nominamus, cardinalis decanus erat, et simul episcopus Ostiensis, et Veliternus, non dubitavit palam illi, et imperiose denuntiare, ut transmitteret quosdam criminum processus. At cardinalis libero, et recto animo præcise negavit. Sed cum pontifex id tum oportere per literas cardinalis secretarii status declarasset, pontifici imperanti paruit, præterea nemini. Altera autem congregatio literas dedit; edicta vulgavit; tabellas datiorum communis sibi transmittendas edixit, accepit, rexit, auxit, et minuit. Hæc vulnera cardinalis decani jurisdictioni inflicta sunt ab administris congregationis Boni Regiminis, qui præcipue didicisse videbantur litigandi rationem, et vias. Etenim preces datæ sunt rec. mem. Clementi pp. XIII. prædecessori Nostro, et principi in Nos munificentissimo, a quo impetrata fuit, atque inde decreta particularis S. R. E. cardinalium congregatio, una cum suo auditore, qui esset a secretis; cui præcidendæ contentionis supar juris-

dictionem causis, et negotiis communitatis Velitrerum summa potestas esset. Lis diu protracta est usque ad prædecessorem sa. mem. Clementem pp. XIV., quo pontifice, propositum fuit in eadem congregatione die xxii. februarii anno MDCCLXXII. dubium: *An, et de cujus jurisdictione constet in causis, et negotiis communitatis Velitrarum?* Eeque causa, quæ œconomice potius, ut ajunt, definiri debuisset, tam vehementer pertrectata est contra secri collegii decenum, ut tacita fere omnium opinione minus fuerit comprobeta. Attamen causæ cecidit cardinalis decanus, pronuntiaturque fuit decretum illud: *constare de jurisdictione sacræ congregationis Boni Regiminis ad formam constitutionum apostolicarum.* Decretum consequuta est sententie, quæ vulgata fuit xiii. julii dicti anni. Quæ temen congregationis sententia non ita circumspecta fuit, ut spes omnis cardinali decano præcideretur suum aliquando jus recuperandi.

Servata fuit cardinalis decani jurisdictio etiam contra decretum congregationis specialiter deputatæ.

§. 6. Moleste tulerunt cardinales plerique omnes, in ea causa dijudicande summum jus nimis diligenter exquisitum fuisse, non adhibitam æquitetem illam, quæ legum semper et moderatrix, et emendatrix fuit, cujus æquitetis ea præsertim vis eret in causa ista, ut habenda esset ratio dignitatis. Et quidem ipse prædecessor noster sa. mem. Clemens XIV. decretum antedictum quodammodo minus probasse visus est, ut confestim auditori suo præceperit, moneri Fridericum cardinalem Lantem congregationis Boni Regiminis præfectum, suam esse mentem, quod Carolus Albertus Guidobonus cardinalis Cavalchinus episcopus, et decenus vitam ageret, nil prorsus de entiqua sue jurisdictione circa temporale suerum civitatum regimen esse immutandum, sed ed obitum usque omnie sarta tecta servenda, editis resolutione, et sententie non obstantibus.

Veliternam sedem sua jurisdictione spoliatam plures cardinales optare noluerunt.

§. 7. At post cardinalis Cavalchini obitum, ven. fratres Nostri Johannes Franciscus episcopus Portuensis card. Albanus deceous, tum Henricus Benedictus episcopus Tusculanus cardinalis Eborecensis sub-decanus, quibus id jus erat, Ostiensem, et Veliternam ecclesias antiquissima jurisdictione, ac suis ornamentis spolietes, ec veluti deformatas optare, atque accipere noluerunt. Ad ipsas tamen studio quodam curandi mejoris boni permotus ascendit venerabilis freter Noster Fabritius cardinalis Serbellonius tunc episcopus Albanensis, ad quem prædecessoris Nostri jussu a memorato pontificis auditore periter datæ sunt literæ, quibus ei potestas facta est, liberam exercendi jurisdictionem in iis, quæ pertinent ad annonam frumentariam, et oleariam communitatis Velitrarum, nec non furnos annonæ addictos, et pecuniem sive arcem ipsius annonæ. Atque hæc mandate, præscriptaque sunt, quemvis ex sententia dictæ congregationis particularis annonæ Veliternæ cura ad congregationem Boni Regiminis pertinere videretur. Non' placuit temen ipsi congregstioni, quæ tributam dicto cardinali Serbellonio liberam memoratos proventue administrandi facultatem quandoque turbare tentavit.

Reintegratio jurisdictionis, et privilegiorum cardinali episcopo concessorum

§. 8. Nos iteque omnibus hisce sedulo perpensis, et diligenter examinatis, considerantes, nulli re ipsa convenientius, quem episcopo Ostiensi, et Veliterno plerumque sacri collegii decano pro tempore existenti, regimen temporale, et oeconomicam jurisdictionem earumdem civitatum, et districtuum, et territoriorum Ostiensium, et Veliternorum committi posse: non ad alicujus super hoc Nobis oblatæ petitionis instantiam, sed motu proprio ex certa scientia, ec de apostolicæ potestetis plenitudine privilegia prædecessorum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali episcopo pro tempore existenti Ostiensi, et Veliterno fere semper decano, antea concessa adprobantes, confirmantes, et innovantes, quorum tenores pro expressis de verbo ad verbum hic haberi volumus, nimirum Pauli II., et IV., præcipue sancti Pii V. concedentium facultatem episcopo Ostiensi, et Veliterno pro tempore existenti per ee, vel per alios cognoscendi omnes, et singulas causas incolarum civitetis Veliternæ, tam civiles, quam criminales, atrocibus exceptis (quam tamen exceptionem omnino delemus, et abrogatam esse volumus, etque decernimus) in prima, et secunda in ipse civitate Veliterna, et in tertia instantia in urbe.

Revocatio dismembrationum factarum ab aliis prædecessoribus.

§. 9. Nec non aliorum prædecessorum Nostrorum Gregorii nempe XIV. qui revocavit dismembrationem factam e prædecessore Sixto V., et applicationem regiminis, et jurisdictionis temporalis cameræ apostolicæ: Innocentii IX., Clementis VIII., Innocentii XII., Clementis XI., et Benedicti XIV. dis-

membrationem, et applicationem jurisdictionis oeconomicæ, et regiminis temporalis Ostiensis, et Veliternæ civitatum factum congregationi boni Regiminis vigore memoratarum resolutionis, et sententiæ congregationis particularis designatæ a fel. rec. Clemente XIII., et coactæ sub sa. mem. Clemente XIV. prædecessoribus Nostris, diebus, et anno præfatis, et alia omnia, et singula potissime præmissas resolutionem, et senteotiam auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo revocamus, cassamus, abolemus, annullamus, et irritamus; ac revocata, cassata, abolita, anoullata, et irrita, nulliusque roboris, et momenti fuisse, et esse, nullique prorsus suffragari posse, seu debere, quamvis in posterum nova ederentur documenta, decernimus, et mandamus; quæ proinde haberi volumus, ac si nullo modo facta, ac lata fuissent, et emanassent.

Declarationes speciales

§. 10. Easdemque ecclesias Ostiensem, et Veliternam, earomque episcopum, ad regimen, et omnimodam jurisdictionem temporalem, et oeconomicam dictarum civitatum, districtuum, et territoriorum cognoscendi omoes, et quascumque causas civiles, criminales com potestate gladii, et usque ad ultimum supplicium inclusive, ac mixtes (nolumus vero quicquam pœnarum, quæ corporum afflictivæ suot, in hac ipsa urbe execntioni mandari)

Exclusio congregationis ad consultanda pontificiæ ditionis negocia

§. 11. Cæterum semota qnacumque facultate congregationis ad consultanda pontificiæ ditiools negotia designatæ, et in prima, et secunda in civitate Veliterna, in tertia vero instantia in urbe, cum omnibus, et singulis arcibus, fortalitiis, palatiis, hortis, omnibusque aliis turribus, pertinentiis, adjacentiis, et annexis quibuscumque, prout episcopus Ostiensis, et Veliternus ante dictam constitutionem super Bono Regimine a san. mem. Clemente VIII., atque ante dismembrationem, et unionem vigore dictarum resolutionis, et sententiæ factam, gaudere, frui, possidere poterat, et jam ante dismembrationem, unionem, et incorporationem san. mem. Sixti V. revocatam a san. mem. Gregorio XIV. ac in pristinum, et eum, in quo ente præmissa quomodolibet erant, statum reponimus, restituimus, et privative omnino ad congregationem Boni Regiminis, et alteram ad consultanda negotia pontificiæ ditionis designatam plenissime redintegramus.

Remotio congregationis Boni Regiminis ab oeconomica jurisdictione in territorio Veliternæ dioecesis

§. 12. Ita quidem, ut nunc, et pro tempore existens episcopus Ostiensis, et Veliternus regimen, omnimodam jurisdictionem temporalem, et oeconomicam dictarom civitatum, districtuum, et territoriorum, cum omnibus suis pristinis honoribus, omnibus privilegiis, et facultatibus in omnibus, et per omnia gerere, et exercere possit, et debeat, perinde ac si illa ab eisdem ecclesiis dismembrata, et separata, ac dictæ cameræ et cong. Boni Regiminis incorporata, applicata, et unita, ejusque constitutio edita nunquam fuissent. Quin immo pro majori cautela prædicta omnia per præsentes, innovamus, ac denuo episcopo Ostiensi, et Veliterno concedimus, et indulgemus, et elargimur, atque ad utramque ecclesiam Ostieosem, et Veliternam, earumque civitates, incolas, populos, et subditos similiter perpetuo extendimus, et privative servari mandamus.

Prohibitio, et interdictio confugiendi ad dictam congregationem sub poenis arbitrio episcopi reservatis.

§. 13. Cæterum ad præfocanda, ac penitus elidenda semina omnia cujuscumque controversiæ, quæ subori-ri posset circa administrationem oeconomicam Velitrarum, interdicimus ejusdem communitatis hominibus quibusvis, ut ne audeant ullo pacto, ulloque prætextu confugero ad congregationem Boni Regiminis, ejusque administros, sub pœnis arbitrio præfati cardinalis episcopi infligendis; et vicissim administris, et officialibus supradictis mandamus, ut supplices corum libellos, et instantias quascumque reiciant, proposita iis, qui contra fecerint poena privationis officii, et aliis Nostro, Nostrorumque successorum arbitrio infligendis. Quo circa ministris, ejusdem congregationis Boni Regiminis mandamus, ne in posterum eas, quas dicunt onerum, et collectarum sive cameralium, sive communativarum tabellas, et respective processus amplius exquirant, nec ad urbem, et congregationes ipsas trasmitti postulent; sed et acceptas existentes, et hactenus transmissas tabellas post editam constitutionem, et Institutam Boni Regiminis congregationem statim restitui, et consignari venerabili fratri Nostro Fabritio S. R. E. episcopo Ostiensi, et Veliterno cardinali Serbellonio, districte præcipimus; irritas, et inanes decernentes earum, eorumque ab initio fuisse transmissiones.

Recursus ad solam sanctam Sedem, excluso medio, reservatur.

§. 14. Quod si aliquando contingat delictorum processus diligentiore putari dignos examine, volumus, nihil per congregationem ad consultanda

pontificiæ ditionis negotia designatam injussu Nostro, aut pro tempore existentis Romani pontificis attentari, agique posse, sed Nobis, et successoribus Nostris dumtaxat consultis expostulari, et pontifice solum, et expresse jubente ad urbem posse transmitti.

Praeceptum de parendo constitutioni

§. 15. Præterea in virtute sanctæ obedientiæ mandamus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali camerario, cardinalibus congregationum Boni Regiminis, et ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatæ, cameræ Nostræ auditori generali, thesaurario, palatii Nostri præfecto, cæterisque omnibus urbis congregationibus, et judicibus quibuscumque quacumque jurisdictione, dignitate etiam cardinalitia decoratis, ne deinceps sine expresso oraculo Nostro, vel successorum Nostrorum similibus literis patefacto, in regimen, jurisdictionem, et administrationem œconomicam hujusmodi se se quoquomodo intromittere audeant, seu præsumant, sed regimen, et omnimodam jurisdictionem temporalem, œconomicam administrationem, et omnia alia prædicta eidem episcopo Ostiensi, et Veliterno pro tempore libere, prout ante relatam editam constitutionem super Bono Regimine, dismembrationem, unionem, et incorporationem extabant, dimittant, et relaxent, ita ut liceat dicto episcopo regiminis, et omnimodae jurisdictionis temporalis, et oeconomicæ administrationis, et aliorum præmissorum possessionem propria auctoritate, et vigore præsentium per se, vel per alium, seu alios apprehendere, et retinere, atque regimen hujusmodi, jurisdictionem, et administrationem per se, vel per alium, seu alios regere, administrare, atque exercere: constitutione sa. mem. Clementis VIII. prædecessoris, et facultatibus congregationis ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatæ non obstantibus, quibus in hac parte, quatenus oporteat, expresse derogamus, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem episcopum Ostiensem, et Veliternum persæpe decanum, veluti præcipuis privilegiis insignitum haudquaquam comprehendere declaramus.

Clausulae salutares.

§. 16. Decernentes, eadem præmissa, et alia omnia, in supramemoratis prædecessorum Nostrorum, et præsentibus Nostris literis contenta ab omnibus inviolabiliter perpetuis futuris temporibus observari, ac ita per quoscumque judices, et commissarios etiam ipsius cameræ, et palatii apostolici causarum auditores Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam a latere legatos, congregationes omnes, etiam illam Boni Regiminis, illamque ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatam, sublata eis, eorumque cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere.

Decretum irritans.

§. 17. Irritumque quoque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate fulgente, etiam specialissima mentione digno scienter, vel ignoranter quomodolibet contigerit attentari.

Derogationes speciales, et generales.

§. 18. Non obstantibus fel. rec. Bonifacii VIII. de una, et concilii generalis de duabus dietis: dummodo quis vigora præsentium ultra tres dietas ad judicium non trahatur, ac aliis apostolicis, ac provincialibus, et synodalibus concilii editis specialibus, et generalibus constitutionibus, et ordinationibus, Bulla Clementis pp. VIII. de Bono Regimine, resolutione, et sententia a prædicta congregatione particulari sub decessore Clemente pp. XIV. vulgatis, Pii pp. IV. de registrandis, regula cancellariæ Nostræ apostolicæ; de jure quæsito non tollendo, eo quod nec citate, nec audita fuerit congregatio Boni Regiminis, facultatibus congregationis ad consultanda pontificiæ ditionis negotia designatæ, ac quibusvis aliis, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, immemorabili centenariæ, et cujuscumque generis aliis generalibus, seu particularibus consuetudinibus; privilegiis, indultis, literis apostolicis prædictis auditoribus, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalibus etiam a latere legatis, et congregationibus sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie ex motu proprio, et ex certa scientia, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, adprobatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiam si de illis, ac totis eorum tenoribus specialis, specifica, individua, et expressa mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda forat, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum insererantur, præsentibus pro sufficienter expressi habentes illis alias in suo robore permansuris hac vice

dumtaxat, et pro præmisso tantummodo effectu in hisce Nostris literis expresso specialiter, et expresse derogantes, cœterisque contrariis quibuscumque; ita ut nunquam, nulloque tempore liceat cuiquam præsentes Nostras literas de subreptionis, vel obreptionis vitio insimulare. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima octava novembris MDCCLXXV, pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 18 novembris 1775. Anno I.

LXIX.

Beatificatio ven. servi Dei Bonaventuræ a Potentia sacerdotis professi ordinis fratrum minorum Conventualium s. Francisci.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium

§. 1. Infestissimus humani generis hostis nil unquam intentatum relinquens, quo animabus Christi sanguine redemptis exitiales ubique ponat insidias; ea etiam, quæ amantissimi Salvatoris charitas dirigit ad salutem, in illarum ipse perniciem vertere solicita calliditate conatur. Ineffabilis Redemptoris bonitas docuit angustam portam, arctamque viam esse, quæ ducit ad vitam; latam vero, quæ ad perditionem, et interitum: oportere igitur, ut laboriosum iter ingressi per tribulationes multas, quasi violenter cælorum regnum capere, enixe contendamus. Quo tamen divino monitu tepidi, desidesque fideles erigi, atque excitari maxime deberent, eo contra insidiantis daemonis astu sæpe misere deterrentur, et nimiam lapsæ, corruptæque naturæ imbecillitatem causati, fingentesque laborem in præcepto, vel pedem inferre in vias mandatorum Dei reformidant, vel vix dato gradu turpiter revocant; non attendentes omnia nos posse in eo qui nos confortat, fideli Deo, qui nec patitur nos tentari supra id, quod possumus. Verum, ut animalis homo ea, quæ Dei sunt, non intelligens, sapiat, tandem summa Dei miserentis providentia factum est, ut gloriosi cujusvis ordinis, et conditionis viri omni quoque tempore in Ecclesia surrexerint, qui fortes in bello cum antiquo serpente in viis Domini tamquam in latitudine usque ad consummationis exitum ambulantes latum nimis mandatum Dei esse proprio exemplo cunctis ostenderent.

Laudes venerabilis servi Dei.

§. 2. In istorum sane numero censendus venerabilis Dei servus Bonaventura a Potentia, qui ab ineunte ætate in lege Domini sanctissime ambulans majores tamen in corde suo ascensiones disposuit, dum inclyti ordinis minorum Conventualium sancti Francisci disciplinam amplexus est; et novo veluti vinculo Christo vehementius obstrictus, quasi vas auri solidum ornatum omni lapide pretioso, in domo Domini enituit. Ardentissima enim erga Deum, et proximos charitate, humilitate, innocentia, cum incredibili ferme vitæ austeritate conjuncta, cæterarumque virtutum laude floruit; et quod aliis sanctis viris divina dispensatione usuvenisse novimus, ut nimirum certa quadam, reliquas inter, virtute præcellerent, ut hinc Ecclesia mirabili quadam circumdata varietate magis magisque nitesceret; id ipsum venerabilis servus Dei, Domino adjuvante, est consecutus. Obedientiam enim præclarius sibi excolendam proposuit; eamque maximam, matremque cæterarum virtutum merito prædilexit. Hac nihil unquam antiquius habuit, summumque, quoad vixit, illi jus fuit, nihil arbitrio suo agere, per omnia ad parentum primo, superiorum deinde nutum potestatemque pendere. Obedientia perpetuo duce justus ambulans, in simplicitate stultus propter Christum factus est, ut fieret sapiens, callidique hostis delusis insidiis locutus est victorias, donec cursu consummato ad paratam in cœlis immarcescibilem coronam evolavit.

Fama sanctitatis illius.

§. 3. Post obitum, percrebrescente fama sanctitatis venerabilis servi Dei eo tandem omnium vota perducta sunt ut confectis apostolica auctoritate processibus, et in sacra Rituum congregatione institutis de more judiciis tum super vitæ sanctitate, ejusque virtutibus, tum super miraculis, quæ a Deo ut ostensam faceret servi Dei sanctitatem patrata asserebantur; riteque perpensis omnibus, sanctæ memoriæ Clemens XIV. prædecessor Noster, et heroicas judicaverit servi Dei virtutes, et miraculorum oraculo suo asseruerit certitudinem.

Illius cooptatio in numero beatorum.

§. 4. Nos itaque in hac supremi apostolatus celsitudine, Dei voluntate, non quidem Nostris meritis, constituti,

cum, audifis cerdinelium, et consultorum ejusdem sacræ Rituum congregationis suffragiis, cognoverimus, posse, quendocumque Nobis videretur, prædictum Dei servum beatum declereri, communibus etiam votis, et preoibue ennuentes, tenore præsentium, deque epostolicæ enctoritatis plenitudine concedimus, et indulgemus, ut idem servus Dei Bonaventure a Potentie in posterum beeti nomine nuncupetur, ejusque corpue et reliquiæ fidelium venerationi (non tamen in processionibus circumferendæ) exponentur. Imagines quoque radiis, seu splendoribus ornentur; ec de eo singulis annis die xxvi. octobris recitetur officium, et missa celebretur de Communi Confessoris non Pontificis cum oratione a Nobis epprobata juxte rubricae breviarii et missalie Romani.

Concessio recitationis missæ, et officii cum suis declarationibus.

§. 5. Porro recitationem officii, ac missæ celebrationem hujusmodi fieri concedimus tum pro universa Frencisceanorum familia, tum in civitate Potentiæ, in qua servus Dei ortum habuit, tum in civitate Nuceriæ Pagenorum, ubi regulerem emisit professionem, diuque versatus est, tum denique in civitate Ravelli, in que efflevit animam, ejusque corpus remansit humatum, ab universis Christi fidelibus tem sæcularibus, quam regularibus, qui ad horas canonicas tenentur; et quentum ad missas attinet, etiam ab omnibus sacerdotibus ed ecclesies, in quibus festum peragetur confluentibus. Præterea primo dumtaxat anno a detis hisce literis inchoando in ecclesiis locerum prædictorum solemnie beatificationis ejusdem cum officio, et missa sub ritu duplici majori, die ab ordinariis constitute; postquam tamen in basilica Principis epostolorum de urbe celebrata fuerint ejusmodi solemnie, pro que re diem xxvi. mensis novembris currentis essignamus; pariter celebrandi facimus potestatem.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinetionibus epostolicis, ec decretis de, et super non cultu editis, cæterisque contreriis quibuscumque. Volumus autem, ut præsentium litererum transumptis, seu exemplis, etiem impressis manu secretarii supradictæ congregationis cardinalium subscriptie, et eigillo præfecti, seu pro-præfecti ejusdem congregationis munitis, eadem prorsus fides eb omnibus ubique tam in judicio, quam extre illud habeatur quæ ipsis præsentibus heberetur, si forent exhibitæ, vel osteasæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscetorie die decimanona novembris MDCCLXXV. pontificatus Nostri anno primo.

LXX.

Dat. die 17 novembris 1775. Anno I.

Designetio, et præfinitio munerum officialium s. congregationis Concilii.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriem,

Præstantia sacrosanctæ Tridentinæ synodi.

§. 1. Sacrosanctam Tridentinam synodum, qua post quingentoe fere annos, neo frequentia conventus, nec doctrina, et gravitate petrum, nec megnitudine, et difficultate quæstionum, quæ dogmeta simul, et morum disciplinam continerent, neo studio, ec consensu principum, aliem conctam fuisse illustriorem eccepimue, qui de orthodoxa fide recte sentiunt habent loco arcis munitissimæ divinæ providentiæ miraculo extructæ, que in maximis schismatum, hæresum, dissensionum periculis securitas, et in fœdissima tempestate tranquillites christianæ reipublicæ parta est. Mille clypei pendent ex ea omnis armatura fortium, contre quos teterrimi hæreticorum elliduntur conatus, et ignea nequissimi hostis tele quotidie retunduntur. Neque eliter intelligendi sunt mystici illi clypei, quam canones, et decreta ipse concilii, quæ ut semper, et diligentissime ubique terrarum serverentur, pontifices Romani prædecessores Nostri pro ea potestate, quam ipsis Deus maximus tribuit, magno studio, vigilantieque curarunt, optime intelligentes, ex ea observentia maximes in christianam rempublicam utilitetem redundere.

Erectio congregationis, quæ cognosceret de omnibus causis ad hoc concilium pertinentes; easque, consulto pontifice, definiret.

§. 2. Itaque operæ pretium facturos arbitreti sunt, si Sanctæ Romenæ Ecclesiæ cardinelium congregatio constituetur, quæ de omnibus causis ad hoc concilium pertinentibus cognosceret, nodos quæstionum solveret, difficultates explicaret, ec decreta, consulto pontifice, interpreteretur. Cujus quidem congregationis præfectus cardinalis bon. mem. de Rubeis, cum comitiorum tempore e vite excesserit, Nos, et publicæ totius Ecclesiæ utiliteti, et privatæ ipsius congregationis dignitati, ec splendori egregie consultum iri existimavi-

mus, si primis Nostræ ad apostolatum assumptionis diebus præfectura ille dilecto filio nostro Carolo Victorio Amedeo tituli sanctæ Praxedis S. R. E. cardinali a Lanceis nuncupato committeretur. Atque is quidem, cum sit mirifico quodam pietatis, et religionis studio incensus, ac præterea excellenti prudentia, multiplicique doctrina rerum divinarum ornatissimus, statim circumspiciens, et quasi peritus architectus perlustrans diligentissime partes omnes ejusdem congregationis, animadvertit aliquid vitii inhærescere, quod illius venustati officere posse videretur.

Minores officiales s. congregationis abusum induxerunt aliquid exigendi ab iis, qui ad congregationem confugiunt.

§.3.Id autem est ejusmodi,quod minores officiales congregationis, cnm pro immutata temporum ratione stipendia satis exigua sibi antea assignata vix suppetant ad vitam sustentandam, consuetudinem, sive abnsum potius facile induxerunt, ut officii, et laboris obtentu aliquid vel certum, vel incertum ab iis, qui ad congregationem confugiunt, quandoque exigere non dubitent. Quare pro parte ejnsdem dilecti filii nostri Caroli Victorii Amedei cardinalis Nobis fuit humiliter supplicatum, ut huic malo, antequem redices ageret, occurrere de benignitate apostolica dignaremur. Nos igitur attendentes nihil profecto esse, quod, etsi legibus, sanctionibusque munitum sit, a lubrica tamen, melorumque omnium effectrice cupiditate novis quotidie artibus, coloribusque, si quicquem a consuetudine majorum deflectatur, perverti, atque corrumpi non possit, maximeque interesse eos, qui operam in hujusmodi muneribus locant, vacuos plane, ac liberos ab omni vel minima suspicione avartiæ, pravæque effectionis, nedum corruptelæ esse debere, ut clarius etiam innotescat perpetuum, sincerumque Nostrum, et sanctæ hujus Sedis studium pro religiosa prædecessorumNostrorum constitutionum observantia, simulque quæsitus quivis prætextus adimatur cuilibet usui, aut consuetudini, quibus præclarissimæ hujus congregationis officiales suam quandoque in expediendis negotiis temporalium lucrorum cupiditatem obtegere, aut excusare quovis modo contenderent; nec non laboriosam operam, quam iidem officiales in suis quisque muneribus exercendis præstant, uberiori gratia, ec benevolentia complecti volentes, stipendia, quæ hactenus, eisdem solvi consueverunt, nunc,donec alias Nobis decernere visum fuerit, ita augeri volumus, ut ad congruum vitæ subsidium nihil desit.

Pro removendo abusu augentur stipendia officialium

§. 4. Mandamus propterea, ut singulis officialibus prædictis pendantur unoquoque mense scuta juliorum decem, primo quidem officiali vigintiquinque, alteri vero, et tertio quindecim, quarto decem, quinto demum (quem nunc, ut priorum labores sublevemus, de novo addimus) quinque, directis, et subscriptis a cardinali præfecto, seu a secretario mendatis, seu ordinibus ad provisores montis Pietatis, in quo quidem monte tota summa octingentorum quadreginta scutorum ipsis congregationis officialibus debita in posterum deponenda erit.

Prohibitio recipiendi quidquam etiam sponte oblatum.

§. 5. Ipsisqne officialibus sic de certo, et sufficienti emolumento benigne provisis, volumus, atque districte prohibendo jubemus, ne ii de cætero quicqnem pro quibuscumque negotiis ad ipsam congregationem quomodolibet spectantibus a quovis, etiam prætextu cujuscumque consuetudinis, etsi inveteratæ, petere, et exigere, etiem sponte oblatum recipere audeant, adversusque ees, si in hasce Nostras literas peccasse comperti fuerint, omnes, et singulas canonicas leges, et Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum constitutiones contra dantes, et accipientes latas, atque editas, cum omnibus item, et singulis pœnis per eas indictis, perinde ac si decreta omnia in præmissis contenta, eorumque pœnales sanctiones præsentibus Nostris literis de verbo ad verbum insertæ forent, per easdem præsentes approbamus, confirmemus, et innovamus, decernentes, ac declarentes, prædictis omnibus legibus, ac pœnis subjici, ac subjectas censeri omnes, et singulas personas, quæ hujusmodi congregationi inserviunt cujuscumque gradus, et conditionis existant, qui præter congruum, atque assignatum stipendium, quo solo contenti esse debeant, aliquid elind etiam sponte oblatum, ut præfertur, a partibus, aut aliis, sive pro expeditionis celeritate, sive pro alio extraordinario labore tam procurando, quam scribendo, aut recognoscendo, aut examinando in ejusdem congregationis secretaria, aut archivo, vel extra capere, sive exigere possint.

Poena irrogantur contra, delinquentes

§. 6. Itaut quicumque contra hanc Nostram voluntatem deliquerit, statutas in ipsis pœnas incurrant, cum effectu multari debeant, et puniri, non obstante quolibet usu, aut consuetudine, quam quidem Nos ut abusum minime

ferendum, et qui præscribi numquam possit, damnamus omnino, atque proscribimus. Utque inviolabili harum Nostrarum literarum observantiæ, quantum cum Domino possumus, consulamus, præcipimus, atque mandamus, ut moderni officieles infra mensem a data earumdem, et qui deinceps subrogati fuerint, antequam ad suum obeundum munus admittantur, in manibus cardinalis præfecti, vel, eo a curia absente, aut infirmitate impedito, illius cardinalis, qui in congregatione antiquior fuerit, super omnimoda hujusmodi observantia sancte jurent. Declarantes insuper eos, qui adversus juramentum hocce (tametsi id speramus in Domino numquam eventurum) aliquid vel minimum a partibus, sive ab aliis quovis prætextu recipere ausi fuerint, officio privatos ipso facto censeri, cæterisque pœnis, et censuris subjici debere, quæ contra violantes juramentum, et contra dantes, vel recipientes pro gratia, vel justitia in curia sancitæ sunt.

Excluditur xenia dari solita mense augusti, et die nativitatis D.N.

§. 7. Xenia vero illa, etsi in pecunia, tenuissima tamen, esculenta, et poculenta, quæ hujusmodi officialibus tum mense augusti, tum recurrente sacro Natali die Salvatoris nostri Jesu Christi, quolibet anno contribui consueverunt, et solent, præsentibus literis minima prohibita esse, nec prohiberi decernimus, dummodo tamen sponte oblata tantum recipiantur, non autem veluti officio debita exigantur, receptæque in pecuniis strenæ inter eosdem officieles juxta uniuscujusque gradum, et prærogativam, et servatam hactenus partitionem dividantur.

Præfinitur merces honesta pro secundis, et tertiis exemplaribus documenturum.

§. 8. Cæterum ad occurrendum dubiis, quæ facile oriri possent, harum serie declaramus, quod, communicato semel cuivis petenti, et quidem gratis omnino, et sine ulla prorsus mercede, exemplari cujusvis generis documentorum, quæ in secretaria congregationis pro tempore habentur, si forte alterum, vel tertium, et sic deinceps exemplar a partibus exposcatur, merces quædam honesta quidem, ac moderata ab officialibus præfatis exigi valeat.

Item pro itineris incommodo quando documenta asserventur in tabulario Vaticano.

§. 9. Quod si eveniat, authentica, quæ requiruntur, documenta in tabulario adservari, quod dilectus filius Noster Franciscus Xaverius Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis de Zelada, cum secretarii ejusdem congregationis munere summa cum laude fungeretur, in palatio Nostro Vaticano erigi, et constitui curavit, officiali tum pro itineris incommodo, tum pro scripturæ labore, quam per seipsum diligenter, ac fideliter conficere, et conferre debebit, mercedem operi convenientem ut exiget, utpote rationi, et æquitati consonum, concedimus, atque permittimus. In qua tamen mercede percipienda caveant omnino prædicti officiales, ne mensuram per legitimas taxas, et per approbatum curiæ stylum pro singulis actibus præscriptam, et definitam excedant.

Soluti viri cœlibes, et clericali charactere insigniti recipi possunt in officiales.

§. 10. Pro feliciori vero, et prosperiori ejusdem congregationis directione, et statu volumus, atque mandamus, ut viri cœlibes, et clericali charactere insigniti deinceps assumantur, et quousque cœlibatum servaverint, retineantur, ut liberi, ac toti proprio muneri vacare valeant, et si fide, doctrina, et experientia commendabiles, et sustinendo oneri sibi demandato pares se probaverint, ad cætera etiam, majoraque munera conscendendi viam sibi parent.

Forma, et leges servandæ in electione.

§. 11. Certam autem legem, et formam in horum officialium electione ex nunc præscribere volentes, motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine hisce Nostris literis prohibemus, et interdicimus, ne de cætero ullus, sive Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis, qui præfecti, sive præsul, qui secretarii muneribus pro tempore funguntur, viventibus adhuc ejusdem congregationis officialibus, quemquam veluti coadjutorem alicujus cum officii consequendi jure, vel occulte, vel palam intrudant.

De subrogatione officialium.

§. 12. Quod si propter decessum eorum, seu quamvis aliam cessionem, dimissionem, amissionem, aut privationem alicujus ex prædictis officialibus pro tempore deputatis oportuerit alium in ejus locum subrogare, tres dignos, probatosque viros secretarius cardinali præfecto proponat, qui idoneitate eorum matura consultatione discussa, digniorem, probatioremque inter eos eligat, qui, si Nostrum, et successorum Nostrorum obtinuerit assensum, præstito per eum juramento, ut supra, ad officium admittatur.

Monita, et hortationes.

§. 13. Submoto itaque ab officialium cœtu quocumque vel levi avaritiæ periculo, eos omnes enixe in Domino hortamur, ut pro salubri ejusdem congregationis regimine, et ecclesiasticæ disciplinæ integritate in omnibus, quæ ad eam spectant, pertractandis quam

maxima cautos, oculatosque se præbeant, adeoque eorum virtutis emulatione majores in dies fructus, atque progressus inde proveniant, ac cognitæ, et apectatæ uniuscujusque ipsorum diligentiæ, et fidelitati, a sancta Sede apostolica condigna præmia conferantur.

Clausulæ salutares.

§. 14. Decernentes præsentes Nostras literas etiam ex eo quod officiales prædicti, ac alii quicumque in præmissis quomodolibet interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, aut vocati, seu auditi non fuerint, aliaque quavis de causa quantumvis legitima, et juridica de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel alio quocumque defectu notari, impugnari, redargui, retractari, in jus, vel in controversiam revocari nullatenus posse, sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, et ab officialibus prædictis, ac aliis, ad quos spectat, seu pro tempore spectabit, inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 15. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac SanctæRomanæEcclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere irritum quoque, et inane quidquid secus super omnibus, et singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et consuetudinibus quibuscumque, ac quibusvis vivæ vocis oraculis, privilegiis, indultis, et quibusvis aliis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et decretis in genere, vel in specie, etiam motu proprio, et alias quomodolibet per prædecessores Nostros Romanos pontifices concessis, innovatis, confirmatis, et approbatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia aliqua exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata exprimerentur, et insererentur, præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, et insertis habentes ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permansuris harum serie derogamus.

Mandatum de exemplari servando in secretaria.

§. 17. Ne autem harum literarum ulla ignoratio obtendi possit ab iis præsertim officialibus, de quibus agitur, volumus eas typis impressas in secretarie congregationis Concilii præfixas asservari. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die XXVII novembris MDCCLXXV. pontificatus Nostri anno primo.

LXXI.

Dat. die 9 decembris 1775. Anno I.

Prorogatio officii generalis, et provincialium ordinis beatæ Mariæ de Mercede.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum

§. 1. Nuper pro parte dilecti filii Antoni Emmanuelis de Martalejo generalis ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum expositum Nobis fuit, quod in capitulo generali ejusdem ordinis habito die XXX aprilis anno MDCCLXX in conventu Bilibitano ordinis hujusmodi regni Aragoniæ fuit propositum, et examinatum a toto definitorio, an magis expediret, quod officium magistri generalis, quod per sexennium perdurabat, foret perpetuum, et omnes definitores, nemine discrepante, convenerunt, ac statuerunt, ut magis utile esset universo eorum ordini, magistrum generalem in posterum esse perpetuum, ac alias prout ex resolutione ejusdem definitorii cujus tenorem præsentibus pro plena, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius dicitur contineri. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, idem Antonius Emmanuel animadvertat, quod eædem fere utilitates provenirent, si officium generalis hujusmodi ex sexennio ad duodecim annos protrahatur, atque si officium etiam provincialis, quod ad triennium durat, ad quadri-

annorum perducatur, dum facilius, et commodius provinciales visitarent conventus suarum provinciarum, et valde minores redderentur expensæ, qua de re officium magistri generalis de sexennio ad duodecim annos, et officium provincialium de triennio ad quadriennium protrahendum esse per Nos decerni, et declarari plurimum desideret. Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Preces remittuntur pro informatione, et voto ven. cardinali Rezzonico, cum omnibus facultatibus, et ipse ad rem decretum edidit.

§. 2. Nos igitur ipsum Antonium Emmanuelem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis informatione, et voto venerabilis fratris Nostri Karoli Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis episcopi Sabinensis Rezzonico nuncupati ejusdem ordinis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, preces desuper Nobis porrectas Nostro rescripto edito die vicesima septima novembris remisimus arbitrio ipsius Karoli cardinalis, et protectoris cum omnibus facultatibus necessariis, et opportunis, contrariis quibuscumque non obstantibus, cujus vigore idem Karolus cardinalis, atque protector decretum tulit, tenoris qui sequitur videlicet.

Decreti tenor.

§. 3. Uteotes arbitrio, et facultatibus a ssmo domino Nostro papa Pio VI Nobis uti protectori ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum collatis, præcipimus, atque mandamus, ut officium magistri generalis dicti ordinis de sexennio ad duodecim annos, officiumque provincialis de triennio ad quadriennium protrahatur, contrariis quibuscumque minime officientibus. Die secunda decembris 1775.

C. card. Rezzonico protector.

Loco ✠ signi.

Confirmatio decreti

§. 4. Quo igitur decretum hujusmodi firmius subsistat, et servetur exactius Nos juxta ejusdem Antonii Emmanuelis vota, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique Nostræ inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona decembris millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, pontificatus Nostri anno primo.



Dat. die 25 decembris 1775. Anno I.

LXXII.

Encyclica ad patriarchas, primates, archiepiscopos, at episcopos universæ Ecclesiæ catholicæ.

Venerabilibus fratribus patriarchis, primatibus, archiepiscopis, et episcopis.

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres

Salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium in quo de sua electione in pontificem loquitur

§. 1. Inscrutabile divinæ sapientiæ consilium, cujus semper mirabilia sunt opera, quemadmodum David natu minimum clegit inter mille, sustulitque de gregibus ovium, ut in excelso solio gloriæ positus populum suum regeret, atque in virga directionis Deo redderet acceptabilem; sic adeo non sprevit humilitatem Nostram, ut quamvis in purpuratorum patrum senatum novissimi omnium essemus adscripti, atque postremum locum teneremus, Nos tamen præ ceteris, qui pontificio diademate digniores videbantur, voluerit episcopalis officii habere principatum, et ad tanti honoris sublimitatem evectos universæ Ecclesiæ suæ esse rectores. Quam dignationem plane admirandam, et bonitatem in Nos immensam, quum taciti, et grato animi sensu assidue consideramus, a lacrymis temperare non possumus, beneficentissimam illam misericordiam, simul atque omnipotantiam perpendentes, qua in eum munera sua contulit amplissime, in quo nulla meritorum suffragia invenit; constituens Nos infirmos, et immerentes in caput gentium, ut æterni pastoris vicariam procurationem gerentes in terris, pasceremus Israel hæreditatem suam, eamque adduceremus in montem sanctum Sion cœlestem Hierusalem. Et quoniam maxime convenit, ut obsequium Nostrum, et oblatio consecrati pontificis a sacrificiis Dominicæ laudis inchoetur; non possumus non erumpere in voces exultationis, confitentes Domino, et clamantes cum propheta (1) laudem Domini loquatur os Nostrum; et omnem sanctum ejus anima Nostra, ac spiritus, caro, et lingua benedicat. *At si religiosum est gaudere de dono; necessarium est etiam trepidare de merito. Quid enim tam pavendum, quam labor fragili, sublimitas humili, dignitas non merenti?* (1).

Temporum mulitiam condoletur.

§. 2. Quem non terreret præsens christiani populi status, in quo divina illa charitas, qua in Deo manemus, et Deus in nobis, plurimum refrigescit; scelera autem, ac iniquitates magis in dies invalescunt? Cujus non obrueret animum gravissima illa consideratio, quod Ecclesiam Christi sponsam custodiendam, ac tuendam suscipimus eo tempore, quo orthodoxæ religioni tot struuntur insidiæ; quo salutaris sacrorum canonum norma tam impudenter contemnitur; quo denique turbulenti homines immani quadam novitatum prurigine furentes, vel ipsa rationalia naturæ adgredi non dubitant fundamenta, atque item conantur, si fieri posset, subvertere? Profecto *in hac tanta materia trepidationis nulla Nobis esset dependendæ fiducia servitutis, nisi non dormitaret, neque abdormiret qui custodit Israel, et qui discipulis suis ait = Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi; nisi dignaretur non solum custos ovium, sed ipsorum etiam pastor esse pastorum* (2).

Ut pro eo preces effundantur reposcit.

§. 3. Quoniam vero tunc maxime, et abundantius in Nos munera divina descendunt, quum Nostra ad Deum adscendit oratio; vos, venerabiles fratres, adjutores, et consultores Nostros nunc primum adlocuturi, illud etiam in primis a vobis magnopere expetimus pro ea, qua in Domino unum sumus, charitate, proque ea fide, qua in unum corpus coalescimus, ne cessetis quotidianis obsecrationibus vestris instare enixius apud Deum, ut confortet Nos in potentia virtutis suæ, effundatque super Nos spiritum consilii, spiritum fortitudinis, quo inter tot rerum, ac temporum difficultates et quæ agenda sint, videamus, et ad implenda, quæ viderimus, convalescamus. Orate igitur in spiritu; et sit oratio vestra, et invocatio erga Nos amoris, et fraternæ conjunctionis probatio certis-

(1) *Ps. CXLIV.* 21.

(1) *S. Leo M. serm. I. cap. II. et serm. II. cap. I. postr. Venetæ edit. ff. Ballerin.*

(2) *Id. S. Leo serm. V. al IV. cap. II.*

sima. Atque ut promptius, quod Nobis necessarium est, impetremus, sanctissimæ Dei genitricis Mariæ, cujus patrocinio maxime confidimus, totiusque cælestis curiæ merita interponite; præsertim vero tutelam Nobis, et præsidium implorate beatissimi Petri apostoli, *cujus Sedi non tam præsidere, quam servire gaudemus, sperantes orationibus ipsius esse præstandum, ut Deus misericordiarum ministerii Nostri tempora benignus aspiciat, pastoremque ovium suarum custodire semper dignetur, & pascere* (1)

Episcopos, alicosque monet, ut fidelibus utantur dispensatoribus mysteriorum Dei.

§. 4. Jam vero hoc ipso assumptæ a Nobis apostolicæ servitutis initio, quanto possumus paternæ charitatis studio, vos venerabiles fratres excitamus, et commonemus, ut fideles habeamini dispensatores mysteriorum Dei. Vos, quorum pars Dominus est, non ignoratis quid vos facere oporteat, quos labores pro Ecclesia Dei sustinere, ut fortiter impleatis ministerium vestrum. Hortamur itaque vos, atque obsecramus, ut suscitetis gratiam, quæ est in vobis per impositionem manuum; nec quidquam prætermissum velitis, quod ad augmentum ejus corporis pertineat, *quod compactum ex Christo est, et connexum per omnem juncturam subministrationis* (2) in fide, et charitate. Quamobrem quum satis persuasum vobis omnibus arbitremur, præcipuum Ecclesiæ bonum ex eo derivari, ut nemo, nisi per omnia probatus, clericali adscribatur militiæ; necesse non est, ut eorum, quæ in hanc rem sanctionibus sunt constituta canonicis, diligentissimam vobis commendemus observationem. Pro eo enim, quo incensi estis studio, id accuratissime perficietis, ut qui sanctitate morum non præstant, qui docti in lege Domini non sunt, qui demum aut nullam, aut tenuissimam de se, suaque industria præbent expectationem, illis ad ecclesiasticam militiam nullus pateat aditus; ne qui vobis manus debent adjutrices in pascendo, regendoque grege exhibere, ii labori vestro addant laborem, molestiam molestiæ, sicque vobis impedimento, ne eos vineæ fructus Dominus a suis cultoribus accipiat, quos in futuri retributione judicii a vobis severissimus æque, ac justissimus exactor Christus requiret. Sanctitate præcellat oportet, et doctrina, qui sacerdos est futurus; repellit quippe a se Deus, ne sacerdotio sibi fungantur, qui scientiam a se repulerint, nec operarius admessem par, aptusque esse potest, qui morum pietati scientiarum non conjunxerit studia. Quod quum fieri sine accurata institutione non valeat, espropter opportune decretum est, ut in unaquaque diœcesi clericorum collegium pro modo facultatum, si deesset, instituteretur; institutum autem studiosissimo conservaretur. Nisi enim a teneris annis ad pietatem, et religionem informetur, atque in literarum palæstra exerceatur ad lubricum iter prona ac proclivis adolescentium ætas; quo pacto fieri poterit, ut vel in disciplina ecclesiastica sancte perseveret, vel eos in humanis, ac sacris literis progressus faciat, quos ad populi fidelis exemplum atque institutionem ministerium Ecclesiæ postulat? Collegia hujusmodi recte instituta, sancte conservata studio vestro atque aptissimis legibus diligenter communita, multoque magis quam antea amplificata esse in singulis diœcesibus facile Nobis persuademus; præsertim posteaquam immortalis memoriæ Benedictus XIV. prædecessor Noster id operis, tamquam muneri vestro pernecessarii, unicuique vestrum tantopere commendavit (1). Quamobrem sicuti apostolicæ laudationis præconio eximios labores, ac diligentiam in iisdem colendis augendisque fraudare non possumus; ita, si forto in aliqua diœcesi, aut instituta adhuc non essent, aut otiosa detinerentur, non possumus non vehementer eos, ad quos spectat, impellere, illisque etiam præcipere, ut in rem adeo utilem omni virtute enitantur.

Atque curent venerationem, et decorem domus Dei.

§. 5. Ob eamdem caussam suspicari non licet, quin id, quod maxime fidelium animos commovere, atque in sacrarum rerum venerationem solet adducere, decorem videlicet domus Dei, et eorum, quæ divino cultui sunt addicta, nitorem, dignitatemque omni tempore apprime curetis. Quam absonum esset, episcopi domum mundiorem esse, et elegantius ornatam, quam sit sacrificii domus, sanctitatis hospitium, aula Dei vivi? Quam absurdum sacras vestes, altarium ornamenta, atque universalem supellectilem, vel vetustate squallentem, et conscissam, vel sordi-

(1) *S. Leo ibid. cap. V.*
(2) *Ad Ephesios IV.* 16.

(1) *Epist. encycl. an.* 1741.

bus fœdatam intueri; mansam autem episcopi splendida paratam, sacerdotis indumenta nitidissima, et ad multam venustatem composita? *Quantæ confusionis opprobrium est*, ut præclare scripsit s. Petrus Damiani (1) *quod nonnulli in squallido linteo Dominicum corpus et offerant, et involvant; et quod non dignaretur potens quilibet, qui tamen vermis est, propriis adhibere labiis, in hoc isti corpus non verentur imponere Solvatoris*! At vos certe quidem, venerabiles fratres, ab hujus negligentiæ crimina disjunctissimos existimamus, cui obstrictos maxime vult sanctus idem cardinalis eos, qui ex adquisitis Ecclesiæ bonis non *codices* emunt, *non ornamenta*, *non utensilia suis ecclesiis* comparant; sed in suos usus quasi *necessitudinis sumptus* cuncta prodigere non perhorrescunt.

Contra novasores remedia suggerit.

§. 6. De his igitur vobiscum amanter loqui, venerabilos fratres, non inutile asse putavimus ad optimæ voluntatis vestræ confirmationam. At multo gravius aliquid sermonem Nostrum, seu potius Nostrarum vim lacrymarum exquirit, et vindicat; pestilens nimirum ille morbus, quem Nostrorum temporum nequitia parturit; ut unanimes, conjunctisque viribus necessariam adhibeamus medicinam, ne dissimulatione Nostra insanabilis in Ecclesia nutriatur, atque excrescat pestilantia. Videntur enim novissimis his diebus instara *tempora illa periculosa*, de quibus prænunciavit apostolus Paulus (2), quando nempe erunt *homines se ipsos amantes*, *elati*, *superbi*, *blasphemi*, *proditores*, *voluptatum amatores magis quam Dei*, *semper discentes*, *et nunquam ad scientiam veritatis pervenientes*, *habentes speciem quidem pietatis*, *virtutem autem ejus abnegantes*, *corrupti mente*, *reprobi circa fidem*. Hi se erigunt in magistros *mendacissimos*, ut eosdem appellat apostolorum princeps Petrus, atque introducunt sectas perditionis; et eum, qui emit eos, dominum negant, superinducentes sibi celerem perditionem. Dicunt se asse sapientes, at stulti facti sunt; et obscuratum ast insipiens cor eorum. Quam multos plena fallaciis jactet ubique triumphos philosophia, ea nimirum, quæ tam honesto vocabulo suam abscondit impietatem, quantaque facilitate ad se trahat, adliciatque populorum multitudinem, vos ipsi bene prospicitis, qui speculatores constituti estis in domo Israel. Dogmatum iniqnitatem, ac nequissima deliramenta, quæ insinuat, quis aut dicando perseqni poterit, aut cogitando comminisci? Dum videri volunt sibi quærere hujusmodi hominas sapientiam, *quia non rite quærunt*, *prolabuntur*; longius; *et in tantos errores incidunt*, *ut etiam communem sapientiam non teneant*. (1) Atque equidem eo usque deveniunt, ut impiissime effingant, aut non esse Deum, aut otiosum esse et desidem, nihil Nostra curantem, nihil hominibus revelantem; ut proinde mirandum non sit, si quidquid sanctum, atque divinum est, blaterent esse inventum, atque excogitatum ab imperitorum hominum mentibus, inanl futurorum metu perculsis, et vana immortalitatis spe illectis. Sed fraudulanti isti sapientes tantam dogmatum perversitatem iis verborum, ac sententiarum lenociniis emolliunt, et occultant, ut infirmiores, qui plurimi sunt, quasi quadam esca capti, miserandum in modum irretiti, aut fidem prorsus abiiciant, aut certe labefactari magnopere sinant, dum quasi præclaram aliquam scientiam consectantes aperinnt oculos ad falsam eam lucam hauriendam ipsis tenebris deteriorem. Nimirum hostis Noster nocendi cupidus, et peritus, sicut dacipiendis primis hominibus ministerium sibi serpentis adsumpsit; ita horum linguas, linguas sane dolosas, a quibus animam suam liberari postulat propheta (2), ad seducendos fidelium animos vaneno suæ falsitatis armavit. Itaque suo hi sermone *humiliter irrepunt*, *blande capiunt*, *molliter ligant*, *latenter occidunt*. (3) Quanta hinc moribus corruptio, quanta in cogitando loquendoque licentia; quanta in omni actione arrogantia, et temeritas!

Item contra illos qui libertate naturali abbuti pertentant.

§. 7. Et vero his offusis tenebris, atque evulsa e cordibus religione, id præterea adgrediuntur perditissimi hi philosophi, ut quibus homines vinculis inter se, atque cum dominantibus conjunguntur, et in officio conti-

(1) *Lib. IV. epist.* 14 *tom. I. op. edit. Rom.* 1606.
(2) *II. ad Timoth. III.*

(1) *Lactant. divin. instit. lib. III. cap.* 28. *edit. Paris.* 1748.
(2) *Ps. CXIX.*
(3) *S. Leo M. Serm. XVI., al XV. cap.* 3.

nentur, ea omnia dissolvant; liberum hominem nasci ad nauseam usque elamitant, regeruntque, nec cujusquam obnoxium imperio; societatem propterea multitudinem esse hominum ineptorum, quorum se prosternat stupiditas coram sacerdotibus, a quibus decipiantur, coram regibus, a quibus opprimantur, adeo ut concordia inter sacerdotium, et imperium nihil sit aliud, quam immanis conspiratio contra innatam homini libertatem. Quotus autem quisque non videt hujusmodi deliramenta, atque horum similia multis simulationum involucris contecta, tanto majorem quieti, et tranquillitati publicæ adferre perniciem, quanto tardius auctorum coercetur impietas; animabus vero Christi sanguine redemptis eo esse graviori detrimento, quo, ut cancer, sermo eorum latius serpit, atque se intrudit in publicas academias, in magnatum domos, in aulas regum, et, quod horrendum dictu prope est, etiam in sanctuarium se insinuat?

Munera recordatur episcopalia, et ea exerceri libere et sine trepidatione commendat.

§. 8. Vos propterea, venerabiles fratres, qui estis sal terræ, custodes Dominici gregis, et pastores, quorum est prœliari prœlia Domini, exsurgite, et accingimini gladio vestro, qui est verbum Dei; atque a finibus vestris improbam contagionem depellite. Quousque tandem communem fidei, et Ecclesiæ contumeliam dissimulamus? Tamquam clamantis Christi sponsæ gemitu nos excitari putemus illis Bernardi verbis: (1) *Olim prædictum est, et nunc tempus impletionis advenit: Ecce in pace amaritudo mea amarissima; amara prius in nece martyrum, amarior post in conflictu hæreticorum, amarissima nunc in moribus domesticorum .... Intestina est plaga Ecclesiæ; et ideo in pace amaritudo mea amarissima. Sed in qua pace? et pax est; et non est pax. Pax a paganis, et pax ab hæreticis; sed non profecto a filiis. Vox plangentis in tempore isto: filios enutrivi, et exaltavi: ipsi autem spreverunt me. Spreverunt, et maculaverunt me a turpi vita, a turpi quæstu, a turpi commercio, a negotio denique perambulante in tenebris.* Lacrymosis his questibus pientissimæ matris quis se commoveri, atque impelli vehementer non sentiat ad præstandam omnem suam, quam Ecclesiæ arctissime pollicitus est, industriam atque operam? Vetus igitur fermentum expurgate; auferte malum de medio vestri, idest venenatos libros ab oculis gregis magna vi, et sedulitate extorquete; animos autem infectos prompte fortiterque segregate, ne sint ceteris nocumento. *Aliter enim*, ajebat sanctissimus pontifex Leo, (1) *Nobis commissos regere non possumus, nisi hos, qui sunt perditores, et perditi, zelo fidei Dominicæ persequamur; et a sanis mentibus, ne pestis hæc latius divulgetur, severitate, qua possumus, abscindamus.* Qua in re perficienda vos hortamur, obtestamur, at monemus, ut quemadmodum in Ecclesia una est fides, unum baptisma, unusque spiritus; sic unus omnium vestrum sit animus, et concordia individua, una eademque et jugis contentio; et qui juncti estis institutis, pari etiam virtute, ac voluntate conjugamini. De summa re agitur, quia agitur de fide catholica, de Ecclesiæ puritate, de sanctorum doctrina, de tranquillitate imperii, de salute populorum. De eo agitur, quod ut ad universum Ecclesiæ corpus, sic ad vos maxime pertinet, qui pastores estis in partem solicitudinis Nostræ vocati, et quorum vigilantiæ puritas fidei est singulariter commendata. *Nunc itaque, fratres, quoniam vos estis episcopi in populo Dei, et ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite*, (2) ut stent in fide, et ingredi valeant in illam requiem, quæ solis credentibus parata esse dignoscitur. Obsecrate, arguite, corripite, increpate, nolite timere; indiscretum quippe silentium hos, qui erudiri poterant, deserit in errore, illis, et vobis, a quibus depelli debebat, damnosissimo. Sancta Ecclesia tunc valentius in veritate reficitur, quum ardentius pro veritate fatigatur; neque in divino hoc opere aut potentiam adversariorum, aut gratiam pertimescatis. Absit timor ab episcopo, quem unctio Sancti Spiritus roboravit: absit a pastore metus, quem princeps pastorum suo docuit exemplo vitam ipsam pro salute gregis contemnere: ob episcopali pectore absit vecordia mercenarii, et

(1) *Serm. XXXIII. super cantic. n. 16. tom. IV. Op. edit. Paris. 1691.* *Bull. Rom. Tom. V.*

(1) *Ep. VII. VIII. ad episc. per Italiam cap. 2.*

(2) *Judith. VIII. 21*

abjectio. Egregie pro more suo magnus ille antecessor Noster Gregorius (1), ecclesiarum præsides erudiens, inquiebat: *Sæpe rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, et juxta veritatis vocem, nequaquam jam gregis custodiæ pastorum studio, sed mercenariorum vice deserviunt: quia veniente lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt . . . . pastori enim recta timuisse dicere, quid est aliud, quam tacendo terga præbuisse?* Quod si nequissimus humani generis hostis, quo conatibus vestris acrius obsistat, illud aliquando efficiet, ut religiosis sæculi potestatibus abscondita sit grassantis morbi pestilentia, ne quæso concidatis animo, sed ambulate in domo Dei cum consensu, cum oratione, et veritate, quæ sunt arma militiæ Nostræ. Mementote, quod contaminato Judæ populo, nil ad illius purgationem aptius visum est, quam ut liber legis, quem paullo ante invenerat Helcias pontifex in templo Domini, cunctis a parvo ad maximum audientibus, promulgaretur; et statim consentiente universo populo, abominationibus destructis, *fœdus percussum coram Domino est, ut ambularent post Dominum, et custodirent præcepta ejus, et testimonia, et cæremonias in omni corde, et in tota anima* (2) Non dissimili ratione sacerdotes et levitas misit Josaphat, qui habentes librum legis circumirent civitates Juda, atque erudirent populum (3). Vestræ fidei, venerabiles fratres, divini verbi promulgatio non humana, sed divina est auctoritate commissa; congregate ergo populum, adnunciantes illi Jesu Christi evangelium; atque e divino illo penu, e cælesti illa doctrina succum veræ philosophiæ in vestrum quisque gregem derivate. Suadete subditis servandam esse fidem, et exhibendum obsequium illis, qui Dei ordinatione præsunt et imperant. Date addictis ecclesiæ ministerio documenta fidei, continentiæ, sobrietatis, scientiæ, ac liberalitatis, ut placeant ei, cui se probaverunt; nihilque præseferant, nisi grave, moderatum, ac religione plenum. Super omnia autem in cunctorum animis ignem mutuæ illius charitatis accendite, quam tam sæpe, tamque singulariter Christus Dominus commendavit, quæque una est christianorum tessera, et vinculum perfectionis.

§. 9. Hæc sunt, venerabiles fratres, de quibus potissimum vos adloqui in Domino cupiebamus, et quæ a vobis ardentissimo studio, et omni contentione expetimus, ut proprio experimento probemus, quam jucundum sit Nos omnes unanimes esse in fideliter servando deposito custodiæ Nostræ concredito. Ast peccatis Nostris impedientibus, consequi illa eadem non possumus, nisi eito antieipent Nos misericordiæ Domini, qui præveniat propitius suis benedictionibus. Quapropter, ut expeditius introeat in conspectu ejus communis oratio Nostra, reconcilietur Nobis, et adjuvet infirmitatem Nostram; quo tempore has literas vobis mittimus, eodem alias damus, quibus universis Christifidelibus jubilæum concedimus, sperantes in eo, qui est miserator, et misericors, ut sicut dedit Nobis ligandi ac solvendi potestatem in terris ad ædificationem sui corporis; sic et vobis, et vestris gregibus ad salutem sit largiturus, ut ab omni semper errore alieni de virtute in virtutem proficiatis. Quod plane ex animo adprecamur, dum apostolicam benedictionem vobis, populisque curæ vestræ commissis amantissime impertimur. Conclusio

Datum Romæ apud sanctum Petrum die xxv. decembris MDCCXXV. pontificatus Nostri anno primo.

LXXIII.

Dat. die 25 decembris 1775. Anno I.

Extensio universalis jubilæi in urbe celebrati anno 1775 ad universum catholicum orbem.

Pius episcopus
servus servorum Dei

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis, salutem, et apostolicam benedictionem.

§. 1. Summa Dei in Nos benignitate, ac singulari beneficio uteumque factum est, ut scilicet anno magno jubilæi revertente sacras portas, veteri servata sanctissimarum cæremoniarum religione auspicato recluderemus, et

Commemoratio solemnis aperitionis sacrarum portarum peracta quarto Kalendas maii 1775

(1) *Reg. pastor.* 11. *cap.* 4. *tom. II. op. edit. Paris. Monach. s. Mauri*
(2) *IV. Reg. XXII. et XXIII.*
(3) *II. Paralipon. XVII. 7. et seq.*

easdem certa, consuetaque die clauderemus. Atque illud quidem iv. kalendas martii per Nos gestum est, duodecimo nimirum die ex quo Petri cathedram adepti summi potificatus apicem tenebamus, hoc officium sanctum atque solemne, quo pœnitentiæ tempus acceptabile, diesque salutis advenisse, atque ad divinæ misericordiæ thesauros Christi fidelibus aditum patere amplissimum significatur ex humanarum rerum vicissitudine fluxaque natura contigit, ut aliquamdiu, non sine divino consilio retardatum Nobis reservaretur. E vivis enim erepto sanctæ memoriæ Clemente XIV. prædecessore Nostro, qui et jubilæum vulgatis per universum orbem pontificiis literis indixerat, et rite sanctissimas fores aperire in ipso nativitatis Domini Nostri Jesu Christi pervigilio statuerat; locus humilitati Nostræ relictus est aggrediendi perficiendique quod ipse coeptum imperfectumque reliquit. Nos igitur per Nos ipsos ad s. Petri apostolorum principis basilicam ritum illum sanctissimum, non sine magna affluentia populi celebritate, ingentique animi nostri gaudio persolvimus. Nam ut eodem officio ad divi Pauli, ad Lateranensem, et ad s. Mariæ Majorie basilicae Nostro nomine atque auctoritate perfungerentur, venerabiles tres fratres nostros S. R. E. cardinales designavimus, et legatos a latere creavimus. Itaque dispensatione divina factum est, ut a solemni anni jubilæi celebritate pontificatus Nostri ipsa pene initia ducerentur.

Clausæ ædem sacræ portæ fuerunt die nativitatis Domini Nostri J.C.

§. 2. Eamdem autem rationem nuper etiam Nos ipsi servavimus, cum divinæ bonitatis largitate ad natale Servatoris Nos festum pervenimus, qui dies portæ sanctæ claudendæ prisca summorum pontificum consuetudine statutus est, eumdemque ritum antedicti cardinales, eodem legationis honore ornati, in suis quisque basilicis persequuti sunt. Atque ipse etiam exitus præclare faustissimis initiis respondit.

Grates persol[vi]t erga Deum

§. 3. Benedictus sit omnium bonorum, et omnis egregiæ voluntatis auctor, moderator, perfector Deus, qui Nobiscum misericordiam hanc magnam facere non est dedignatus; uni trinoque Numini gloria, lausque omnis in hominum memoriam sempiternam, quod in ipso Nostri pontificatus initio hoc in Nos veluti signum sui favoris extare voluerit, quo ad bene sperandum de re christiana erigeremur.

Gaudium exprimit quod opus salutare feliciter ad extum perductum fuerit.

§. 4. Sane in maxima animi Nostri perturbatione, qua diee noctesque angimur ob ecclesiarum omnium solicitudinem, Nobis licet immeritis, nuperrime demandatam non leve timori Nostro offerre solamen sensimus, quod divina aspirante gratia tantum opus, urbique huic Nostræ et reipublicæ christianæ universæ tam salutare, feliciter ad exitum perductum esse perspeximus. Exultavimus in Domino, lacrymas etiam lætitiæ indices non semel emisimus, cum urbis amplissimas vias maxima fidelium multitudine redundantes intuebamur, quorum omnium una mens esset, divinam sibi misericordiam in fletu, et cordis amaritudine conciliare. Mirifice quidem recreabamur cum intelligeremus, civium religionem cum advenarum pietate, mutua inter se æmulatione decertare: atque illos quidem christiana erga hospites charitate incitatos, nullis impensis pepercisse novimus, nullum refugisse laborem, molestiam nullam aversatos, ut advenientes exciperent, itineribus fractos reficerent, atque omni assiduitate, et cura sublevarent. Hi vero dignam christiano nomine humilitatem præ se ferentes, habitu ipso atque incessu declararunt, quanto illos fides, a patriis regionibus evocasset, atque ad sanctorum apostolorum limina adduxisset. Mirus enim in omnibus ardor enitebat cum supplicantium ritu sancta urbis adirent monumenta cum sacratis liminibus oscula figerent, cum longissimos viarum tractus sacris psalmorum, atque hymnorum canticis, flebilique concentu complerent, ut vere dici, prædicarique possit, nullas ab iis partes esse prætermissas, ut veterem illam pœnitentiæ formam priscis Ecclesiæ sæculis usitatam, Nostra hac ætate repræsentarent.

Laudes regi juvenis Maximiliani Austriaci.

§. 5. Illud vero incredibili Nostrum animum voluptate perfudit, et præcipuum lætitiæ Nostræ addidit cumulum, quod regium juvenem Massimilianum Austriacum ad sanctam civitatem advenisse conspeximus, et coram alloqui, complectique in Domino potuimus. Cujus egregia indoles præclare instituta virtutum omnium exempla non pauca quamdiu apud Nos versatus fuit, civibus plaudentibus, exteris admirantibus edidit cum præsertim jubilæi thesauro sese locupletare sategerit.

Commemoratio omnium eorum, qui operam, et diligentiam adhibuere, ut pœnitentium multitudini aditus ad misericor-

§. 6. Neque vero venerabilium sacerdotum, tum sæcularium, tum regularium hoc loco prætereunda laus est, quorum opera diligentiaque potissimum effectum est, ut pænitentium multitudini ad misericordiæ fontem quam fa-

Ille fontem pateret.

eillime aditus pateret. Nam sacramentum reconciliationis, quod Christus Dominus in Ecclesia posuit in sanguine suo, fideliter, ut par est, administrantes, ægrotorum atque languentium vulneribus mederi nullo unquam tempore destiterunt. Quepropter in Domino confidimus, et certa spe ducimur, solvendi potestatem tempore illo acceptabili quam latissime ex apostolica indulgentia amplificatam, nulli fidelium in condemnationem, plurimis vero ad salutem valuisse. Speramus itaque debiles languore liberatos, ægros ad sanitatem restitutos, devios ad angustum salutis tramitem reductos, omnes denique ita mente, et spiritu renovatos, ut immutabili summoque bono in fide, spe, et charitate adhærentes non modo nequitiæ fermentum omne deposuerint, sed amplissimum etiam indulgentiarum thesaurum, qui singulis propositus erat plenissime sunt consecuti.

Quid sit jubilæum explicatur.

§. 7. In hoc enim jubilæi summa est, huc recidit illius anni saluberrima institutio, ut Christifideles omnes qua bonorum exemplis, qua exhortationem incitamentis, qua crebris iteratisque Ecclesiæ universæ, ad Deum precibus excitati, revertentes ad cor, et peccatorum in fletu, et gemitu poenitentiam agentes primo quidem ex clavium potestate a culpa penitus liberentur, mox etiam ex Christi Domini sanctorumque omnium, et præsertim Deiparæ Virginis satisfactionibus, quarum dispensationem Nobis commissam divina liberalitas voluit, pœnæ reatus absolvantur.

Preces Deo porrectæ, ut divinæ largitatis donum ad fideles perveniret.

§. 8. Uberrimus hic fructus, hoc summum divinæ largitatis donum, ut ad fideles omnes perveniret, Nos quidem pro amore illo paterno quo singulas Dominici gregis oves prosequimur, anixis a Deo precibus semel atque iterum singulis ferme diebus flagitavimus, remque ex voto cessisse iis argumentis ad sperandum adducimur, quæ hactenus commemoravimus. Iterum igitur patrem misericordiarum, bonorumque omnium largitorem Deum collaudamus, gratias illi referentes, qui super Nos magnificavit misericordiam suam.

Desiderium extendendi jubilæum ad omnes Ecclesiæ filios.

§. 9. Sed apostolatus Nostri munus haud cumulate explevisse videretur, nisi ad cunctos Ecclesiæ filios oculos, animumque convertentes, et charitatis spatia dilatantes, illis quoque plenissimam reatuum expiationem per Domini Nostri Jesu Christi merita exhiberemus. Quare de fratrum Nostrorum S. R. E. cardinalium consilio decrevimus, universis Christifidelibus qui ubique locorum, et gentium sunt, thesauros indulgentiarum aperire, eosque ad sociatatem spiritualis hujusmodi boni advocare, at vehementissime hortari, ut dum ad eosdem thesauros assequendos sese comparabunt, ac pietatis et debitæ erga Sedem apostolicam observantiæ exempla præseferentes, indictis se operibus exercebunt, maculas peccatorum eluant, et magis magisque in conspectu Jesu Christi nitidiores appareant.

Tenor concessionis, cum declaratione operum præstandorum pro consecutione jubilæi.

§. 10. Itaque de omnipotentis Dei misericordia, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus auctoritate confisi ex suprema ligandi, atque solvendi potestate, quam Nobis Dominus, licet indignis, contulit, omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus in quacumque mundi parte existentibus, et in apostolicæ Sedis gratia, et obedientia manentibus, etiam iis, qui forsan elapso anno Romam venerunt, ibique, seu alibi quavis ratione, hoc idem jubilæum a Nobis concessum adepti sunt vere pœnitentibus, et confessis, et sacra communione refectis, qui intra sex menses a die publicationis præsentium in qualibet diœcesi faciendæ computandos ecclesiam ipsius cathedralem, seu majorem, aliasque tres ejusdem civitatis aut loci, sive in illius suburbiis existentes, ab ordinariis, locorum, vel eorum vicariis, aliisve de ipsorum mandato designandas, semel saltem in die per quindecim continuos, vel interpolatos dies, sive naturales, sive etiam ecclesiasticos, nimirum a primis vesperis unius diei, usque ad integrum ipsius subsequentis diei vespertinum crepusculum, devote visitaverint; ibique pro Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione, hæresum extirpatione, catholicorum principum concordia, et christiani populi salute, et tranquillitate pias ad Deum preces effuderint, ut plenissimam anni jubilæi omnium peccatorum suorum indulgentiam, remissionem, et veniam semel consequantur, perinde ac si quatuor basilicas, seu ecclesias, intra, et extra urbem, pro consequendo jubilæo hujusmodi a Nobis designatas, statutis ad id diebus personaliter visitassent, et alia quæ ad hoc requirebantur adimplevissent, misericorditer in Domino concedimus, et impertimur.

Speciales declarationes pro navigantibus, et iter agentibus.

§. 11. Navigantes vero, et iter agentes, ut si post elapsos menses hujusmodi ad sua se domicilia, seu alio

ed certam stationem se receperint, supradictis peractis, et visitata totidem vicibus ecclesia cathedrali vel majori, aut parochiali loci eorum domicilii, suæ stationis hujusmodi, eamdem indulgentiam consequi possint et valeant.

Item pro monialibus, anachoretis, eremitis, ac in carcere, aut captivitate existentibus.

§. 12. Nec non prædictis locorum ordinariis, ut cum monialibus, oblatis, aliisque puellis, aut mulieribus sive in monasteriorum clausura, sive in aliis religiosis, aut piis domibus, et communitatibus vitam ducentibus, anachoretis quoque, et eremitis, ac aliis quibuscumque tam laicis, quam ecclesiasticis personis, sæcularibus, vel regularibus, in carcere aut captivitate existentibus, vel aliqua corporis infirmitate, seu alio quocumque impedimento detentis, quominus supra expressas visitationes exequi possint, super perscriptis hujusmodi visitationibus tantummodo. Cum pueris autem, qui nondum ad primam communionem admissi sint, etiam super communione hujusmodi dispensare, ac illis omnibus et singulis, sive per se ipsos, sive per eorum, earumque regulares, prælatos, aut superiores, vel per prudentes confessarios alia pietatis, charitatis, aut religionis opera in locum visitationum hujusmodi, seu respective in locum sacramentalis communionis prædictæ ab ipsis adimplenda, præscribere: atque etiam capitulis, congregationibus, tam sæcularium, quam regularium, sodalitatibus, confraternitatibus, seu collegiis quibuscumque, ecclesias hujusmodi processionaliter visitantibus, easdem visitationes ad minorem numerum pro suo prudenti arbitrio reducere possint, et valeant earumdem tenore præsentium concedimus pariter, et indulgemus.

Monialibus conceditur potestas eligendi confessarios, quibus indulgetur facultas absolvendi a casibus reservatis, etiam sanctæ sedi.

§. 13. Insuper iisdem monialibus earumque novitiis, ut sibi ad hunc effectum confessarium quemcumque ad excipiendas monialium confessiones ab actuali ordinario loci, in quo earum monasteria constituta sunt, approbatum, cæteris autem omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus tam laicis, quam ecclesiasticis, sæcularibus, et cujusvis ordinis, congregationis, et instituti etiam specialiter nominandi, regularibus licentiam concedimus, et facultatem, ut sibi ad eumdem effectum eligere possint quemcumque presbyterum confessarium tam sæcularem, quam cujusvis etiam diversi ordinis, et instituti regularem ab actualibus pariter ordinariis, in quorum civitatibus, diœcesibus, et territoriis confessiones hujusmodi excipiendæ erunt, ad personarum sæcularium confessiones audiendas approbatum, qui intra dictum semestris spatium, illas, et illos qui scilicet præsens jubilæum consequi sincere et serio statuerint, atque ex hoc animo ipsum lucrandi, et reliqua opera ad id lucrandum necessaria adimplendi, ad confessionem apud ipsos peragendam accedant, in foro conscientiæ domtaxat ab excommunicationis, suspensionis, et aliis ecclesiasticis sententiis, et censuris a jure, vel ab homine quavis de causa latis, seu inflictis etiam ordinariis locorum, ac Nobis, et Sedi apostolicæ, etiam in casibus quibuscumque, ac summo pontifici, et Sedi apostolicæ speciali licet forma reservatis, et qui alias in concessione quantumvis ampla non intelligerentur concessi, nec non ab omnibus peccatis, et excessibus quantumcumque gravibus, et enormibus etiam iisdem ordinariis, ac Nobis, et Sedi apostolicæ, ut præfertur, reservatis, injuncta ipsis pœnitentia salutari, aliisque de jure injungendis, absolvere; nec non vota quæcumque etiam jurata, et Sedi apostolicæ reservata castitatis, religionis et obbligatoriis, quæ a tertio acceptata fuerint, seu in quibus agatur de damno tertii semper exceptis, nec non pœnalibus, quæ preservative a peccato nuncupantur, nisi commutatio future judicetur ejusmodi, ut non minus a peccato committendo refrænet, quam prior voti materia) in alia pia, et salutaria opere commutare, et cum pœnitentibus hujusmodi in sacris ordinibus constitutis etiam regularibus super occulta irregularitate ad exercitium eorumdem ordinum, et ad superiorum assecutionem ob censurarum violationem dumtaxat contracta dispensare possint, et valeant, eadem auctoritate, et apostolicæ benignitatis amplitudine concedimus, et indulgemus.

Reservatio circa dispensationem ab irregularitatibus, incapacitatibus, aliisque defectibus.

§. 14. Non intendimus autem per præsentes super aliqua alia irregularitate, vel publica vel occulta, seu defectu eut nota, aliaque incapacitate, aut inhabilitate quoquomodo contractis dispensare, vel aliquam facultatem tribuere super præmissis, dispensandi, seu habilitandi, et in pristinum statum restituendi, etiam in foro conscientiæ, neque etiam ulli confessario facultatem absolvendi complicem in quolibet inhonesto contra sextum præceptum peccato, aut complici confessarium hujusmodi ad effectum præsentium eligendi licentiam impertiri, ut jam in fel: recordationis Benedicti XIV. prædeces-

soris Nostri incipientibus *«sacramentum poenitentiae»* anno incarnationis Dominicae MDCCXLI kal. junii pontificatus sui anno I. editis literis generaliter declaratum fuit, neque demum easdem praesentes iis, qui a Nobis et apostolica Sede, vel ab aliquo praelato, seu judice ecclesiastico nominatim excommunicati, suspensi, interdicti, seu alias in sententias, et censuras incidisse declarati, vel publice denunciati fuerint, nisi intra tempus dictorum sex mensium satisfecerint, et cum partibus, ubi opus fuerit, concordaverint, ullo modo suffragari posse, aut debere.

De iis qui morte praeventi injunctas opera explere nequiverint.

§. 15. Caeterum, siqui post inchoatum hujus jubilaei consequendi animo, praescriptorum operum implementum morte praeventi, praefinitum visitationum numerum complere nequiverint, Nos piae, promptaeque illorum voluntati benigne favere cupientes, eosdem vere poenitentes, et confessos, ac sacra communione refectos, praedictae indulgentiae, et remissionis participes perinde fieri volumus, ac si praedictas ecclesias diebus praescriptis reipse visitassent: si qui autem post obtentas vigore praesentium absolutiones a censuris aut votorum commutationes, seu dispensationes praedictas, serium illud ac sincerum, ad id alias requisitum propositum ejusdem jubilaei lucrandi, ac proinde reliqua ad id lucrandum necessaria opera adimplendi; mutaverint, licet propter ipsum id a peccati reatu immunes censeri vix possint, nihilominus hujusmodi absolutiones, commutationes, et dispensationes ab ipsis cum praedicta dispositione obtentas in suo vigore persistere decernimus atque declaramus.

Hortationes ad patriarchas, archiepiscopos episcopos, aliosque superiores.

§. 16. Sed hujus Nostri consilii explicatam rationem mittimus praesertim ad omnes patriarchas, primates, archiepiscopos, episcopos, aliosque ordinarios, locorum praelatos, sive ordinariam localem jurisdictionem in defectu episcoporum, et praelatorum hujusmodi legitime exercentes; gratiam, et communionem Sedis apostolicae habentes per nomen Domini nostri, et principis pastorum omnium Jesu Christi obsecramus, atque enixe rogamus, ut populis suae curae, ac fidei creditis hoc tantum bonum enuntient, quod inexplicabilem Dei providentiam, summamque erga Nos charitatem ostendit; etenim qui tam ampla veniae facultate proposita, si non utatur, eam contemnere existimabitur, et propterea indignus erit, cui Deus misericordiam suam impertiatur. In eam igitur curam incumbant episcopi necesse est, quae est propria eorum muneris, et officii, ut Christifideles primum per poenitentiam verae salutis auctori Deo reconciliati jubilaei gratiam ad salutem animarum suarum religiose convertant.

Obsecrationes ad reges, principesque catholicos.

§. 17. Quod postremum ad charissimos in Christo filios Nostros, imperatorem electum, ac reges, et principes catholicos omnes, quorum plerique pro hujus jubilaei ad eorum regna, atque dominia extensione suum Nobis desiderium significarunt supplices Nobis auctoribus, tendit manus christianae respublica, ut qua auctoritate et potentia praediti sunt adjumenta omnia praestent ad operandam salutem animarum. Hic enim est finis quo Nostrae pastorales curae diriguntur. Caeterum sic pro eorum sapientia probe intelligere debent, una religione tamquam firmissimo fundamento inniti subditorum populorum erga principes obedientiam, et fidem.

Clausulae salutares et derogatoriae.

§. 18. Praesentes quoque literas per omnia valides, et efficaces, suosque plenarios effectus ubicumque publicatae, et executioni demandatae fuerint sortiri, et obtinere, omnibusque Christifidelibus in apostolicae Sedis gratia, et obedientia manentibus, in hujusmodi locis commorantibus, sive ad illa postmodum ex navigatione, et itinere se receptentibus, plenissime suffragari volumus, atque decernimus. Non obstantibus de indulgentiis non concedendis ad instar et universalibus, provincialibus, et synodalibus conciliis aditis, constitutionibus, ordinationibus, et generalibus, seu specialibus absolutionum, seu relaxationum, ac dispensationum reservationibus; nec non quorumcumque etiam mendicantium, et militarium ordinum, congregationum, et institutionum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, legibus, usibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem concessis praesertim in quibus caveatur expresse, quod alicujus ordinis, congregationis, et instituti hujusmodi professores extra propriam religionem peccata sua confiteri prohibeantur. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individue mentio facienda, vel alia exquisita forma ad id servanda foret hujusmodi tenores pro insertis, et formas pro exactissime ser-

vatis habeotes, pro hac vice, et ad præmissorum effectum dumtaxat plenissime derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 18. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis, sive exemplis, etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem ab omnibus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si exhibitæ forent, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 19. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ extensionis, hortationis, commissionis, concessionis, derogationis, decreti, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo quinto, octavo kalendas januarii pontificatus Nostri anno primo.

Dat. die 8 januarii 1776. Anno I.

LXXIV.

Exemptio monasterii monialium sub titulo Conceptionis B. M. V. I. de Gongora Matriti Toletanæ diœcesis a superioritate, et gubernio fratrum ordinis B. M. de Mercede.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Rationes quæ ad exemptionem decernendam impulerunt.

§. 1. Decet Romani pontificis providentiam sacrarum virginum tranquillitati prospicere, quo possint Deo impensius famulari. Cum itaque, sicut accepimus, in monasterio Matritensi Toletanæ diœcesis sub titulo Conceptionis beatæ Mariæ virginis immaculatæ de Gongora nuncupatæ, quod regii jurispatronatus esse dignoscitur in fundatione a cl. mem. Philippo IV, dum vixit, Hispaniarum rege catholico reservati pro sanctimonialibus militantibus sub regula, et instituto fratrum ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum excalceatorum nuncupatorum, et sub spirituali regimine generalis, provincialis, et pro tempore superiorum ejusdem ordinis, nonnullæ ortæ sint contentiones, et jurgia inter sanctimoniales prædictas, et modernos dicti ordinis superiores, et fratres, quæ post visitationem ejusdem monasterii per commissarium a venerabile fratre Aloisio archiepiscopo Cæsareæ, Nostro, et hujus sanctæ Sedis in Hispaniarum regnis nuntio deputatum in spiritualibus peractam, moniales ipsas induxerunt, ut ex causis, et rationibus in eadem visitatione deductis, unanimiter flagitarent suam perpetuam translationem in ordinariam potestatem, et jurisdictionem spiritualem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Toletani.

Consensus superioris generalis ordinis B. Mariæ de Mercede.

§. 2. Qua stante monialium petitione, superior generalis, provincialis, et definitorium prædicti ordinis sponte renuntiarunt dictum monasterium in manibus carissimi in Christo filii Nostri Karoli earumdem Hispaniarum regis catholici, moderni ejusdem monasterii patroni, ut de eo pro suo arbitrio disponeret.

Tenor exemptionis cum suis declarationibus, et reservationibus.

§. 3. Nos attentis prædictis, ac pia ejusdem Karoli regis mente, et intentione Nobis tum per nuntium Nostrum prædictum, tum per dilectum filium modernum comitem Floridæ Albæ prædicti Karoli regis apud Nos, et eamdem Sedem ministrum patefacta, et cupientes in eodem monasterio, ac inter prædictas moniales pacem, et tranquillitatem restaurare, religiosamque disciplinam conservare, vel collapsam restituere, ipsarumque monialium saluti providere, motu proprio, et ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, prædictas moniales, totumque monasterium prædictum a superioritate, regimine, et spirituali gubernio dicti ordinis beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum, ejusque generalis, provincialis, et superiorum perpetuo eximimus, subducimus, et liberamus, illudque, et illas ordinariæ potestati, auctoritati, et jurisdictioni spirituali nunc, et pro tempore existentis archiepiscopi Toletani plene subiicimus; ita tamen, ut moniales, quæ nunc sunt, et futuris temporibus in eo existent, regulam, et institutum, quod nunc profitentur, servare teneantur, simulque gratiis, et privilegiis, et suffragiorum communione totius ordinis prædicti in posterum etiam fruantur, et gaudeant.

Prohibitio ne amplius fratres vel superiores ordinis, in monasterio monialium ingrediantur.

§. 4. Sed ne prætextu communionis regulæ, et privilegiorum hujusmodi, vel ob præcedens monasterii gubernium in spiritualibus gestum, in erro-

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ divisionis, separationis, decorationis, suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, declarationis, constitutionis, assignationis, admissionis, concessionis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud s. Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo sexto tertio idus martii, pontificatus Nostri anno secundo.

Sanctio poenalis.

Dat. die 13 martii 1776. Anno II.

LXXXI.

Separatio oppidi Rosnaviensis ab archidiœcesi Strigoniensi, et illius erectio in cathedralem.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Apostolatus officii Nostri ministerium, quo Deo dante licet immerito fungimur in terris, equidem non utilius quam in fovendis piis religiosisque regalium principum desideriis, qui singulari studio animarum Christifidelium salutem exquirunt exercere posse arbitramur, propterea que hujusmodi desideriis consona sunt liberali animo concedimus confidentes, quod per Nos apostolica benignitate elargita divini cultus incremento, et animarum profectui sint profutura.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Cum itaque sicut Nobis innotuit metropolitanæ ecclesiæ Strigoniensis archidiœcesis ea sit vastitas, et latitudo, ut unus tantum pastor singulorum Christifidelium suæ pastorali curæ creditorum vultus inspicere nequeat, charissima vero in Christo filia Nostra Theresia Hungariæ et Bohemiæ regina apostolica pro orthodoxæ religionis incremento probe censuerit huic malo, et incommodo tum prospici posse, si oppidum Rosnaviense ab ipsa archidiœcesi Strigoniensi dismembraretur, ipsumque oppidum Rosnaviense in episcopatum apostolica auctoritate erigeretur, prout ipsius Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ suis regiis literis ad Nos datis perspicue ostenditur.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos omnibus mature perpensis, auditoque nonnullorum venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. cardinalium consilio, dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ votis clementer indulgere, eosdemque Christi fideles quantum in Domino licuerit specialibus favoribus, et gratiis prosequi, tum eorum spirituali bono, ac saluti consulere volentes, motu proprio, et ex certa scientia præfatum oppidum Rosnaviense ab eadem archidiœcesi Strigoniensi penitus, et perpetuo dicta apostolica auctoritate tenore præsentium dividimus, et separamus, ipsumque oppidum Rosnaviense sic dirisum, ac separatum juxta canonicas sanctiones episcopalis civitatis titulo, et honore apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo decoramus, et ecclesiam in eodem oppido per Nos civitatis titulo, ut præfatur, decorato existentem, et a dilecto filio Nostro, et Sedis apostolicæ nuncio Viennensi designandam, de apostolicæ potestatis plenitudine in ecclesiam cathedralem Rosnaviensem pro uno episcopo Rosnaviensi, qui omnibus episcopalibus insigniis, privilegiis, et prærogativis eisdem modo et forma, quibus cæteri episcopi præsertim Hungariæ regni perfruuntur, et gaudent, cum omnimoda jurisdictione episcopali in civitate Rosnaviensi, et infrascripta diœcesi, ut infra, assignanda; perfruatur et gaudeat, et in eadem ecclesia, ut præfertur, designanda, et in ecclesiam cathedralem Rosnaviensem, ut infra, erigendam, unam præposituram quæ inibi post pontificalem major, et unum lectoratum qui etiam inibi secunda, et unum cantoratum qui pariter inibi tertia, et unum custodiatum qui similiter inibi quarta respective dignitates existant, ac unum et unam, ac alterum et alteram respective canonicatus, et præbendas pro totidem clericis seu presbyteris futuris in ea præposito, ac lectore, cantore ac custode, ac uno et altero canonicis, adeoque capitulum dictæ ecclesiæ, ut præfertur, designandæ et in ecclesiam cathedralem, ut præfertur, erigendæ sex individuis sit compositum.

Privilegia concessa ecclesiæ cathedrali.

§. 4. Eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo erigimus, et instituimus, ut pro dictæ ecclesiæ episcopalis Rosnaviensis per Nos, ut præfertur, erectæ dote, et ad episcopalem dignitatem decenter tuendam, summam quatuordecim millium florenorum monetæ illarum partium a dicto Maria Theresia regina apostolica constitutam, ac ex bonis percipiendam ad dominium Rosnaviense spectantibus, et per archiepiscopatum Strigoniensem hactenus possessis, nec non ex decimis, quas idem archiepiscopatus Srtigoniesis in comitatibus Gamoriensi, et Tornensi antehac percipiebat, nec non ex medietate archiepiscopalium hujusmodi decimarum comitatus Neogradiensis ad rationem districtus Lessonozensis depensarum (salvis nihilominus decimis, et quartis capituli dictæ metropolitanæ ecclesiæ Strigoniensis, et nonnullarum ejusmodi gremialium dignitatum in præfatis comitatibus et districtibus huc usque possessis) simul cum cunctis castris, castellis, oppidis, villis, possessionibus, prædiis, fructibus, redditibus, proventibus, obrentionibus, et emolumentis ad præfatum dominium Rosnaviense de jure,

et ab antiquo spectantibus, et pertinentibus quovis nominis vocabulo nuncupatis, ubicumque existentibus, et habitis percipiendis apostolica auctoritate præfata pariter perpetuo constituimus, et assignamus; cum obligatione tamen futuro episcopo Rosnaviensi integros comitatus parochiales ecclesias instituendi, quæ sibi necessariæ videbuntur. Et pro diœcesi futuri episcopi Rosnaviensis integros comitatus Gamoriensem, et Tornensem, et ex comitatu Scepusiensi districtum Submontanum nuncupatum, districtum Kis-Hontensem ex comitatu Neogradiensi, districtum Lessonezensem sic dictum, ex comitatu Abavivariensi quinque vicinas parochieles ecclesias huc usque exemptas ab ordinarii Agriensis jurisdictione, et ad præfatum archiepiscopatum Strigoniensem æque spectantes, et per ordinis Præmostratensis canonicos regulares hactenus in spiritualibus provisas apostolica auctoritate præfata perpetuo quoque constituimus, et assignamus.

Juspatronatus conceditur reginæ hungariæ, et successoribus in perpetuum'

§. 5. Et favore dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successorum regum jus nominandi, seu præsentandi, infra tempus a jure præfixum, Nobis, et successoribus Nostris Romanis pontificibus, pro tempore existentibus, personam idoneam ad dictam ecclesiam episcopalem Rosnaviensem per Nos, ut præfertur, erectam, et a primæva illius erectione vacantem, tam pro prima vice, quam etiam in posterum in futuris illius vacationibus pari prorsus modo quo ad nominationem, seu præsentationem eamdem episcopi aliarum ecclesiarum in præfato regno Hungariæ existentium e Sede apostolica præfata præfici consueverunt, cum ea tamen lege, quod tam episcopus Rosnaviensis in dicta ecclesie cathedrali Rosnaviensi per Nos, ut præfertur, erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi successores omnes ordinariæ jurisdictioni pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis uti eorum metropolitani subjecti sint, et esse debeant apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo clementer admittimus.

Eidem patronæ, et successoribus conceditur jus nominandi ad omnia beneficia ecclesiastica cujusvis generis.

§. 6. Et insuper eodem modo eidem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ ejusque in præfato Hungariæ regno successoribus regibus præfatis jus omnia beneficia ecclesiastica, ac canonicatus, et præbendas in capitulo dictæ ecclesiæ cathedralis Rosnaviensis per Nos, ut præfertur, erecta existentia, et existentes conferendi, dicta apostolica auctoritate pariter concedimus et reservamus; admissa tamen per eamdem Mariam Theresiam reginam apostolicam favore pro tempore existentis episcopi Rosnaviensis in casu singulæ vacantiæ pro tali supplenda duorum idoneorum subjectorum electione, ac dictæ Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successoribus regibus præfatis demissa præsentatione, absque tamen ulla ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in præfato Hungariæ regno successorum regum præfatorum ad hanc præsentationem restrictione.

§. 7. Decernentes easdem præsentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus et singulis ad quos spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa, quamtumvis juridica et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite dejure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio prætextu, aliaque ratione, vel causa, etiam quamtumvis iusta, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias proberi posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratierum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus,

Clausulæ salutares.

aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumqua etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibusvis verborum expressionibus, tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiam si de eisdem præsentibus, earumque toto tenore ac data specialis mentio fiat, editas, vel in posterum edendas comprehendi, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse.

Decretum irritans.

§. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem S. R. E. cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritumque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter cotingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, at cancellariæ apostolicæ præfatæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibat etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis spacialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus, apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, sceintia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis et concedendis. Quibus omnibus et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, earumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alio expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum quoque serie, motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Lege speciales servanda pro iscriptione redditus ecclesiæ in libris cameræ apostolicæ.

§. 10. Volumus autem quod ecclesia cathedralis Rosnaviensis per Nos, ut præfertur, erecta, juxta ejus redditus de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat, quodque in exequutorem pro exequutione tantum earumdem præsentium præfatus Noster, et Sedia apostolicæ præfatæ nuncius Viennensis cum facultate subdelegandi deputetur.

Sanctio poenalis.

§. 11. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ divisionis, separationis, decorationis, erectionis, institutionis, constitutionis, adsignationis, admissionis, concessionis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sancum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo sexto tertio idus martii pontificatus Nostri anno secundo.



LXXXII.

Dat. die 23 martii 1776. Anno II.

Unio ecclesiarum parochialium comitetus Nitriensis cum archidiœcesi Strigoniensi.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1 Inscrutabili divinæ providentiæ arcano ad divi Petri cathedram licet immerito sublimati, eo Nostræ considerationis aciem convertere debemus, quo Nostræ potestatis auctoritas animarum Christifidelium saluti novimus utiliter proficere. Quemobrem regalium principum id a Nobis solicita pietate exoptantium pia eorum vota prosequi studemus, prout confidimus in Domino salubriter expedire.

Tenor precum porrectarum a regina Hungariæ.

§. 2. Cum itaque charissima in Christo filia Nostra Maria Theresia Hungeriæ, et Bohemiæ regina apostolica Nobis exposuerit nonnullas parochiales ecclesias in comitatu Nitriensi ad archidiœcesim Strigoniensem pertinentes eo situ positas esse, ut ipsæ parochiales ecclesiæ limitibus diœcesis Nitriensis fere includantur, uti quoque alias variis titulis exemptas parochiales ecclesias a præfata archidiœcesi Strigoniensi adeo dissitas esse, ut atiam istæ a respective diœcesanis, in quorum diœcesibus sitæ reperiuntur melius administrari possint; ideoque eadem Maria Theresia regina apostolica Nobis humiles preces obtulerit, ut parochiales ecclesiæ prædictæ suis respective diœcesibus apostolica auctoritate uniantur, et incorporentur.

Tenor dismembrationis, et unionis, cum enumeratione ecclesiarum dismembratarum, et unitarum.

§. 3. Nos igitur precibus hujusmodi annuentes motu proprio, deque apostolicæ potestatis plenitudine ab ipsa archidiœcesi Strigoniensi tenore præsentium perpetuo dismembramus, sejungimus, et separamus infrascriptas parochiales ecclesias, videlicet districtum Vesteniensem nuncupatum, nec non ex districtu pariter nuncupato Taleposcenensi parochiales ecclesias Basseniensem, Elephantensem, Kollossiensem, Kovareaensem, Szeplakensem, Szoltfanensem in comitatu Nitriensi erectes, easque diœcesi Nitriensi apostolica auctoritate præfata etiam perpetuo abducimus. Et parochiales ecclesias Lelesztensem, et Kirales = Kelmuzensem in comitatu Templiniensi, easque diœcesi Agriensi eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo unimus, et incorporemus. Et parochiales ecclesias Babarczensem, Ber-kesdiensem, Bosochiansem, Kemediensem Pey-Varadiensem, Szaichiensem, Szebenijensem a comitatu Baranyensi, nec non Battayensem Battha-Szechiensem, Foldnariensem, et Sexandiensem in comitatu Tolnensi sites, easque diœcesi quinque Ecclesiensi eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo etiam abducimus. Et parochialem ecclesiam Szegediensem in comitatu Gondrediensi sitam, eamque diœcesi Banadiensi, et parochiales ecclesiae Alba-regalensem in comitatu Albensi, et Szar, seu Vo"ro"sberamsiensem, in comitatu Vesprimiensi sitas, easque diœcesi Vesprimiensi eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo assignamus, ac parochiales ecclesias Iszelasiensem, Papensem, et Vasar Keliensem in eodem comitatu Vesprimiensi erectae, illasque diœcesi Taurinensi apostolica auctoritate præfata pariter perpetuo unimus, et incorporamus: ac demum parochiales ecclesias Eszekiensem in comitatu Vera"cziansi, et Patro-Varadinensem in comitatu Sirmiensi sitas diœcesibus Bosnensi, et Sirmiensi invicem perpetuo canonice unitis, una cum ecclesiis filiabus apostolica auctoritate præfata perpetuo quoque adjungimus.

Clausulæ salutares.

§. 4. Decernentes easdem præsentes semper, et perpatuo validas, et efficaces esse at fore, suosque plenarioe et integros affectus sortiri, et obtinare; ac ab omnibus et singulis ed quos spectat nunc, et pro tempore spectabit in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu atiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, jure, val facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio prætextu, aliave ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia,

privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiam revocari, aut ad viam et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, et potestatis plenitudine paribus, concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvari in judicio, et extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum suspentionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, ac successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuslibet verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, etiam de latere legatos, vice legatos, ac Sedis apostolicæ nuncios, aliosque quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere: irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ præfatæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, at universalibus conciliis editis, vel edendis, specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriisrum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus decretis in genere, vel in specie etiam motu, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, vel concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, et individua non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita observata inserti forent eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune ac valide hac vice dumtaxat harum quoque serie motu, et potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 7. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ dismembrationis, sejunctionis, separationis, addictionis, unionis, incorporationis, adjunctionis decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac sanctorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, tertio idus martii, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 15 martii 1776. Anno II.

LXXXIII.

Confirmantur constitutiones pro fratribus ordinis B. M. de monte Carmelo excalceatis nuncupatis provinciarum Franciæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Injunctæ Nobis cœlitus apostolicæ solicitudinis ratio postulat, ut inter multiplices pastoralis Nostri muneris curas, illam peculiari studio complectamur, per quam Christifideles sub suavi religionis jugo divini Numinis obsequiis insistentes, et bonorum operum fructus, adspirante superni favoris auxilio, proferre jugiter satagentes, felicioribus in dies proficiant incrementis, ac propterea, quæ pro eorum felici, ac prospero guberuio provide, prudenterque constituta fuisse noscuntur, ut firmiora persistant, apostolici munimінis præsidio roboramus.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum fratrum ordinis beatæ Mariæ de monte Carmelo discalceatorum nuncupatorum in regnis Galliarum existentium Nobis expositi dilectus itidem filius Eliseus a Conceptione procurator generalis ejusdem ordinis, et congregationis Italiæ, quod cum in congressu nationali, seu in comitiis generalibus omnium provinciarum ipsius ordinis, et regni prædicti absolutum fuisset opus, seu codex constitutionum generalium pro fratribus ordinis, et nationis hujusmodi conditarum, postmodum supplices porrectæ sunt preces felicis recordationis Clementi pp. XIV. prædecessori Nostro pro earum confirmatione, et approbatione. Ipse vero Clemens prædecessor earumdem constitutionum examen dilecto filio Nostro Francisco Xaverio Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero Cardinali de Zelada nuncupato commisit, qui summo studio, ac singulari sane diligentia demandatum sibi munus absolvit, ac nonnulla addenda, aut varianda esse censuit.

Tenor conversionis

§. 3. Nos itaque eosdem fratres provinciarum prædictarum specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relatione ipsius Francisci Xaverii cardinalis, constitutiones prædictas in congressu nationali, seu in comitiis generalibus earumdem provinciarum regnorum Galliarum pro eisdem provinciis, ut præfertur, editas, et ab eodem Francisco Xaverio cardinali perpensas, examinatas, atque subscriptas, una cum additionibus, atque variationibus in eis contentis, et expressis, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quequam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 16 martii 1776. Anno II.

LXXXIV.

Confirmatio concordiæ inter episcopum Celsonensem, et abbatem Rivipullensem initæ.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium

§. 1. Dum universi gregis Dominici curam imbecillitati Nostræ commissam ex hoc apostolicæ Sedis fastigio majori, qua possumus, vigilantia, ac solicitudine administrare satagimus, ad ea potissimum, quæ pro personarum quarumlibet, præsertim ecclesiastica qualitate pollentium quiete, et tranquillitate fovenda, et conservanda admodum apta, ac idonea dignoscuntur, libenti animo intendimus, ac iis, quæ vicissim provide per concordiæ ministerium ordinata esse comperimus, ut illa firma persistant, apostolici muniminis robur adiicimus, prout in Domino magis expedire arbitramur.

Expositio preeum porrectarum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte venerabilis fratris Raphaelis episcopi Celsonensis, et dilectorum filiorum Josephi Oriol moderni abbatis infrascripti monasterii, atque Ignatii Bonaventuræ de Brazò monachi, et sacristæ mejoris monasterii regii nuncupati sanctæ Mariæ Rivipolli ordinis sancti Benedicti congregationis claustralium Nullius diœcesis provinciæ Tarraconensis expositum Nobis fuit, acerrimas inter ipsos, eorumque respective antecessores jampridem viguisse lites, atque judiciales controversias super pertinentia territoriali, et jurisdictionali nonnullarum ecclesiarum parochialium, et filialium, earumque populorum, at beneficiorum collationem in diversis tribunalibus, ac etiam in palatii Nostri apostolici causarum auditorio; quippe quia utraque pars ad ipsius diœcesis, et abbatiæ respective territorium, ac sacristæ majoris officium præmissa spectare asserebat. Pacis vero, ac tranquillitatis studium, quo pro eximia sua singulari pietate flagrat carissimus in Christo filius Noster Karolus Hispaniarum rex catholicus effecit, ut reservatis tum dictarum litium diuturnitatibus, ac dispendiis, cum partium querelis, ac simultatibus, quies tandem restituta sit ope concordiæ, quæ unanimi consensu capitulorum ecclesiæ Celsonensis, et respective dicti monasterii sub nonnullis pactis, renuntiationibus, et reciprocis cessionibus per suos legitimos procuratores sub Nostro, et Sedis apostolicæ beneplacito inita fuit juxta tenorem, qui sequitur nempe.

Karolus Dei gratia Hispaniarum Indiarumque rex

Tenor decreti editi a rege Hispaniarum, et Indiarum.

§. 3. Exposito Nobis nuper pro parte rev. in Christo patris episcopi Celsonensis, et ven: abbatis monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo ordinis sancti Benedicti, quod inter cæteras lites, et controversias olim inter ipsorum prædecessores vertentes major, atque præcipua fuit circa territorii vere, ac proprie separati jurisdictionem, quam dictus abbas ex apostolicis concessionibus interpretativa observantia, et immemorabili consuetudine sibi competere prætendabat super sex, pluresve ecclesias parochiales, earumque populos, rev: Celsonensi episcopo contradicente, easque, et eos, nedum in suo diœcesano districtu existere, sed etiam proprie, ac nativa sibi subiici contendente, tamquam in illo ex assensu pontificio, ac regio inclusas, et inclusos, nec non in erectione sui episcopatus apostolicis literis specifice, ac individualiter descriptas, ac descriptos, inde vero factum fuisse, quod vacante una ex dictis ecclesiis parochialibus, et utroque ex dictis prælatis ad appositionem œconomi præcedente, habito ad cameræ Nostræ consilium recursu, exindeque regii Barcinonensis prætorii informatione petita, ac recepta, accurateque cribetis juribus utriusque partis, ac Nostris ex concordato cum sancta Sede apostolica ultimo loco inito provenientibus pro eo, quod spectat modum explendi provisiones dictarum ecclesiarum, quatenus eas in mensibus, casibusque reservationum vacare contingat, significatum fuerit ipsis prælatis Nostrum fore beneplacitum, ut quoad iodictiones concursuum, extentiones elenchi approbatorum in examina, institutiones, canonicasve collationes sua compromitterant jura, prout reipsa in arbitros a Nobis approbatos, sine tamen effectu, compromisisse, quia unus ab humanis, alter vero ab eo, quem gerebat, magistratu, nullo prolato arbitrio, excesserunt. Post hæc, Sede episcopali Celsonensi suo viduata pastore, mox ex præsentatione nostra ad eamdam promoto moderno illius episcopo cum de antecedenter gestis edoctus, et de sui episcopatus juribus plene fuisset instructus, egisse, ac serio simul cum Rivipullensi abbate sui juris conscio tractasse tum de lis, quæ

sub controversiis veniebant, cum de cæteris, quæ exinde suscitari facile possent, utrumque vero pacis spiritu, cordis sinceritate, nostraque complendi desiderio, voto ductum considerasse, efformesse, et per suos hinc inde procuratores subscripsisse pacta reciprocæ concordiæ, et ea ipsa, tamquam in utriusque utilitatem vergentia, in desuper stipulato instrumento inserta ad nos transmisisse, supplicantes proinde, ut ea regiæ approbationis nostræ in forma specifica decreto muniri velle dignaremur, nostroque in alma urbe Roma administro, ut pro apostolica confirmatione obtinenda omni meliori modo satageret, mandaremus, cujus quidem concordiæ instrumentum est tenoris sequentis, videlicet.

In nomine Domini. Amen.

Tenor procurationis relaxatæ ab episcopo Celsonensi, pro subscribendo instrumento concordiæ.

§. 4. In civitate Celsonensi provinciæ Tarraconensis pridie kalendas novembris anno a nativitate Domini MDCCLXXIV. coram nobis notariis publicis infrascriptis simul stipulantibus, et in solidum fidem perhibentibus personaliter constituti dd. Josephus Antonius de Urien decanus ecclesiæ cathedralis hujus civitatis procuratorio nomine rmi domini fratris Raphaelis la Sala Celsonensis episcopi, et dominus Joachimus de Sallà prior monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo Nullius diœcesis monachorum ordinis sancti Benedicti congregationis Tarraconensis, et Cæsaraugustanæ procuratorio nomine admodum rev: patris domini Josephi Oriol dicti monasterii abbatis, nec non p. d. Ignatii Bonaventuræ de Brazò monachi, at sacristæ majoris ejusdem monasterii, prout de eorum respective mandatis constat, quæ unum post aliud hic inseruntur, tenoris sequentis, videlicet = Præsenti publico instrumento notum sit, quod illustrissimus, et reverendissimus dominus fr. Raphael La Sala Dei, et sanctæ Sedis apostolicæ gratia episcopus Celsonensis, præsentibus me notario, testibusque infrascriptis exponit, quod cum inter ipsum ex une, et perillustrem patrem abbatem monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo hujusce provinciæ ex altera partibus modo tractetur de ineunda concordia super pertinentia nonnullarum parochialium ecclesiarum, et exercitio jurisdictionis spiritualis in eisdem, quam cito concludi speratur, ne per se aliis sui episcopatus negotiis distentum, stet, quominus optatum finem habeat, gratis, et ex certa scientia, ac omni meliori modo suum constituit procuratorem cum plena facultate, prout de jure dominum Josephum Antonium de Urien presbyterum decanum suæ cathedralis ecclesiæ, licet absentem, ad hoc ut simul cum perillustri abbate Rivipullensi, seu ejus legitimo procuratore, et cum approbatione utriusque capituli Celsonensis, et Rivipullensis concordiam inire valeat super omnibus quæstionibus inter dictas partes pendentibus in præteritum, et de præsenti tam in judicio deductis, quam non deductis, quoad ecclesias, et parochiales quascumque sitas intra limites episcopatus Celsonensis pro eo quod spectat tum illarum jurapatronatus, provisiones, et institutiones, cum exercitium jurisdictionis spiritualis, et principaliter, et expresse quoad ecclesias parochiales sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum ejus filiali sancti Salvatoris de Bergos, hebdomadaries simplices, beneficium sacristiæ, aliaque in illis fundata, et quoad ecclesias parochiales, ac beneficia curata sanctæ Mariæ de Marlès, sanctæ Mariæ de Borradà cum sua filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani de Aranofict, sancti Andreæ de Gargallà cum sua filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexæ sancti Michaelis de Gisclareny, sancti Vincentii de Obiols, sanctæ Mariæ de Sorba cum sua annexa, sancti Jacobi de Cadoñet, et sancti Cucufatis Salon alias dal Racò cum sua annexa sanctæ Mariæ de Ecclesiis, et ad hunc effectum inire, ac subscribere valeat quæcumque transactionis, seu concordiæ, et alia necessaria instrumenta cum pactis, et conditionibus supradicto procuratori benevisis, et signanter cedendi territorio ecclesiarum, et locorum, quæ sita sint in districtu episcopatus, si, et quatenus necesse fuerit, et consensum præstare illorum separationi, et aggregationi in eorum omnimoda jurisdictione territorio abbatis Rivipullensis, cum renuntiatione quibuscumque juribus episcopalibus, aliisque, sive tamquam ordinario, sive uti delegato apostolico vigore decretorum concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum competentibus, et pro ineundarum conventionum implemento obligare valeat bona, redditus, et emolumenta mensæ episcopalis Celsonensis cum generali renunciatione quarumcumque legum auxilio, cæterisque clausulis ad id necessariis, et interpositione juramenti in

animam ipsius constituentis, et generaliter cum facultate faciendi quæcumque ipse constituens, si præsens foret, agere posset, etiamsi ea essent, quæ magis speciale mandatum requirerent; ipsum namque, quod conferre potest, plene confert, extendendum ad annexa, et connexa, incidentia, et dependentia, et cum libera, promittens habere ratum quidquid præsentis vigore actum fuerit, nec unquam revocaturum. In quorum fidem idem illmus, et rmus episcopus se subscribit. Celsonæ die 27 octobris 1774; præsentibus dominis Augustino Ansaldo, et Vincentio Barracchina ejusdem domini episcopi familiaribus, testibus ad præmissa vocatis.

Fr. Joseph episcopus Celsonen.
Ita est Joseph Ceriola, et Font apostolica, et regia auctoritatibus notarius rogatus in fidem ec.

Tenor alterius procurationis relaxatæ ab abbate s. Mariæ deRivopul lo ad effectum stipulandi idem instrumentum concordiæ.

§. 5. Præsenti publico instrumento notum sit quod perillustris r. d. Joseph Oriol, et Tord Dei, et sanctæ Sedis apostolicæ gratia abbas regii monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo Nullius diœcesis provinciæ Tarraconensis ordinis sancti Benedicti, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ in capite et membris immediate subjecti cum territorio separato, præsentibus me notario, et testibus infrascriptis exponit, quod cum inter ipsum ex una, et illustrissimum, ac reverendissimum dominum episcopum Celsonensem ambos hujus provinciæ Tarraconensis ex altera partibus modo tractetur de ineunda concordia super pertinentia nonnullarum ecclesiarum parochialium, et exercitio jurisdictionis spiritualis in eisdem quam cito concludi speratur; sed quia ipse propter provectam ætatem, malamque valetudinem Celsonam, ut opus foret, se transferre non valet, ne per se stet, quominus optatus finis habeatur, sponte, ac alias omni meliori modo suum constituit procuratorem cum plena facultate, et absque ulla limitatione illustrissimum dominum Joachimum de Sallà monachum priorem, ac in spiritualibus, et temporalibus vicarium generalem, et officialem ejusdem monasterii Rivipullensis, licet absentem, ad hoc ut simul cum præfato reverendissimo episcopo Celsonensi, sive ejus legitimo procuratore, et cum approbatione utriusque capituli Rivipullensis, et Celsonensis concordiam inire valeat super omnibus quæstionibus inter dictas partes pendentibus in præteritum, et de præsenti tam in judicium deductis, quam non deductis, quoad ecclesias, et parochiales quascumque sitas in territorio abbatiali Rivipullensi pro eo, quod spectat, tam illarum jurapatronatus, provisiones, et institutiones, cum exercitium jurisdictionis spiritualis, et principaliter, ac expresse quoad ecclesias parochiales sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum ejus filiali, sancti Salvatoris de Bergos, hebdomadarias simplices, beneficium sacristiæ, aliaque in illis fundata, et quoad ecclesias parochiales, et beneficia curata sanctæ Mariæ de Marlés, sanctæ Mariæ de Borradà cum sua filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani da Aranoñet, sancti Andreæ de Gargallà cum sua filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexæ sancti Michaelis de Gisclareny, sancti Vincentii de Obiols, sanctæ Mariæ de Sorba cum sua annexa, sancti Jacobi de Codoñet, et sancti Cucufatis Salon alias de Raxò cum sua annexa, sanctæ Mariæ de Ecclesiis; et ad hunc effectum inire, ac subscribere valeat quæcumque transactionis, seu concordiæ, et alia necessaria instrumenta cum pactis, et condictionibus supradicto procuratori benevisis, et signanter cedendi territoria ecclesiarum, et locorum, quæ sita sint in territorio abbatiali, si, et quatenus necesse fuerit, et consensum præstare illorum separationi, et aggregationi in eorum omnimoda jurisdictione diœcesi Celsonensi, cum renunciatione quibuscumque juribus abbatialibus, aliisque sive tamquam ordinario, sive uti delegato apostolico vigore decretorum concilii Tridentini, et apostolicarum constitutionum competentibus, et pro ineundarum conventionum implemento obligare valeat bona, redditus, et emolumenta mensæ abbatialis Rivipullensis cum generali renuntiatione quarumcumque legum auxilio, cæterisque clausulis ad id necessariis, et interpositione juramenti in animam ipsius constituentis, et generaliter cum facultate faciendi quæcumque ipse constituens, si præsens foret, agere posset, etiamsi ea essent, quæ magis speciale mandatum requirerant, ipsum namque, quod conferre potest, plene confert, extendendum ad annexa, et connexa, incidentia, et dependentia, et cum libera, promittens habere ratum quidquid præsentis vigore actum fuerit, nec unquam revocaturum. In quorum fidem idem perillustris p. abbas se subscribit. Rivipulli die 15 octobris 1774 præsentibus Jacobo Palmerola, Qudaldo

Terratellas testibus ad præmissa vocatis.

D. Joseph abbas Rivipulli.

Ita est Franciscus Peraller regia auctoritate notarius publicus rogatus. In fidem etc.

In civitate Barcinonis die 9 octobris 1774.

Illustris r. dominus Ignatius Bonaventura de Brazò monachus, et sacrista major regii monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo Nullius diœcesis ordinis sancti Benedicti congregationis, et provinciæ Tarraconensis cum territorio separato sanctæ Sedi apostolicæ immediate subjecto, cum a perillustri domino abbate, et capitulo dicti monasterii sibi communicata nuper fuerit concordia ineunda inter illustrissimum, et reverendissimum dominum episcopum Celsonensem ex una, et perillustrem dominum abbatem Rivipullensem ex altera partibus super litibus, et controversiis inter dictas partes vertentibus quoad exercitium jurisdictionis ordinariæ in nonnullis parochiis, et ecclesiis, divisionemque territoriorum uni, alterive parti respective competentium, de consensu utriusque capituli, cumque in eadem pro parte dicti domini abbatis cum suo monasteriali capitulo inter alias cedatur reverendissimo episcopo, et diœcesi Celsonensi ecclesia, et parochia sancti Tirsi de Pinello, et in castro dictæ parochiæ fundatum reperiatur beneficium sub invocatione ejusdem sancti Tirsi, quod est præsentationis sacristæ majoris pro tempore dicti monasterii, hinc quoniam ipse personaliter adesse nequit ad præstandum suum, uti major sacrista, consensum hujusmodi concordiæ, sponte, ac alias omni meliori modo suum constituit procuratorem cum plena facultate illustrissimum dominum Joachimum de Sallà monachum priorem, ac vicarium generalem dicti monasterii licet absentem, ad hoc, ut suo, uti sacristæ majoris, nomine, et omne suum, suorumque in dicto officio successorum jus, et interesse repræsentando, ratifacare valeat cessionem, et renunciationem patronatus, et præsentationis dicti beneficii, ejusmodi concordiæ, prout in ea continetur, consensum præstando etiam cum juramenti interpositione, plenam desuper facultatem conferendo cum libera, et cum relevatione, ac obligatione honorum, et redditunm dignitatis sacristæ majoris, et generali renuntiatione. In quorum fidem se subscribit, præsentibus Augustino Matas, et Jacobo Rosell testibus ad præmissa habitis.

Dominus Ignatius Bonaventura de Brazò.

Ita est Guillelmus Odena auctoritate regia notarius publicus In fidem.ec.

§. 6. Supradicti itaque procuratores exponunt, dudum varias insurrexisse lites, et controversias jurisdictionales inter Celsonenses episcopos ex una, et abbates Rivipullenses ex altera partibus, quas quidem amicabiliter terminare, et futurarum originem radicitus amputare cupientes præfati episcopus Celsonensis, et abbas Rivipullensis per se ipsos, aliosque probos, literatosque viros omnibus serio, matureque cribratis, ac de modo magis opportuno ad se, suasque dignitates ab hujusmodi contentionibus extricandos, habitis colloquiis, ex præhabitis inquisitionibus agnitum est. Primum, quod Rivipullensis abbas ad se uti proprias spectare intendebat ecclesias parochiales sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum sua filiali sancti Salvatoris de Bergos, usumque nonnullorum jurisdictionalium actuum in illis a suis prædecessoribus gestorum, quamvis sitæ sint intra limites diœcesani districtus Celsonensis, prout etiam ad se pertinere juspatronatus quatuor hebdomadariarum simplicium, et beneficiorum sacristiæ in dictis de Cervaria, et sancti Salvatoris de Bergos, nec non ad sacristiam majorem monasterii Rivipullensis, alterius sancti Tirsi in castri parochiæ de Pinello respective ecclesiis fundatorum ex diversis titulis, et statibus pro abbatibus quoad illa de Cervaria, et Bergos, et pro sacristis majoribus quoad illud de Pinello respective allegatis. Quæ quidem patronatus jura, minime controvertebat Celsonensis episcopus, immo bona fide admittebat, quod autem ferre non valebat, erat prætensa ad abbatem pertinentia parochialium ecclesiarum de Cervaria, et Pinello, præter enim in controversam illarum situationem intra limites diœcesis Celsonensis, per quam satis episcopalis intentio fundatur, quoad legem diœcesanam, et spiritualem jurisdictionem in illarum clerum, et populum ex curiæ episcopalis regestis plene constat, illas semper habitas fuisse tamquam de libera collatione ab usque erectione episcopatus uti tales ab episcopis fuisse provisas, nec aliquid unquam in contrarium actum.

Expositio status litium actarum ante concordiam, et jurium abbatis

Secunda, et præcipua abbatis contentio versabatur circa territorium separatum, et quasi episcopalem jurisdictionem omnimodam cum qualitate vere Nullius, quam sibi asserebat in ecclesias parochiales, et beneficia curata sanctæ Mariæ de Marlès, sanctæ Mariæ de Borradà cum sua filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani de Arannñet, sancti Andreæ de Gargallè cum sua filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexæ sancti Michaelis de Gisclereny, sancti Vincentii de Obiols, sanctæ Mariæ de Sorba cum sua adnexa, sancti Jacobi de Codoñet, sancti Cucufatis Salon alias de Raoò, cum sua annexa, sanctæ Mariæ de Ecclesiis, eamque niti quibusdam apostolicis privilegiis e vetustissimis usque temporibus monasterio, et abbatibus Rivipullensibus concessis, in quibus descriptæ leguntur ecclesiæ sanctæ Mariæ de Borradà, sancti Vincentii de Obiols, sancti Andreæ de Graxer, annexæ sancti Michaelis de Gisclareny, Valles, et ecclesiæ sanctæ Mariæ de Marlès, sancti Romani de Arannñet, illa de Gargallà, altera de Sorba cum illa de Codoñet, et alia sancti Cucufatis cum annexa sanctæ Mariæ de Ecclesiis, quæ hodieque existunt, et super quibus abbas suum separatum territorium constituit; tituli enim, quibus pollet, suam valide fundant intentionem, sive minus legitimant possessionem, quatenus de immemorabili non constaret, quæ tamen plene probatur juxta disposita in constitutione = Inter multa = s. m. Benedicti XIV. edita die 4 aprilis 1747 §. . . Et sane dubitari = ope continuæ observantiæ actuum jurisdictionis quasi episcopalis a moderno, et antecessoribus abbatibus in dictis parochiis habitorum, visitationem in eisdem ecclesiis peragendo ante, et post erectionem episcopatus Celsonensis, cum correctione, ac pœnis subditis tam sæcularibus, quam regularibus inflictis, edicta decernendo, censuras fulminando, confessarios approbando, licentias prædicandi, et matrimoniis assistendo, publicationes dispensando, literasque ad id in alias diœceses mittendo, dimissoriales elargiendo, œconomos deputando, synodum convocando, beneficia tam curata, quam simplicia conferendo cum assertione, quod ad ipsos spectet illorum provisio, institutio, et omnimoda dispositio cum omnibus juribus, et pertinentiis suis, fidei professiones recipiendo, testamenta definiendo, pias causas decernendo, beneficiorum erectiones, uniones, et dismembrationes ordinando, ac cætera explendo, quæ ab episcopis in suis diœcesibus fieri solent, quæ quidem omnia nedum omnimodam quasi episcopalem in abbatibus jurisdictionem comprobant, sed insuper illius jus privativum propter plurium actuum, et exercitii frequentiam in dictis parochiis absque concursu episcopi, tam illarum rectoribus, quam parochianis in suum ordinarium ipsum abbatem agnoscentibus.

Expositio jurium quæ sibi episcopus asserebat.

§. 7. Contra reponente Celsonensi episcopo ecclesiarum descriptionem in privilegiis apostolicis nil ultra importare, quam passivam exemptionem, et sanctæ Sedis protectionem, minime vero gentium ordinariam, et quasi episcopalem jurisdictionem privativam cum territorio vere, et proprie a sua diœcesi separato, et in abbatiam translato, minusque jurisdictionem in clerum, et populum, quæ sane requisita necessaria forent ad veri, propriique Nullius qualitatem inducendam cum separato territorio; hujus vero qualitatis exempla in vetustæ ætatis privilegiis non adesse, ut antiquis monumentis testatur s. mem. Benedictus XIV. in constitutione » *Servitutis* » 76 §. eo *magis tom.* 4 sui Bullarii. Quo vero ad jurisdictionales actus in ecclesiis ab abbatibus Rivipullensibus habitos, cum hi suum constituant in allegatis privilegiis fundamentum, ultra illorum importantiam excedere, extendive non possunt; non enim ab exercentis, sed concedentis intentione suas desumunt conditiones. Neque immemorabilem, ac præsumptum titulum inducere valent, quia in memorabili probanda, coarctanda est negativa visus, auditus, factive in contrarium; notus autem est continuus litium rumor quoad jurisdictionem episcopalem ab abbate in dictis parochiis turbatam, quin et Celsonenses episcopi nonnullos, licet numero inferiores, jurisdictionis actus exercuerant præcipue in parochiis de Obiols, Sorba, et Borredà, qui de jure efficaciores existimantur uti impedientes eam immemorabilem, quam abbas allegare præsumit, quoad ecclesias specifice, et individuo a sancta Sede in literis erectionis episcopatus Celsonensis huic adjudicatas.

Ratio ineundæ concordiæ.

§. 8. At vero considerantes ambæ partes assiduas contentiones in diversis tribunalibus gravissimis sumptibus actas, molestiasque superioribus, quia et regi ipsi irrogatas occasione appositionis œ-

conomi vacanti ecclesiæ parochiali sanctæ Mariæ de Sorba anno 1757; regio namque mandato petita informatione a Barcinonensi prætorio, coram quo jura sua utraque parte deducente, Rivipullensis abbas prope innumerabilem documentorum copiam produxit, ut suos jurisdictionales actus ostenderet; adeo quidem, ut recepta a regia camera dicti prætorii informatione die 13 octobris 1766. quoad jurisdictionis exercitium circa concursuum ad controversas parochiales in earum vacationibus indictiones, et in illis approbatorum elenchum efformandum, earumque collationes peragendas, nihil decernere maluerit, sed potius, ut partes sua jura compromitterent exemplo alterius similis contentionis inter episcopum Vicensem ex una, et eumdem abbatem Rivipullensem ex altera partibus alias vertentis insinuaverit pridie kalendas novembris 1766. dictique episcopus Celsonensis in dominum Josephum Martinez de Pons, et abbas in dominum Paulum Ignatium de Amat utrumque Barcinonensis prætorii auditorem ultro compromiserint, eorumque nominationem rex ipse suo approbaverit chirographo ad id edito.

Tenor chirographi editi a rege Hispaniarum.

§. 8 Rex vobis Josepho Martinez de Pons, ac Paulo Ignatio Amat mei regii prætorii principatus Cataloniæ ministris.

Noveritis die 31 octobris anni proximi præteriti significatam fuisse r. episcopo Celsonensi, et abbati monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo resolutionem per decretum die 13 ejusdem mensis a meæ cameræ consilio captam, declarando scilicet ecclesias parochiales de Marlès, Borradà, Aranofiet, Gargallà, Obiols, et Sorba sub postremo inter sanctam Sedem, et hæc regna inito concordato esse comprehensas, earumque beneficia curata esse perpetua, et collativa per concursum in omnibus vacationibus conferenda, eorumque nominationes in octo mensibus, aliisque reservationum specialium, ac generalium casibus ad me spectare, aliis quatuor mensibus ordinariis pro abbate dicti monasterii remanentibus. Quo vero ad jurisdictionem ordinariam quasi episcopalem super easdem sex ecclesias a dicto abbate prætensam, in qua quidem comprehenditur concursus indictio, approbatorum elenchi efformatio, nominandorum a regibus institutio, et cætera hujusmodi a præfato meæ cameræ consilio considera-tum fuisse, quod licet anno 1761, omnimodam jurisdictionem ordinariam in ecclesias, et beneficia curata, ac simplicia ad abbatiam Rivipullensem spectantia abbati adjudicaverit, nihilominus, quia tunc lis, et causa inter dictum abbatem ex una, et episcopum Vicensem ex altera partibus vertebat, quos inter postmodum anno 1748 quædam super jurisdictione ordinaria inita fuerat concordia a sancta Sede, et meo dilecto fratre Ferdinando rege approbata, quæ minime extenditur ad comprehendendas ecclesias abbatiæ in diœcesi Celsonensi existentes, hinc quorum inter præfatos Celsonensem episcopum ex una, et abbatem Rivipullensem ex altera partibus modo lis pendet in Romanæ Rotæ auditorio super memorata jurisdictione, acta vero, et jura ab isto meo prætorio ad dilectum consilium transmissa, nedum afficere supradictam jurisdictionem, sed etiam unionem plenariam dictarum sex ecclesiarum monasterio, cui olim abbas insistebat congruum non existimasse præfatum meum consilium in citato decreto quidquam decernere super dubio jurisdictionis, super quo oporteret partes in contradicto judicio sua hinc inde jura deduceotes audire; quinimo ad evitandas lites, immodicosque sumptus, et stabiliendam tranquillitatem quoad regimen, et provisionem dictarum sex ecclesiarum maluisse potius insinuare dictis Celsonensi episcopo, et abbati Rivipullensi, prout utrique insinuatum fuit dicta die 31 octobris, meum fore beneplacitum, ut ambæ partes jura sua compromitterent ad effectum transigendi super dubiis hinc inde exortis ac vigentibus quoad jurisdictionem ordinariam in dictas sex ecclesias eodem modo, et forma, quibus cum aliis in diœcesi Vicensi existentibus actum jamdudum fuerat, et postquam transactum foret, transactionem ad idem meæ cameræ consilium transmitterent pro approbatione quoad ea, quæ meum tangunt negotium: hoc enim pacto sumptuum, litiumque perpetuatio evitaretur, quam in grave damnum utrique mensæ episcopali, et abbatiali, ecclesiarumque, et parochianorum cedere oportet. Cum itaque nuper pro parte dictorum r. episcopi Celsonensis, et abbatis sanctæ Mariæ de Rivopullo comparitum fuerit in dicto meæ cameræ consilio, et consensum præstiterint executioni significationis eis insinuatæ de ineundo compromisso ad effectum transigendi super dubiis vertentibus quoad respectivam jurisdictionem or-

dinariam in dictas sex ecclesias, et in judices arbitros, arbitratores, et amicabiles compositores nominaverint, videlicet dictus episcopus Celsonensis te Josephum Martinez de Pons, abbas vero Rivipullensis te Paulum Ignatium de Amat, mihique supplicaverint, ut nominationem hujusmodi admittendo, vobis permissam dicti officii acceptationem, et per sententiam arbitreriam a vobis ferendam dubiorum inter dictas partes quoad jurisdictionem ordinariam vertentium decisionem, vel quomodocumque meæ dignationi videretur, ac negotio hujusmodi indicto meæ cameræ consilio, cum omnibus suis præliminaribus, meique fisci expositione considerato per decretum die 10 currentis mensis supplicationi annui. Quocirca per hoc præsens chirographum indulgeo, permitto, regiamque, meam veniam concedo, vobis Josepho Martinez de Pons, et Paulo Ignatio de Amat mei Cataloniæ prætorii in civilibus auditoribus, quatenus nominationes utriusque vestrum respective actas ab episcopo Celsonensi, et abbate Rivipullensi admittere valeatis, ut tamquam arbitri arbitratores, et amicabiles compositores dubia inter dictas partes vertentia super jurisdictione ordinaria in sex ecclesias parochiales de Marlès, Borradà, Aranoñet, Gargallà, Obiols, et Sorba vestra arbitraria sententia decidatis, decreta quæcumque necessaria, et opportuna vobis benevisa faciendo, ad hoc, ut suum sortiatur effectum memoratæ meæ cameræ consilio dictis episcopo Celsonensi, et abbati Rivipullensi habita, et acta significatio; id namque a vestris dexteritate, justique, rectique, quo flagratis zelo, agendum fore spero; quidquid vero a vobis resolutum fuerit ad supradictum meæ cameræ consilium pro effectu meæ approbationis obtinendæ in ea parte, quæ mea jura tangat, transmittitis. Datum apud sanctum Laurentium die 22 octobris 1767.

Ego Rex

De mandato regis nostri Joseph Ignatius de Goyerseche.

Tenor concordiæ initæ.

§. 9. Verum quia ex dictis compromissariis primus eo magistratu, secundus vero ab humanis, re indecisa excesserunt, ac proinde ad aliorum nominationem deveniendum erat, ac ultra passam temporis dilationem, alia non brevis erat subeunda, ut novi compromissarii in facto, et jure ab utraque parte deductis edocerentur, satius fore putarunt rem totam per præfatos suos procuratores ad æquitatem componere, et accomodare.

Hinc igitur est, quod de consensu, et approbatione suorum respective capitulorum, ac sub regis catholici, sanctæque Sedis apostolicæ beneplacitis ad sequentem procedunt bonæ fidei concordiam sub pactis, et conditionibus in hunc modum videlicet.

De nominatione ad beneficia ecclesiastica.

§. 10. Primo quidem pro parte episcopi Celsonensis supradictus ejus procurator, ecclesiæ Celsonensis capitulo approbante, pro bono pacis consentit, ac stipulatur, quod beneficia curata, et parochialia, populi ecclesiæ, et parochiani sanctæ Mariæ de Borradà, ejusque filialis sancti Saturnini de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Cucufatis del Racò, seu Salon eum annexa, sanctæ Mariæ de Ecclesiis, nec non sancti Vincentii de Obiols sint, seu remaneant pro abbate, et monasterio Rivipullensi, qui abbas in illis omnimodam auctoritatem, et jurisdictionem tam ordinariam quam delegatam, cum territorio seperato, et qualitate vere Nullius, pront illam exercuisse, seu exercere debuisse, et in possessione hujusmodi exercitii stetisse prætendebat, in posterum quiete, ac pacifice exerceat, et pro hujusmodi effectu ad dicti abbatis, et monasterii favorem cedit, ac transfert omnia jura episcopalis auctoritatis, et jurisdictionis ordinariæ, et delegatæ, et alia quæcumque, quæ Celsonensi episcopo super omnes et singulas dictas ecclesias competerent, seu quomodolibet competere possent, et deberent, ita ut abbatiali, seu monasteriali territorio memoratas quatuor ecclesias parochiales, cum dictis duabus filialibus aggregata esse, fore, ac haberi consentiat, eas, quatenus opus sit, apostolica auctoritate dismembrando, ac separando a territorio diœcesano Celsonensi, ad hoc, ut præfati abbas, et monasterium, sede abbatiali tam plena, quam vacante, super illas habeant, et exerceant omnimodam, ac privativam jurisdictionem spiritualem etiam a sacro concilio Tridentino episcopis delegatam, eisdem modo, et forma, quibus iidem abbas, et monasterium illam exercent in proprio suo territorio separato oppidi, parochiæ, et ecclesiarum Rivipulli, aliarumque ipsius districtus, synodum convocando, concursum ad dictas quatuor parochia-

les de Borradà, Aranoñet, sancti Cucufatis de Salon, et Obiols, dum pro tempore vacaverint, eosque per se solum in suis mensibus ordinariis, in aliis vero ad regiam præsentationem conferendo, et pro ea habenda approbatorum elenchum transmittendo, et denique super illas, et in illis omnem jurisdictionem spiritualem, ordinariam, judicialem, et œconomicam, voluntariam, et contentiosam, tamquam in proprio peculiari, ac privativo territorio exercendo, absque ulla in futurum contradictione episcoporum Celsonensium pro tempore existentium, qui ne minimum quidem jurisdictionis actum, quovis sub prætextu, aut quæsito colore super illas, et in illis exercere possint, nec valeant. Expresse pariter consentiens, quod idem abbas Rivipullensis impetret a ssmo domino nostro papa quodcumque necessarium apostolicum beneplacitum, seu mandatum intrandi, possideodi, ac retinendi dictas quatuor parochiales, duasque filiales ecclesias tamquam suo territorio aggregatas, et ad ipsum spectantes, nedum cum qualitate vere Nullius, sed etiam cum potestate conferendi primam clericalem tonsuram, et quatuor minores ordines earum subditis sæcularibus, et in eis degentibus, regularibus, literas dimissoriales pro omnibus, et singulis majoribus, etiam presbyteratus, ordinibus concedendi, ac confirmationis sacramentum per quemcumque catholicum antistitem ibidem ministrari faciendi, ad quos omnes effectus a se, dictaque sede episcopali Celsonensi omnia, et singula jura sibi et ei ex quovis titulo competentia abdicat, et ab illis cedendo desistit.

De juribus jurisdictionalibus abbatiæ.

§. 11. Correspective ad præmissa pro parte abbatis Rivipullensis, et sacristæ majoris monasterii pro suo peculiari interesse, memoratus eorum procurator pariter pro bono pacis ejusdem monasterii de Rivopullo capitulo approbante, eorum, et pro tempore successorum nomine perpetuo cedit, ac renunciat rmo episcopo Celsonensi, ejusque successoribus quælibet prætensa jura jurisdictionalia abbatiæ super ecclesias parochiales et filiales, ac beneficia curata sanctæ Mariæ de Cervaria, ejusque filialis, seu annexæ sancti Salvatoris de Bergos, ac sancti Tirsi de Pinello, easque omoino subjectas fore consentit jurisdictioni episcoporum Celsonensium, ita ut nunquam perpetuis futuris temporibus abbas, et capitulum monasterii Rivipullensis in illas jurisdictionem aliquam, præsentationem, aut collationem prætendere valeant. Similique modo cedit, atque renuntiat juribus patronatus nominandi, et conferendi, aliisque, quæ habet super quatuor hebdomadariis simplicibus, ac super beneficio sacristia nuncupato in præfata ecclesia sanctæ Mariæ de Cervaria fundatis. Prout etiam procuratorio nomine supradictæ sacristiæ majoris cedit, atque renuntiat cuicumque juri super beneficio sancti Tirsi in ecclesia castri parochiæ de Pinello fundato. Item nomine prædicti abbatis Rivipullensis, ipsius capitulo coosentiente, cedit, et renuntiat ad favorem episcoporum pro tempore Celsonensium juripatronatus, et aliis juribus super beneficio sancti Selvatoris in ecclesia de Bergos; ita ut iidem episcopi perpetuis futuris temporibus illas, et illa conferant, atque provideant, tamquam de libera ipsorum collatione, ac si præsentationi, collationi, aut alteri dispositioni dictorum abbatis monasterii, et sacristæ majoris respective nullatenus fuissent obnoxia. Consentit pariter quod ab hodie in posterum beneficia curata, et populi sanctæ Mariæ de Marlès, sancti Andreæ de Gargallà cum sua filiali, sancti Saturnini de Figols, sanctæ Mariæ de Sorba cum sua filiali, sancti Jacobi de Godoñet, et sancti Andreæ de Grexer, annexæ sancti Michaelis de Gisclareny cum omnibus juribus, prærogativis, jurisdictionibus, aliisque spiritualibus pertinentiis habeantur, ac sint beneficia curata, et propriæ parochiæ, diœcesis, et episcopi Celsonensis renuntians, cedens, ac transferens ad ejusdem favorem omnia jura habita, aut prætensa, et quæ ex quovis titulo, et causa dicto abbati competere potuerint. Et pro majori præmissorum firmitate, ut hac concordia, et territorii divisione mediante, novæ in posterum evitentur controversiæ, nomine ejusdem abbatis, ipsius capitulo periter approbante, cedit, et renuntiat omnibus, et singulis juribus, quæ ei competere possunt super quascumque alias parochias diœcesis episcopalis Celsonensis ratione jurispatronatus, seu jurisdictionis spiritualis, exceptis quatuor illis supradictis simul cum earum duabus filialibus cessis abbati, et monasterio præfatis, expressat tamen declaratione adiecta, ac sub condictione, et non alias, quod cessæ, et translatæ minime censeantur decimæ, et primitiæ spirituales, minusque decimæ, census, bonores, emolumenta, et redditus temporales, quæ in dictis, aliisque paro-

chiis, et filiabus ad episcopum Celsonensem spectantibus abbas, et capitulum monachorum, dignitates, et officia Rivipullensis monasterii percipiant, ac respective percipere debeant.

Approbatio capitulorum.

§. 12. Ut autem præmissa omnia suos plenarios, et integros sortiantur effectus iidem procuratores nomine suorum principalium, eorumque successorum, et capitulorum respective, perfectam illorum observantiam, neque illis in totum, aut in parte ullo sub prætextu contradicturos promittunt, sub obligatione bonorum, ac reddituum spiritualium, et temporalium eorumdem principalium, mensarumque episcopalis, et abbatialis, officiique sacristæ majoris dicti monasterii respective tribuentes omnibus juribus competentibus potestatem eos, et eas ad eorumdem præmissorum adimplementum compellendi, perinde ac si ageretur vigore rei plene de partium consensu judicatæ, renunciantes cuilibet exceptioni læsionis, privilegiis, solemnitatum defectui, aliisque juribus eorum cuique competentibus vigore apostolicarum constitutionum, sacrorum canonum, aliarumque ordinationum, ac legis generalem prohibentes renunciationem. Volentes insuper, et convenientes, quod simul, et communiter pro approbatione præmissorum Sedis apostolicæ postuletur confirmatio. Atque ita stypulantes dicti procuratores vice suorum principalium jurarunt.

Tenor procurationis emissæ a capitulo cathedralis Celsonensis.

§. 13. Successive iidem, qui sub initium nominati mandatarii vigore mandatorum a capitulis ecclesiarum cathedralis Celsonensis, et monasterialis Rivipullensis ipsis respective collatorum, quorum tenores sunt, videlicet.

Præsenti publico instrumento innotescat, quod nos Joseph Antonius de Urien decanus, et præses Emmanuel Maranosa archidiaconus, Petrus Antonius Artiz cantor, Marianus Bargues thesaurarius, Hiacynthus Sampere, Franciscus Camps, Joseph Capdevila, Franciscus Macarulla, Raymundus Itemeterius de Urien, et Joannes Ribera presbyteri, et canonici Celsonenses convocati, et more solito in aula capitulari de mandato præsidentis congregati capitulum celebrantes, et ultra duas partes numeratis absentibus, et non intervenientes componentes, quoniam inter illmum, et rmum episcopum nostrum ex una, et perillustrem abbatem monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo ex altera partibus concordiæ initur tractatus super pertinentia nonnullorum beneficiorum curatorum, et ecclesiarum, ac jurisdictionis spiritualis in illis exercitio, cui concordiæ pro majori ejus firmitate assensus desideratur utriusque ecclesiæ capitulorum. Hinc igitur nos sponte nostrum, nostrique capituli nomine procuratorem constituimus dominum Josephum Antonium de Urien decanum hujsce præsentem, ut consensum præstare valeat, et, quatenus opus sit, ratificet concordiam inter supradictas partas, seu earum legitimos procuratores concludendam super omnibus, et singulis contentionibus inter Sedes episcopalem Celsonensem, et abbatialem Rivipullensem vertentibus in judicio, vel extra, et signanter super jurisdictione in parochiales ecclesias sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum filiali, sancti Salvatoris de Bergos, hebdomadarias simplices, beneficia sacristiæ, et alia in eis fundata, nec non beneficia curata, et ecclesias sanctæ Mariæ de Marlès, sanctæ Mariæ de Barradà cum filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Andreæ de Gargallà cum filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexam sancti Michaelis de Gisclareny, et sancti Vincentii de Obiols, sanctæ Mariæ de Sorba cum annexa sancti Jacobi de Codonet, et sancti Cucufatis Salon, alias de Racò cum annexa sanctæ Mariæ de Ecclesiis, et omnibus pactis, at conditionibus in dicta concordia continendis consentiat, ac generaliter quidquid a Nobis, si præsentes essemus, fieret, et ipse faciat etiam quoad annexa, et dependentia, dantes plenariam facultatem, ita ut ex ejus defectu ab agendo non desistat, promittentes habere ratum quidquid egerit, nec unquam revocaturos, sub obligatione bonorum capitularium, et cum renunciationibus opportunis. In quorum fidem etc. Actum Celsonæ in aula capitulari die 27 octobris 1774. præsentibus Joanne Valls, et Josepho Forrols testibus, et duo ex dd. capitularibus ad id specialiter, at expresse deputati a capitulo subscribunt.

Emmanuel Maranosa archidiaconus
Joseph Capdevila canonicus
In fidem etc. Dominus Aguilar notarius publicus rogatus.

Tenor procurationis emissæ a capitulo monasteriali s. Ma-

§. 14. Præsens lecturis pateat, quod nos dominus Dominicus de Sabater in spiritualibus, et temporalibus vicarius

riæ de Rivopullo.

generalis, et officialis monasterii sanctæ Mariæ de Rivopullo Nullius diœcesis coogregationis, et provinciæ Tarraconensis sanctæ Sedi apostolicæ in capite, et in membris immediate subjecti ordinis sancti Benedicti pro perillustri domino Joscpho Oriol abbate cum territorio separato, ac præsens dominus Antonius da Pastors infirmarius, dominus Benedictus Jacobus da Romco cellerarius major, dominus Maginus de Moxò fabricerius, dominus Melchior de Sabater sacrista thesaurarius, et olearius, dominus Franciscus Antonius de Jalpi cantor, dominus Franciscus de Pagnera refectoriarius, dominus Antonius de Olmera, dominus Joseph Franciscus Borras, dominus Antonius de Burgues, omnes monachi professi, et respective dicti monasterii officiales more solito convocati de mandato præsidentis in aula capitulari celebrantes capitulum duas ex tribus partibus, et ultra componentes, absentibus, et impeditis comprehensis, quoniam inter illustrissimum, et rmum episcopum Celsonensem ex una, et perillustrem abbatem nostrum ex altera partibus concordiæ initur tractatus super pertinentia nonnullorum beneficiorum curatorum, et ecclesiarum, ac jurisdictionis spiritualis in illis exercitio, cui concordiæ pro majori ejus firmitate assensus desideratur capitulorum hinc inde. Nos igitur sponta hujus capituli nomine procuratorem constituimus illustrem dominum Joachimum de Sallà hujus monasterii priorem licet absentem, ut consensum præstare valeat, et quatenus opus sit, ratificet concordiam inter supradictas partes concludendam super omnibus, et singulis contentionibus inter Sedes episcopalem Celsonensem, et abbatialem Rivipullensem vertentibus in judicio, vel extra, et signanter super jurisdictione in parochiales ecclesias sancti Tirsi de Pinello, et sanctæ Mariæ de Cervaria cum filiali, sancti Salvatoris de Bergos, heddomadarias simplices, beneficia sacristiæ, et alia in eis fundata, nec non beneficia curata, et ecclesias sanctæ Mariæ de Marlés, sanctæ Mariæ de Borradà cum filiali, sanctæ Mariæ de Rotges, sancti Romani de Aranoñet, sancti Andreæ de Gargallà cum filiali, sancti Saturnini de Figols, sancti Andreæ de Grexer, annexam sancti Michaelis de Gisclareny, et sancti Vincentii de Obiols, Sanctæ Mariæ de Sorba cum annexa sancti Jacobi de Codoñet, at sancti Cucufatis Salon alias del Racò, cum annexa Sanctæ Mariæ de Ecclesiis, et omnibus pactis, et conditionibus in dicta concordia continendis consentiat, ac generaliter quidquid a Nobis, si præsentes essemus, fieret, et ipse faciat etiam quoad annexa, et dependentia, dantes plenariam facultatem, ita ut ex ejus defectu ab agendo non desistat, promittentes habere ratum quidquid egerit, nec unquam revocaturos sub obligatione bonorum capituli, et monasterii, et cum obligationibus opportunis. In quorum fidem etc. Actum Rivipulli in aula capitulari die 12 octobris 1774. præsentibus Francisco Bosas, et Francisco Font testibus, et a capitulo specialiter deputati subscribunt.

Dominus Dominicus de Sabater vicarius generalis, et præses.
Dominus Antonius de Pastors infirmarius, et decanus.
Dominus Benedictus Jacobus de Romeo cellerarius major, et archivista.
In fidem Franciscus Peraller notarius publicus rogatus.

Approbatio concordiæ etiam pro interesse cathedralis, et monasterialis ecclesiæ.

§. 15 Dicti itaque procuratores, vico, ac nomine præfatorum capitulorum, et pro illorum singulorum interesse præsentem concordiam, et omnia in ea contenta approbant, atque ratificant, sub spe desuper obtinendi beneplacitum apostolicum, et non alias, promittentes illorum observantiam sub obligatione bonorum capitularium respective mensarum, et cum eisdem renunciationibus, et clausulis superius expressis, ad quas se referunt. Et sic approbantes, atque ut de præmissis omnibus præsens conficeretur instrumentum rogantes dicti procuratores illud subscribunt.

Actum ubi in principio dicitur, præsentibus Joachimo Cluet, et Macario Golferichs presbyteris, et in ecclesia Celsonensi beneficiatis, testibus ad præmissa vocatis, atque rogatis.

Joseph Antonius de Urien decanus Celsonensis supradictis nomioibus.
Dominus Joachimus Sallà prior Rivipullensis supradictis nominibus.
Joseph Ceriola, et Font notarius Celsonensis rogatus in fidem.
Franciscus Peraller et Vines notarius Rivipulli rogatus in fidem.

Diplome regis super approbatione concordiæ.

§. 16. Propterea viso in præfato camerae nostræ consilio præinsertæ concordiæ instrumento, datisque pro informatione literis ad a. r. archiepiscopum Tarraconensem, et ab eo suo transmisso

voto, quo simul cum toto negotio, ac fisci nostri relatione in eodem consilio præposito, nobisque acta consultatione una cum dictæ concordiæ in instrumento illud approbare, et utrique prælato permitti apostolica confirmatione roborari, ad quem effectum nostrorum apud sanctam Sedem negotiorum administro mandari, ut in idipsum adlaboret, resolvimus. Præsenti itaque nostro diplomate, et pro ea tantum parte, qua negotium hujusmodi jura nostra tangit, supradictam concordiam inter episcopum Celsonensem, et abbatem Riripulli initam approbamus, eisdem permissionem largimur apud summum pontificem sollicitandi, ut ea apostolica sua auctoritate confirmetur. Universis vero nostrorum dominiorum magistratibus, et judicibus jubemus observare, adimplere, ac ab aliis observari facere quidquid hisce jubendo volumus. Datum apud sanctum Idelfonsum die xxvi septembris MDCCLXXV.

Ego rex

Thomas de Mello secretarius
Registrat. Nicolaus cancellarii majoris locumtenens.
Emmanuel Bonaventura Figueroa
Franciscus de la Mata Linares
Petrus Rodriguez Campomanes
Verti ex Hispano Joseph Togores interpres.

Preces porrectæ pro obtinenda confirmatione apostolica.

§. 17. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quæ in concordia hujusmodi statuta sunt, atque conventa bonum pacis potissimum respiciant, et quamcumque in posterum adimant controversiam, hinc dictus Raphael episcopus, ac Josephus abbas, nec non Ignatius Bonarentura major sacrista, etiam de ipsius Karoli regis consilio, et consensu, concordiam prædietam per Nos approbari, et confirmari, nec non eidem Josepho moderno, illiusque successoribus memorati monasterii abbatibus pro tempore existentibus infrascripta concedi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis

§. 18. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi rolentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, omnes, et singulas controversias, ac quascumque lites, et causas hujusmodi, quarum status, et merita, nominaque, et cognomina judicum, et collitigantium præsentibus pro expressis haberi volumus, ad Nos harum serie avocamus, ac penitus, et omnino extinguimus, ac perpetuum silentium desuper imponimus, nec non prædictam concordiam cum omnibus, et singulis in ea contentis, et expressis auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, et facti, ac solemnitatum defectus, qui desuper quomodolibet interrenerint, supplemus, et sanamus, eamdemque concordiam ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, servandam, et exequendam esse auctoritate, et tenore prædictis præcipimus, et mandamus, eidemque Josepho moderno, et pro tempore existentibus abbatibus ejusdem monasterii, ut veram, ac realem possessionem dictarum quatuor ecclesiarum parochialium apprehendere, et apprehensam retinere tamquam ad suum territorium spectantium, et aggregatarum cum qualitate veri Nullius; nec non primam clericalem tonsuram, et quatuor minores ordines earum subditis sæcularibus, et in eis degentibus regularibus conferre, atque literas dimissoriales eisdem subditis, etiam ad sacros subdiaconatus, diaconatus, et presbyteratus ordines promoveri cupientibus concedere, nec non quemcumque catholicum antistitem gratiam, et communionem Sedis apostolicæ habentem pro sacramento Confirmationis in illis ministrari faciendi, requirere, et admittere libere, et licite possint, et valeant respective auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 19. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sedis apostolicæ nuntios judicari, et definiri debere, ac ir-

ritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 20. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quatenus opus sit ecclesiæ, et monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, at literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet, concessis approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die decima sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 26. martii 1778. Anno II.

LXXXV.

Facultas rmo card. vicario urbis erectionem novi monasterii monialium ordinis eramitarum sancti Joannis præcursoris in urbe factam confirmandi.

Dilecto filio Nostro in alma urbe vicario in spiritualibus generali.

Pius PP. VI.

Dilecte fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem

Proemium.

§. 1. Læta sancta Mater Ecclesia numerosa prolis filiorum, quos inhæsausto, et nunquam deficiente partu, quotidie sacri lavacri undis æternam parit ad vitam, inter illos potissime gloriatur de illustriori portione gregis Christi, earum nempe virginum, quæ spretis mundi illecebris, et a corruptione sæculi recedentes tam corpore, quam mente vota Domino reddunt, et gloriam foris non quærentes, sed spe ad interiora captæ, toto desiderio ad supremam patriam anhelantes, oleumque sanctorum operum in vasis habentes, acceptis lampadibus suis cœlesti sponso obviam ire adnituntur. Apostolici igitur muneris Nobis licet immerentibus, Dei voluntate commissi præcipuas partes esse duximus, tam sancta, ac laudabilia harum prudentum virginum vota fovere, easque favoribus, et gratiis prosequi opportunis.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectarum in Christo filiarum monialium sub titulo, et denominatione, seu ordine eremitarum sancti Joannis Baptistæ præcursoris dudum in civitate Januensi a felicis recordationis Benedicto pp. XIV. prædecessore Nostro per suas in simili forma Brevis expeditas literas approbato, et confirmato expositum Nobis fuit, quod earum nonnullæ propriam patriam, ac domum relinquentes ad hanc almam urbem, veram religionis arcem novum ejusdem ordinis monialium monasterium instituendi causa, de licentia alias per Nos concessa, novissimis temporibus venerunt, atque ad hunc effectum empta inibi domo in via, quæ a Liberiana ad Lateranensem ducit basilicam regionis Montium, omnia, quæ pro ejusdem monasterii erectione juxta sacrorum canonum dispositionem necessaria erant parata reddere curarunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, jam domus prædicta cum sua ecclesia adusum monasterii debita clausura muniti redacta reperiatur, et præter hortum dictæ domui proximum a piis viris benefactoribus duo sibi ipsis donata capitalia, seu fundos obtinuerint, ex quibus omnibus annua scuta sexcentum viginti quinque monetæ proveniunt, quæ juncta cum dotibus, seu eleemosynis dotalibus jam in emptionem capitalium frugiferorum erogatis pro dote ejusdem monasterii, ac substentatione illius monialium sufficiunt, neque desunt suppellectilia tam sacra, quam profana ad usum ecclesiæ, et monialium hujusmodi necessaria. Hinc Nobis humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Mandatum directum d. cardinali vicario urbis cum omnibus facultatibus erigendi monasterium.

§. 3. Nos igitur piis earumdem exponentium votis, quantum cum Domino possumus, favorabiliter annuere volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte

incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, circumspectioni tuæ per præsentes injungimus, ut constito tibi de narratis, unum novum monasterium monialium, sub titulo, et denominatione eremitarum sancti Joannis Baptistæ præcursoris in urbe prædicta, nempe in domo, ut præfertur, empta, quoties ipsius novi monasterii, ejusque ecclesiæ, claustri, dormitorii, cellarum, aliorumque necessariorum membrorum, et officinarum fabrica in eo statu reperiatur, ut idem monasterium debita clausura muniri possit, illudque, et ecclesia hujusmodi sacra, et profana suppellectili, aliisque omnibus necessariis sufficienter instructa sint, et redditus annui certi, et perpetui saltem sexcentorum viginti quinque scutorum monetæ hujusmodi ipsi novo monasterio realiter, et cum effectu, ut præfertur, assignati fuerint pro prædictis, aliisque monialibus recipiendis, quæ moniales recipiendæ habitum per moniales hujusmodi gestari solitum suscipere, elapsoque uno anno cum dimidio probationis, concurrentibus in eis aliis requisitis, ad præscriptum sacrorum canonum, et concilii Tridentini decretorum, professionem per easdem emitti consuetam, cum dote, seu eleemosyna dotali, prout in alio ejusdem ordinis monasterio Januensi prædicto fieri solet, prævia tua approbatione, expresse emittere, perpetuamque clausuram, ac regulam, constitutiones, ritos, mores, et consuetudines ordinis prædicti, aliaque præscripta servare, divinisque laudibus insistere, ac omnimodæ tuæ, ac pro tempore existentis Romani pontificis in urbe vicarii in spiritualibus generalis jurisdictioni, superioritati, curæ, et gubernio subiicere, et sic subjectæ vivere debeant, et teneantur auctoritate Nostra apostolica perpetuo, sine cujusquam præjudicio erigas, et instituas; ipsique novo monasterio sic erecto, et instituto pro illius dote, ac illius abbatissæ, seu priorissæ, seu alterius nominis superiorissæ, et monialium pro tempore existentium sustentatione, onerumque illis incumbentium supportatione, prædictos redditus annuos saltem sexcentorum viginti quinque scutorum monetæ, nec non omnia, et singula alia per quasvis personas in perpetuum, vel ad tempus simul, vel successive pro augumento dotis monasterii hujusmodi, quandocumque, et qualitercumque tam inter vivos, quam causa mortis, seu in ultima voluntate donata, et assignata, ac elargienda, donanda, relinquenda, eroganda, et assiguanda bona, proprietates, pecuniarum summas, res, et jura quæcumque etiam ex nunc prout ex tunc postquam elargita, donata, relicta, erogata, et assignata fuerint, ita ut liceat abbatissæ, seu priorissæ, sive alterius nominis superiorissæ, et monialibus præfatis illorum omnium, et singulorum realem, corporalem, et actualem possessionem, seu quasi possessionem per se, vel per alium, seu alios, earum, et dicti monasterii nominibus propria auctoritate apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere; fructus quoque, redditus, proventus, et emolumenta ex iis provenientia quæcumque, ac eleemosynas eis, et monasterio hujusmodi pro tempore factas, et elargitas recipere, locare, arrendare, administrare, et recuperare, ac in suos communes, et dicti monasterii usus, necessitates, et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, itidem perpetuo eadem auctoritate concedas, applices, appropries, et assignes.

§. 4. Præterea eidem novo monasterio, illiusque abbatissæ, seu priorissæ, sive alterius nominis superiorissæ, ac monialibus, et earum cuilibet, aliisque personis, et Christifidelibus ecclesiam monasterii hujusmodi pro tempore visitantibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, facultatibus, libertatibus, immunitatibus, exemptionibus, prærogativis, præeminentiis, concessionibus, indulgentiis, indultis, favoribus, aliisque gratiis universis tam spiritualibus, quam temporalibus monasterio monialium civitatis Januensis dicti ordinis, ejusque abbatissæ, priorissæ, seu superiorissæ, monialibus, ac personis, et Christifidelibus earum ecclesiam visitantibus in genere, vel in specie, etiam per viam simplicis communicationis, seu alias quomodolibet concessis, dummodo sint in usu, nec hactenus revocata, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis, maximeque concilii Tridentini prædicti decretis, regularibusque ordinis hujusmodi institutis non adversentur, ac in posterum concedendis, et quibus illud, vel ille de jure, usu, et consuetudine, vel privilegio, aut alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, et poterunt, quovis modo in futurum, non solum ad ejus, at earum instar, sed pariformiter, et æque principaliter, et absque ulla prorsus diffe- Privilegia concessa.

rentia in omnibus, et per omnia perinde, ac si illa noro monasterio, illiusque abbatissæ, seu priorissæ, sive alterius nominis superiorissæ, monialibus, et personis præfatis specialiter, et expresse, ac nominatim concessa fuissent, uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, et valeant dicta auctoritate concedas pariter, et indulgeas. Ad hæc abbatissæ, seu priorissæ, sive superiorissæ, monialibus, et conventui dicti novi monasterii quæcumque statuta, ordinationes, institutiones, capitula, et decreta ad ipsius monasterii, ejusque personarum, rerum, bonorum, et jurium perpetuam directionem, gubernium, et administrationem, ac monialium præfatarum receptionem, probationem, admissionem, ætatem, conditiones, usus, et regularem disciplinam quomodolibet spectantia, et pertinentia, alias tamen honesta, et rationabilia, sacrisque canonibus, et constitutionibus apostolicis, dictique concilii Tridentini decretis, nec non regulæ, et constitutionibus memorati ordinis minime contraria, at a te, seu pro tempore existente in dicta urbe vicario in spiritualibus generali examinanda, et approbanda, faciendi, et concedendi, et quoties pro rerum, et temporum qualitate expediens videbitur, prævia tua, seu pro tempore existentis vicarii præfati approbatione, corrigendi, et moderandi, ac, quatenus opus fuerit, abrogandi, aliaque etiam ex integro concedendi, facultatem auctoritate præfata impertiaris. Nos enim moniales in novum monasterium hujusmodi suo tempore introducendi, cæteraque omnia, et singula in præmissis, et circa ea quomodolibet necessaria, et opportuna faciendi, gerendi, mandandi, et exequendi quamcumque necessariam, et opportunam facultatem tibi harum serie eadem auctoritate tribuimus, et impertimur.

Clausulæ solutæ.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, restrictionibus, et aliis contrariis dispositionibus, etiam per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices sub quibuscumque verborum expressionibus, et formis, etiam motu proprio pro tempore faciendis minime comprehendi, vel comprehensas censeri, sed tamquam pro fundatione monasterii erigendi, ad religionis, divinique cultus, et bonorum, piorumque operum augumentum concessas semper ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties ad pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per abbatissam, seu priorissam, sive superiorissam, et moniales novi monasterii erigendi prædicti quandocumque eligendam, concessas intelligi, firmasque, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non, quatenus opus sit, dicti ordinis, et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta martii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 2. aprilis 1776. Anno II.

LXXXVI.

Confirmatio literarum Sixti IV., et aliorum pontificum super facultate libere asportandi victualia ad civitatem Anconitanam ex locis triginta milliariis non distantibus.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Privilegia civitatis Anconae

§. 1. Anconitanum portum frequentia navium, populorumque illuc confluentium celeberrimum omni sane aevo Romani pontifices (praedecessores Nostri, tam victualium ubertate, quam majori semper amplitudine, et commoditate illustriorem reddere omni studio, atque ingenti sumptu indesinenter curarunt, quorum sane exempla Nos quoque sectantes ea libenter concedimus, quae in illius utilitatem, atque incrementum cessura fore conspicimus. Alias siquidem recolendae memoriae Sixtus pp. IV. propter portus hujusmodi celebritatem, copiae, et abundantiae rerum, quae ad victum necessariae essent, consulere volens per suas in simili forma Brevis die vii. aprilis 1475 expeditas literas decrevit, atque concessit, quod deinceps omnes, et singuli incolae civitatum, terrarum, oppidorum, villarum, atque locorum ultra unam dietam ab ipsa civitate Anconitana non distantium, farinam, hordeum, speltam, millium, fabas, pisa, legumina, et quaecumque alia victualia, grano dumtaxat excepto, ex suis civitatibus, terris, oppidis, locis, et villis licite, et impune, nec non absque alicujus licentiae, gabellae, aut cujuscumque alterius exactionis, seu bollectini solutione extrahere, ad ipsamque civitatem Anconitanam deferre, atque illa vendere possent, et valerent, quae omnia postmodum felicis recordationis Leo X. Paulus IV. et Gregorius XIII. praedecessores Nostri suis respective literis, quarum tenores praesentibus pro expressis haberi volumus, confirmarunt, et approbarunt. Deinde vero piae memoriae Sixtus pp. V. praedecessor quoque Noster per suas die 22 augusti 1585 in pari forma Brevis expeditas literas non solum praemissa confirmavit, et approbavit, sed etiam antianis, communitati, et hominibus ejusdem civitatis Anconitanae licentiam, et facultatem concessit, ut ad civitates, terras, oppida, villas, et loca ultra unam dietam, ut praefertur, non distantia accedere, ac inibi farinam, hordeum, speltam, millium, fabas, pisa, et alia legumina, nec non frumentum; dummodo in loco ubi emeretur in farinam converteretur, ac quaecumque alia victualia sub vocabulo grasciae comprehensa, absque aliqua gabella, exactione, et bullectino, ac alicujus desuper obtinenda, vel requirenda licentia emere, et ab illis extrahere, nec non ad dictam civitatem Anconitanam asportare, et asportari facere libere, ac licite, et impune valerent, quae quidem omnia a felicis recordationis Gregorio XIV. Clemente VIII. et Paulo V. praedecessoribus itidem Nostris confirmata, et approbata fuerunt suis respective literis, quarum pariter tenores praesentibus pro expressis, et insertis haberi volumus, ac alias prout in illis uberius continetur. Qua de re non solum ab incolis civitatum, et locorum intra dietam hujusmodi existentium, victualia praedicta ad eamdem civitatem Anconitanam asportari consueverunt; sed etiam civitas ipsa rectores, qui id peragereot, eligere, ac deputare curavit, super tamen dietae hujusmodi mensura, amplitudine, et locorum, terrarum, ac civitatum in ea comprehensarum quantitate, sicut Nobis nuper exponi fecerunt dilecti filii antiani, et consiliarii ejusdem civitatis; identidem nonnullae quaestiones exortae sunt, ac novissime etiam cum a lanione dictae civitatis pro illius usu per Recinetensem civitatem transferrerentur nonnulla animalia bubula ab ipso empta in civitate Tolentini; Recinetenses siquidem exactores gabellarum contendere coeperunt, lanionem ipsum fraudem patrasse ob non solutum ibidem pro dictis animalibus pedagium, seu gabellam, asserendo utramque civitatem propriam nempe, ac Tolentini intra dietae fines, et unius diei inter minimum contineri, atque privilegia exemptionum a vectigalibus per posteriores derogationes fuisse sublata. Re itaque ad judicium deducta, gubernator Recinetensis pedagium, seu gabellam pro eis solvendam esse decrevit, et quamvis postmodum aliter senserit dilectus filius secretarius congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctae Romanae Ecclesiae cardinalium Bono Regimini communitatum, et universitatum, civitatum, et locorum status Nostri ecclesiastici praepositorum, suamque sententiam in prima causae propositione congregatio praedicta confirmaverit; denuo tamen coram ea proposita hujusmodi causa, et propter suffragiorum di-

discrepantiem primum non definita, duo deinde prodierunt resolutiones, quæ pedagium, seu gabellam debitam esse declararunt. Cum entem, sicut eadem expositio subjungebat victualium necessitas prupter auctum incolarum, et populorum ed hujusmodi portum confluentium numerum, et in publici commercii utilitatem in dies magis magisque eugeatur.

Preces porrectæ pro confirmatione juris concessi super asportatione victualium.

§. 2. Hinc dicti exponentas ad effugiendas omnes, et quascumque lites, ac controversias, non solum omnia privilegia, gratias, et indulta a memoratis Romanis pontificibus prædecessoribusNostris concessa per Nos quoque confirmeri, et approbari; sed etiam dietæ hujusmodi mensuram extendi, et emplieri plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter suppliceri fecerunt, ut sibi in præmissie opportune providere, et ut infra indulgere de banignitate epostolica dignaremur.

Tenor confirmationis apostolicæ.

§. 3. Noe igitur, qui eivitatis, et portus hujusmodi utilitatem, et incrementum paterno desideramus cordis affeclu, et ipsos axponentee epecielibus gretiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis éxcommuoicationis, et intardicti, eliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo et quecumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum tei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, omnia, et singula privilegia, concessiones, gretias, et indulta ab eisdem prædecessoribus Nostris Sixto IV., Leone X., Paulo IV., Gregorio XIII., Sixto V., Gregorio XIV., Clamente VIII., et Peulo V., tam super libertate tributa omnibue incolis civitetum, terrarum, et locorum ultre unam dietem a dicta civitate Ancouitaue non distantium victuelia prædicta absque alicujue licentiæ, gabellæ, aut cujuscumque elterius exactionie solutione ed dictam Anconitanam civitatem deferandi, atque in ea vendendi, nec non etiam facultatem entianis, communitati, et hominibus ejusdem civitatis concessam, et ad dictas civitates, terras, et loca eccedera, ac ibi victualia prædicta, ac atiam frumantum in farinam tamen conversum, ec omnie sub grasciæ verbo comprehensa, sine ulle gabella, exactione, et bullectino nuncupato, et absque alicujus licentie ipsi emere, et ab illis extrahere, et ed memoratam civitatem Aoconitanam asportare, seu asportari facere libere, et licite, et impune possint, et veleant auctoritete epostolica tenore præsentium confirmemus, et approbamus, illisque epostolicæ firmitatis robur ediicimus. Ne eutem in posterum ulla unquam quæstio, ac controversia, vel dubitetio aliqua oriatur tam super dietæ mensura, quam super locorum in ea comprehensorum quantitate, distantiem dietæ hujusmodi in memoratis literis eorumdem prædecessorum Nostrorum expresse ad triginta millieria italica auctoritate, et tenore prædictis extendimus, at empliamus. Atque insuper ne etiem super qualitate ac diversitete viarum, quæ longiores, brevioresque esse possint, ac usu magis, vel minus frequentiores, dubietas ulla proponi valeat, trigiota millaria hujusmodi per Nos, sicut præfertur, emplieta, et extansa juxta mensurem adhibitem in nova certe geogrephica stetus Nostri ecclesiastici a Chistophoro Maire, et Rugerio Josepho Boscovich felicis recordationie Benedicto XIV., diceta, at in hac urbe impressa computenda, designande, ac definiende esse auctoritate, et tenore similibus decernimus, et mandamus.

Reservationes peculiares.

§. 4. Cæterum per præsentes non intendimus privilegiis, prærogativis, et gratiis eliae e felicis memoriæ Julio pp. II, aliisque Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris elmæ domui Lauretanæ pro peregrinis, eliisque Christifidelibus ad illam venientibus super victualium hujusmodi asportationa ad civitatem Laureteoam, eorumque vanditionem concessis, et attributis in aliquo derogare, sed ea in suo robore, sicut prius, ita et in posterum futuris quoque temporibus permanere debere auctoritate, et tenora prædictie statuimus, et mendemus.

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 5. Decernentee ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnie plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum peletii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ec irritum, et inane, si secus super his e quoquem quevis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attenteri.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac civitatum, et locorum hujusmodi etiem juramento, confirmatione epostolica, vel quevis firmitate elia roboratis statutis, et consuatudinibus; privilegiis quo-

que indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die secunda aprilis millesimo, septingentesimo, septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 24. aprilis 1776. Anno II.

LXXXVII.

Monachis, et monialibus monasteriorum congregationum Cœlestinorum, Camaldulensium, et Cisterciensium civitatis Faventinæ conceditur facultas eligendi unum deputatum ad interessendum publicis comitiis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Rationi, ac æquitati quam maxime convenire videtur, ut in definiendis, statuendisque iis, quæ ad plurium utilitatem, commoditatemque, et respective præjudicium pertinent, communis accedat assensus, atque voluntas; qua de re, ne alicui damnum irrogari ex alieno facto contingat, in id apostolicæ auctoritatis Nostræ partes interponimus, prout omnibus serio perpensis in Domino salubriter expedire conspicimus.

Expositio precum.

§. 2. Nuper siquidem Nobis exponi fecerunt dilecti filii abbates, et monachi ordinis sancti Benedicti congregationum Cœlestinorum, Camaldulensium, et Cisterciensium nuncupatorum, nec non dilectæ in Christo filiæ abbatissæ, et moniales ejusdem ordinis, ac monasteriorum in civitate, ac territorio Faventino existentium, quod juxta diversas derivationes pecuniarum, quæ a possidentibus bona immobilia in civitate, ac territorio prædictis ejus communitati persolvuntur, inter se quoque diversæ sunt crumenæ, seu capsæ, diversusque est usus, cui pecuniæ solutæ prædictæ destinari debent. Inter autem plures crumenas, seu capsas, quæ ad hujusmodi effectum a dilectis filiis communitate, et hominibus dictæ civitatis detinentur, duæ extant, in quarum unam ecclesiastici omnes concurrere solent, juxta ratam bonorum, quæ possident, a quacumque vero contributione in aliam crumenem, seu capsam exempti sunt monachi, et moniales undecim congregationum ordinis sancti Benedicti: quia tamen sæpe evenire solebat, quod pecuniæ spectantes ad prædictas duas crumenas, seu capsas erogabantur in usum diversum ab en, in quem erant convertendæ, hinc, ut crumenæ, seu capsæ hujusmodi de pecuniis sic erogatis reintegrari possent, novis datiorum indictionibus ecclesiastici gravabantur; ad has itaque, aliasque inordinationes tollendas ab immemorabili tempore assuaverunt, quatuor deputati ecclesiastici, duo nempe ex sæculari, ac totidem ex regulari clero sa conferre, atque cum decisivo voto interesse omnibus consiliis, atque congressibus communitativis, in quibus agenda, et definienda erant ea, quæ commune interesse tam laicorum, quam ecclesiasticorum respiciebant. Cum autem id minime satis esset ad impediendum usum pecuniarum diversum ab eo, pro quo dictæ duæ crumenæ, seu capsæ destinatæ reperiuntur, hinc a tempore pariter memoriam hominum excedente interessentibus eisdem consiliis, et congressibus duobus deputatis ecclesiasticis regularibus, usu receptum fuit, quod unus ex illis ex ordinibus mendicantium, et alter ex monachis ordinis sancti Benedicti assumerentur; quo sane pacto, cum monacho hujusmodi sic deputato, plene innotescerent privilegia, atque exemptiones tributæ undecim congregationibus dicti ordinis, hinc ipse supra alios omnes tueri poterat jura crumenæ, seu capsæ privilegiatæ, illius nempe, in quam minime prædictæ congregationes contribuere tenentur, dum reliquis tribus deputatis ecclesiasticis nil intererat earumdem congregationum privilegia vindicare, quæ congregationibus ipsis tantummodo congruunt, et earum propria sunt, non vero ordinibus mendicantibus communia, sed aut privilegiorum hujusmodi relevantiam igno-

rando, aut illorum executionem, et observantiam minime petendo, vel eorum existentiam simulando, suasi undique ipsi essa semper poterant, quod eo minus gravata inda reddebatur crumena, scu capsa, pro qua ecclesiastici omnes contribuere tenentur, qun magis onera super alia crumena, seu capsa privilegiata imposita fuissent. Id vero experientia reddidit exploratum; maximam enim assecute sunt utilitatem eorumdem exponentium monasteria opera, ac studio deputati dietarum congregationum, qui solo vicennii tempore a quantitate scutorum quatuordecim millium circiter, qua cæteri deputati ecclesiastici crumenam, seu capsam privilegiatam identidem grevare adnitebantur, liberam, ac immunem, lites etiam sustinendo, servavit.

Providentia capta a Benedicto XIV in sua constitutione, quæ incipit = Quamvis jamdudum

§. 3. Hæc itaque deputatio unius monachi ex dictis congregationibus ad annum usqua MDCCLII. perrexit, quo tempore, licet felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster sna constitutione, quæ incipit = Quamvis jamdudum = præscripsisset, ut in quocumque loco status acclesiastici eligendi essent duo deputati, unus ex sæculari, alter ex regulari clero; eoque daficiente, ambo sæculares esse deberent; ad hoc ut ipsi interessent consiliis eorum respective communitatum; nihilominus cum sanoita in hujusmodi dispositione minime observata fuerint in civitate Faventina; hinc præter duos deputatos ex clero sæculari, atque alium ex clero regulari ox ordine tamen mendicantium, etiam post annum 1752, interesse assuevit quartus deputatus monachus ordinis sancti Benedicti usque ad annum 1770, tunc enim primum consiliarii, seu homines prædictæ civitatis voluerunt, ut juxta formam ejusdem constitutionis deputati ecclesiastici ad duo tantum radigendi essent, qua de re ab inde postea exponentes præfuti non solum eorum peculiarem deputatum minime habnerunt, sed alectio daputati ex clero regulari semper evenit in persona unius ex ordinibus mandicantium, ea sane da causa, videlicet, quod cum ipsius electio pluralitate votorum peragenda sit, monachi victi, mendicantes hujusmodi victores evadunt propter majorem eorum numarum, ita ut a mendicantium arbitrio electio pendeat deputati regularis. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, id in grave damnum, et præjudicium cedat prædictorum exponentium, hinc ipsi, quoties a regularibus civitatis, et territorii Faventini hujusmodi in posterum in eorum regulerem deputatum eligatur aliquis ex ordinibus mendicantium, tunc, et eo oasu, facultatem, non obstante constitutione prædicta ejusdem Benedicti XIV. eligendi eorum tertium deputatum ecclesiasticum, qui cum voto decisivo consiliis, et congressibus prædictis intersit, in quibus tractandæ, et definiendæ erunt res interesse respicientes crumenæ, seu capsæ privilegiatæ, in quam contribuere dictæ undecim congregationes non tenentur, alias concessam pro Ferrariensi, Ravennatensi, Pisaurensi, et Cæsenatensi civitatibus, sibi quoque per Nos concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providera, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor novæ concessionis cum suis declarationibus, et reservationibus.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quaoumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione; et voto dilecti filii Nostri Vitaliani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Borromai nuncupati in provincia Romandiolæ, et exarchatu Ravennæ Nostri, et Sedis apostolicæ de latere legati, auctoritate apostolica tenore præsentium statuimus, atque decernimus, ut si contingat futuris temporibus a clero regulari eligi in suum deputatum unum professorem ex ordinibus mendicantium, qui comitiis, seu congressibus a communitate, et hominibus civitatis Faventinæ pro tractandis publicis negotiis pro tempore habendis interesse debeat, eo casu dumtaxat, memorata constitutione Benedicti prædecessoris minime obstante, et licet in ea præscriptum sit, ut duo tantum deputati tam cleri sæcularis, quam regularis in dictis comitiis admitti possint, superiores, seu abbates monasteriorum hujusmodi congregationum bona stabilia, et monasteria in civitate, et territorio Faventino præfatis possidentes eorum peculierem deputatum eligere, ac deputare respective valeant, dictusque deputatus tamquam tertius in eisdem comitiis admitti debeat, et locum habeat, eisque assistat, suamque sententiam, suosque sensus ape-

riat, firma remanente constitutione præfata, quando ex clero regulari unus ex monachis dictarum congregationum deputatus eligatur. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 5. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus præfata ejusdem Benedicti prædecessoris, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta aprilis millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXVIII.

Dat. die 4. maii 1776. Anno II.

Confirmatur erectio congregationis Oratorii sancti Philippi Nerii in civitate Mexicana in Indiis facta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ex quo divina majestas ad pastoralis officii fastigium Nos quamquam immeritos evexit, quantum in Nobis fuit, superno auxilio freti conati sumus, ut divini cultus, et catholicæ fidei propagatio, et animarum salus opportunis mediis augeatur, et propterea clericos, seu presbyteros congregationum operari cupientes, intentis studiis promovemus, et instituimus, favoribusque, et gratiis prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Status congregationis in Indiis.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, in civitate Mexicana in Indiis congregatio presbyterorum, et clericorum sæcularium oratorii sancti Philippi Nerii pluribus ab hinc annis canonice (ut asseritur) erecta, et instituta sit, iidemque clerici, et sacerdotes Christifidelium confessiones audire, Ecclesiæ sacramenta administrare, exhortationes ad populum habere, infirmos visitare, et alia pietatis, et charitatis opera non sine notabili piarum animarum spirituali consolatione, divinique cultus augumento juxta pium eorum institutum exercere cupiant, ac de præsenti exerceant; pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum desiderent, illas apostolicæ Nostræ confirmationis robore communiri.

Laudatur, et confirmatur erectio congregationis, quæ habetur ad instar congregationis Oratorii de urbe.

§. 3. Nos presbyteros, et clericos prædictos, ut ad pia, et sacra opera hujusmodi exercenda promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos hactenus Domino obtulerunt, eosdem uberiores in posterum afferant, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: erectionem, et institutiones prædictas, quatenus illæ canonice factæ fuerint auctoritate, aposto-

lica tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in eadem civitate unam prædictorum presbyterorum, et clericorum sæcularium in illam pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis Oratorii hujusmodi in ecclesia sanctæ Mariæ, et Gregorii in Vallicella de urbe dudum apostolica auctoritate erectæ, dummodo tamen presbyteri, et clerici prædicti ordinationes, et instituta domus congregationis Oratorii alias a felicis recordationis Paulo pp. V. prædecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate, et tenore similibus etiam perpetuo erigimus, et instituimus; ac nunc pro tempore existentibus præposito, presbyteris, et aliis ejusdem congregationis, sic de novo erectæ, qui ab ordinario approbati fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eas accedentium quocumque anni tempore audire, ac aliis injungendis injunctis absolutionem impendere salutarem possint, ac valeant.

Eximitur a jurisdictione parochi, et aliis privilegiis exornatur.

§. 4. Sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochis eorum jurisdictioni minime subjaceant, et sibi ipsis ad invicem quæcumque sacramenta ecclesiastica quovis etiam paschatis resurrectionis Dominicæ tempore, vice, et loco parochi ministrare; superiores autem congregationis per præsentes erectæ per se, vel alium, seu alios ex ipsis jam approbatis suos subditos a censuris, non tamen in casibus Sedi apostolicæ reservatis, neque in literis die cœnæ Domini legi solitis contentis, absolvere, illisque debitam pœnitentiam similiter injungere, iidemque superiores receptos inobedientes, ac ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et pœnitentiæ pro modo culpæ eorum arbitrio, servata tamen forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, et si sibi videbitur cum consensu majoris partis dictæ congregationis culpabiles ejicere, invocato ad id etiam si opus fuerit auxilio brachii sæcularis, libere, et licite similiter possint, ac valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus. Ao demum, quod congregatio per præsentes erecta sit, ac perpetuo remaneat subjecta omnimodæ jurisdictioni archiepiscopi Mexicani in Indiis pro tempore existentis, qui tamen ordinationes, et instituta prædicta nullo modo mutare, et alterare possit similiter perpetuo statuimus, et ordinamus.

Clausulæ salutares.

§. 5. Decernentes præsentes literas semper, ac perpetuo validas, et efficaces esse, ac fore, suosque plenarios, ac integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus inviolabiliter observari; et ita per quoscumque judices, et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Concessio indulgentiarum.

§. 6. Ac insuper, ut ecclesia congregationis sic erectæ in majori veneratione habeatur, et ab ipsis Christifidelibus congruis frequentetur honoribus, aliique presbyteri ad congregationem per præsentes erectam ingrediendam magis incitentur, omnibus, et singulis presbyteris, et clericis, qui eamdem congregationem de cætero ingrediendi die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam; ac ipsis nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, et aliis conviventibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu corde, si ore nequiverint, invocantibus etiam plenariam; nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, ac confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per præsentes erectæ ecclesiam die festo sancti Philippi Nerii a primis vesperis usque ad occasum solis devote visitaverint, et ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium suorum peccatorum indulgentiam, et remissionem etiam perpetuo concedimus et elargimur; non tamen presbyteris, et aliis ejusdem congregationis quoties pro exhortationibus habendis convenerint quam aliis utriusque sexus Christifidelibus iisdem exhortationibus interessentibus decem annos, et qui ecclesiam dictæ congregationis in quatuor aliis anni diebus festis per dictos presbyteros semel tantum designandis, et ab ordinario approbandis a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et, ut præfertur, oraverint septem annos, et totidem quadragenas. Eisdem vero presbyteris, et aliis dictæ congregationis quoties divinis

officiis in sua ecclesia, vel oratorio more dictæ congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel privatis, et sacratis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, vel sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam, antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicam, et toties salutationem angelicam tam pro anima presbyterorum, aut aliorum congregationis prædictæ, quam aliorum in Christi charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quodcumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus regula Nostra de gratiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut alia quævis exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis manu notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud ubique adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die quarta maii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

LXXXIX.

Dat. die 8. maii 1776 Anno II.

Præscribitur nova regula pro conservatione portus Cæsenatici perpetuo servanda.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cæsenatem civitatem singulari charitatis affectu, tamquam patriam diligere profitetur.

§. 1. Constantis Nostræ voluntatis, qua Cæsenatensem civitatem præcipuo, ac singulari charitatis affectu tamquam patriam Nostram dilectissimam, omni quidem tempore, sumus prosequuti, uberrima sane argumenta præbere nunquam omisimus, ac præsertim dum in minoribus constituti, et cameræ apostolicæ ærario præsidentes, omne adhibuimus studium, omnemque operam impendimus, ut ab ejus portu Cæsenatico unoccupato insalubris aer, qui ex salinarum proximitate oriebatur, illis alibi ex chirographo recolendæ memoriæ Clementis pp. XIV prædecessoris Nostri translatis in maximam populi terræ dicti portus commoditatem, atque utilitatem procul arceretur.

Benedict. XIII. gravibus inflictis pœnis consuluit sumptibus necessariis pro reparatione portus Cæsenatici.

§. 2. Porro, quoad expensas pro hujusmodi portus conservatione, et reparatione, peragendas, plura, sicut accepimus, a felicis recordationis Benedicto pp. XIII prædecessore quoque Nostro in suis, idibus septembris anno incarnationis Dominicæ MDCCXXVII sub plumbo expeditis literis statuta, atque præscripta fuerunt, nimis aspera, ac indecoris in paragrapho nono earumdem literarum, cujus initium est = Præterea quoad sumptus = etiam indictis pœnis, adversus eos, qui suis mandatis obtemperare abnuissent, literasque hujusmodi his anno quolibet in dictæ civitatis consilio, seu publicis comitiis perlegendas esse ipse Benedictus prædecessor constituit, ac alias prout in ejusdem literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur. Modo vero ineffabili Dei bonitate in supremo apostolatus solio præsidentes, ac novis in dies beneficentiæ Nostræ argumentis eamdem patriam, illiusque dilectos filios communitatem, et homines cumulare volentes, præscriptam methodum, seu regulam infradicendis immutare consonum arbitramur, ut in posterum, quod expensas hujusmodi quæ in hac perpetuo valitura constitutione decernimus, sit servanda.

Revocantur poenae praedictis, et statuitur quomodo expensis necessariis sit consulendum.

§. 3. Quo circa motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicae potestatis plenitudine, omnes, et singulas injuriosas voces, et expressiones immerito contentas ab initio, et in toto dicto paragrapho nono incipiente « Praeterea quoad sumptus » earumdem literarum una cum acerbioribus, ac aequa offensivis poenis ibidem indictis, revocamus, at abolemus, ac nullius roboris esse statuimus, et declaramus, perinde ac si nunquam usurpatae, et injunctae fuissent, simulque praescribimus, et jubemus, ut in iis, quae excavationem, conservationem, et reparationem dicti portus respiciunt, in posterum deputati terrae dicti portus, nec intimari unquam, nec in consiliis, in quibus de rebus ad eumdem portum spectantibus agendum erit, jus habeant Interveniendi, et si ad placitum consiliariorum pro meliori eorumdem instructiona vocabuntur, nullum super propositis deliberationibus suffragium ferre valeant, ita exigente decore, et ipsius consilii claritate; sed sumptus, et expensae semper fiant, nec quid immodicum, aut pro arbitrio gestum fuisse unquam dignoscatur sub poena quinquaginta aureorum ab illis, qui legem hanc violaverint persolvendorum, et monti Pietatis dictae civitatis applicandorum. Ut autem hujus intantionis Nostrae perennis semper extet memoria, has praesentes literas in publicis comitiis praedictis anno quolibet legendas esse, motu, et potestatis plenitudinis paribus injungimus, et mandamus.

Quodlibet remedium adimitur, ne contra literas ullo tempore insurgere quis valeat.

§. 4. Decernentes easdem literes, et in illis contenta quaecumque etiam ex eo, quod homines terrae dicti portus ad praemissa vocati, et auditi non fuerint, nunquam de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut cujusvis nullitatis defectu notari, et impugnari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in praemissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 5. Non obstantibus ipsius Benedicti praedecessoris literis praedictis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictae civitatis etiam juramento, confirmationa apostolica, vel quavis firmitate elia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, ot literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, eliisque afficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenoras praesentibus pro plane, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octara maii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

XC.

Dat. die 21. maii 1776. Anno II.

Confraternitas ssmi Sacramenti, et sanctae Monicae in ecclesia sanctae Mariae de Populo urbis instituta erigitur in archiconfraternitatem.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii primicerius, et custodes confraternitatis sub denominationa sanctissimi Sacramenti, et sanctae Monicae almae urbis Nostrae canonice, ut asseritur, erectae, quod ipsa confraternitas ordinaria auctoritate ab anno usque MDCCL. instituta fuit, modoque magno confratrum numero referta existit; ejus vero confretres plura pietatis opera exercent juxta proprium institutum, ac praesertim comitantur augustissimum Eucharistiae sacramentum in parochiali ecclesia sanctae Mariae de Populo nuncupata urbis praedictae, atque infra octavam corporis Christi solemnem peragunt processionem, festumque sanctae Monicae eorum protectricis praecipue colunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, praedicti primicerius, et custodes confraternitatem hujusmodi archiconfraternitatis titulo decorari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in prae-

missis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, confraternitatem sanctissimi Sacramenti, et sanctæ Monicæ hujusmodi in archiconfraternitatem cum omnibus, et singulis prærogativis, juribus, honoribus, et præeminentiis solitis, et consuetis auctoritate apostolice tenore præsentium, sine cujuscumque præjudicio, perpetuo erigimus, et instituimus; ac ipsius archiconfraternitatis sic erectæ officialibus, et confratribus præsentibus, et futuris, ut ipsi alias quascumque confraternitates ejusdem instituti extra almam urbem prædictam ubique locorum existentes eidem archiconfraternitati, servata forma constitutionis recolendæ memoriæ Clementis papæ VIII. prædecessoris Nostri desuper editæ, aggregare, illiusque omnes, et singulas indulgentias, et peccatorum remissiones, ac pœnitentiarum relaxationes ipsi confraternitati sic in archiconfraternitatem a Nobis erectæ concessas communicare libere, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis similiter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ confraternitatis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die undecima maii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

CXI.

Dat. die 22. maii 1776. Anno II.

Facultas episcopo Aurelianensi supprimendi monasterium Cœlestinorum in sua diœcesi existens.

Venerabili fratri episcopo Aurelianensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio decernendæ suppressionis.

§. 1. Alias cum pro parte claræ memoriæ Ludovici XV., dum vixit, Francorum regis christianissimi felicis recordationis Clementi pp. XIV. prædecessori Nostro delatum fuisset, in domibus monachorum Cœlestinorum existentibus in regnis Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex ipsis ornamenti, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse, pro pastoralis officii debito piissimis ejusdem Ludovici regis votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessit ad annum duraturam, ut tamquam ejus, et apostolicæ Sedis delegati domos monachorum Cœlestinorum in suis respective diœcesibus existentes visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepsissent, et opportuna remedia adhiberent; quod si vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset quodcumque instau-

randæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modum excogitarent, ac viam proponerent, qua eidem Clementi prædecessori communicata, illud de prædictis monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis decerni posset, quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorumdam monachorum conscientiæ, et tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout ipsius Clementis prædecessoris desuper in simili forma Brevis die prima martii MDCCLXXIII. expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Nuper autem Nobis exposuisti, quod earumdem literarum vigore ea, qua par erat, diligentia, zelo, et charitate, visitatio peracta fuit monasterii beatæ Mariæ virginis d'Ambert vulgo nuncupatæ ejusdem ordinis in ista Aurelianensi diœcesi existentis, et quamvis omne studium, omnemque curam adhibuisses, ut quatuor monachos, et unum oblatum totam familiem ejus tunc constituentes, et juxta præscripta in capitulo generali ejusdem ordinis in dicti monasterii filios declaratos ad regularis disciplinæ observantiam revocares, omnia temen in irritum cesserunt, quippe quia ipsi monachi monitis, consiliisque hujusmodi dicti potius monasterii suppressionem præferendam esse duxerunt.

Mandatum concessum pro decernenda suppressione.

§. 2. Serio itaque perpensis omnibus in visitatione hujusmodi tam laudabiliter, ac prudenter gestis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, eum spes omnis deficiat penitus restituendi in eodem monasterio regularem vivendi rationem, hinc est, quod Nos fraternitati tuæ facultatem, atque potestatem monasterium prædictum monachorum Cœlestinorum beatæ Mariæ virginis d'Ambert vulgo nuncupatum diœcesis Aurelianensis supprimendi, ac omnem regularem ejus qualitatem perpetuo in eo extinguendi auctoritate apostolice tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Omnia bona suppressi monasterii in pios usus eroganda esse præcipitur.

§. 3. Tibique, ut bona omnia tam stabilia, quam semoventia, jura, atque actiones ad monasterium hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existunt in alios, pios tamen, usus assignare, et applicare libere, et licite possis, et valeas auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Quatuor monachis conceditur, ut vitam

§. 4. Quod vero attinet ad personas quatuor monachorum integram familiam ejusdem monasterii constituentium, cum oblatus prædictus interea, sicut accepimus, ex hac vita migraverit, ut ipsis facultatem permanendi, quoad vixerint, extra claustra sui ordinis in habitu presbyteri sæcularis, et sub obedientia diœcesani loci, in quo morari contigerit, tribuere possis, et valeas pari auctoritate, et tenore impertimur.

agant extra claustrum in habitu presbyteri sæcularis.

§. 5. Quia vero unus ex eisdem monachis, nempe dilectus filius Edmundus Nicolaus Cabiller dicti monasterii procurator suum jam patefecit animum perpetuo in ordine, et congregatione hujusmodi vivendi, quoties proposita reformatio in aliquo ordinis, et congregationis hujusmodi monasterio admittatur, et amplectatur; hinc, ut eidem Edmundo Nicolao facultatem ad monasterium ejusmodi transeundi, atque in eo quoad vixerit, permanendi concedere pariter valeat, auctoritate, et tenore similibus elargimur.

Alteri monacho facultas conceditur transeundi ad aliud monasterium.

§. 6. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii d'Ambert, tam illius priori, quam cæteris monachis prædictis ea annua assignetur portio ipsis, seu quoad dictum Edmundum Nicolaum dicto respective monasterio, ad quod transire, et in eo permanere contingat quoad vixerint solvenda, et duratura, quæ tuo arbitrio, et prudentia sufficiens, atque congrua judicabitur.

Annua pensio singulis monachis assignatur ad vitam ex bonis monasterii.

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinal. de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 8. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum de-

Derogatio contrariorum.

rogatoriis, aliisque afficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda maii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

XCII.

Dat. die 22. maii 1776. Anno II.

Facultas episcopo Lemovicensi supprimendi monasterium Cœlestinorum in sua diœcesi existens, ejusque bona in pios usus erogandi.

Venerabili fratri episcopo Lemovicensi.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Agitur de eadem suppressione decernendo monachorum Cœlestinorum in alia diœcesi, veluti in præcedenti constitutione.

§. 1. Alias cum pro parte claræ memoriæ Ludovici XV., dum vixit, Francorum regis christianissimi felicis recordationis Clementi pp. XIV., prædecessori Nostro delatum fuisset, in domibus monachorum Cœlestinorum existentibus in regnis Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex ipsis ornamenti, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse, pro pastoralis officii debito, piissimis ejusdem Ludovici regis votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessit ad annum duraturam, ut tamquam ejus, et apostolicæ Sedis delegati domos monachorum Cœlestinorum in suis respective diœcesibus existentes visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepsissent, et opportuna remedia adhiberent; quod si vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset quodcumque instaurandæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modum excogitarent, ac viam proponerent, qua eidem Clementi prædecessori communicata, illud de prædictis monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis decerni posset, quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorumdem monachorum conscientiæ, et tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout inipsius Clementis prædecessoris desuper in simili forma Brevis die prima martii MDCCLXXIII expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Nuper autem Nobis exposuisti, quod earumdem literarum vigore ea, qua par erat, diligentia, zelo, et charitate visitatio peracta fuit monasterii de Ternes, vulgo nuncupati, ejusdem ordinis in ista Lemovicensi diœcesi existentis, quod unicum in tota diœcesi hujusmodi reperitur, et quamvis omne studium, omnemque curam adhibuisses, ut quatuor monachos totam ejus familiam constituentes, et juxta præscripta in capitulo generali ejusdem ordinis in dicti monasterii filios declaratos ad regularis disciplinæ observantiam revocares, omnia tamen in irritum cesserunt quippe quia ipsi monachi monitis, consiliisque hujusmodi dicti potius monasterii suppressionem præferendam esse duxerunt.

§. 2. Scrio itaque perpensis omnibus in visitatione hujusmodi tam laudabiliter, ac prudenter gestis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, cum spes omnis deficiat penitus, restituendi in eodem monasterio regularem vivendi rationem, hinc est, quod Nos fraternitati tuæ facultatem, atque potestatem monasterium prædictum monachorum de Ternes nuncupatum diœcesis Lemovicensis supprimendi, ac omnem regularem ejus qualitatem perpetuo in eo extinguendi auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur. Tibique, ut bona omnia tam stabilia, quam semoventia, jura, atque actiones ad monasterium hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant, in alios, pios tamen, usus assignare, et applicare libere, ac licite possis, et valeas, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus. Quod vero attinet ad personas quatuor monachorum integram familiam ejusdem mo-

Episcopo facultas conceditur procedendi ad suppressionem, et consulendi bonis, et personis monachorum.

nasterii constituentium, ut ipsis facultatem permanendi, quoad vixerint, extra claustra sui ordinis in habitu presbyteri sæcularis, et sub obedientia diœcesani loci, in quo morari contigerit, tribuere possis, et valeas pari auctoritate, et tenore impertimur.

Et assignetur ei pensio ad vitam super bonis suppressi monasterii.

§. 3. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii, tam illius priori, quam cæteris monachis prædictis, ea annua assignetur portio quoad vixerint duratura, quæ tuo arbitrio, et prudentia sufficiens, atque congrua judicabitur. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, ac delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis, ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda maii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

XCIII.

Dat. die 26. maii 1776. Anno II.

Imminutio festorum in diœcesi Gnesnensi.

Venerabili fratri archiepiscopo Gnesnensi, seu venerabili fratri Ignatio Kozierowski episcopo Adratensi ejus in spiritualibus vicario generali

Pius PP. VI.

Venerabiles fratres salutem, et apostolicam benedictionem

Proœmium.

§. 1. Paternæ charitatis, qua Christifideles omnes in Domino complectimur, illud maxime consentaneum videtur, ut eorum temporalium etiam commodorum rationem habeamus, quibus præsertim illi ad spiritualia consectanda fieri promptiores, alacrioresque possint, utraque enim ita componi, et constitui debent, ut altera abesse alteris nequeant, sed mutua inter se temperatione, quoad fieri potest, maxime provehantur. Quapropter, et si præcipue ad divinum cultum, animarumque salutem, Nostra apostolici ministerii solicitudo conversa sit, tamen interdum, aa minime neglecta temporalium rerum opportunitate non solum impedimenta, si quæ sint, averti, sed et multo potiora ad eum finem adjumenta comparari posse cognoscimus, ex quo facile intelligere potestis, venerabiles fratres, quo animo exceperimus, non mediocria, quæ a festorum dierum numero in ea parte istius diœcesis Gnesnensis, cui supremus Borrussiæ dominator temporaliter præest, iu populum emanant incommoda, hincque eidem populo opportuna dierum festorum diminutione ex apostolica benignitate providere, et fidelium utilitatibus, absque æternæ salutis dispendio consulere volentes, fraternitatibus vestris committimus, et maodamus, ut duo, vel unus vestrum in dicta diœcesis Gnesnensis parte hanc de festis diebus legem, in quam maturo consilio, et expensis omnibus descendimus, auctoritate apostolica denuntietis et edicatis, vel alter vestrum denuntiet, et edicat.

Declaratio dierum, qui festivi retineri debeant.

§. 2. Retineantur nempe, ac celebrentur festivi dies Resurrectionis cum sequenti, et Pentecostes item cum sequenti, aliisque per annum dies dominici, nec non Nativitatis Domini nostri Jesu Christi, Circumcisionis, Epiphaniæ, Ascensionis, et Corporis Christi, tum quinque dicati beatæ Mariæ virgini sci-

licet purificationis, annunciationis, assumptionis nativitatis, et conceptionis. Præterea et sancti Joannis Baptistæ, sanctorum apostolorum Petri, et Pauli, omnium sanctorum, sancti Stephani protomartyris, sancti Laurentii levitæ et martyris, sancti Adalberti episcopi, et martyris, et etiam festis principaliorum patronorum, cujusque ecclesiæ parochiales, ita ut intra circundarium parochiæ cum sua celebritate die, qua inciderint, retineantur. In his igitur omnibus festivis diebus pro veteri Ecclesiæ catholicæ instituto, Christifideles sacris adsse, a servilibus operibus abstineri, et jejunium in eorumdem vigiliis, quibus adnexum sit, observare debeant, et teneantur.

In reliquis vero festis servilia permittantur, et vigiliæ revocantur.

V. Si rinnoverà ogni mattina da tutto l'intenzione di guadagnare le indulgenze concedute pe' riferiti atti di fede, di speranza, o di carità, e per tutte le altre orazioni, che si faranno nella giornata; le quali Indulgenze si possono applicare in suffragio dell'anime del purgatorio, per cui dopo la recita de'mentovati atti si diranno un *Pater ec.* un *Ave ec.* ed un *Requiem æternam ec.*

VI. Nel principio del lavoro diranno tutte insieme inginocchiate una *Salve Regina ec.* avanti l'immagine di Maria santissima, e poi reciteranno la seguente preghiera.

Maria dolcissima nostra madre assisteteci coll'intercessione vostra ne'nostri lavori, che intendiamo d'incominciare, e di terminare colla vostra santa benedizione.

VII. Per la benedizione della mensa sì la mattina, che la sera reciteranno tutte unitamente a voce alta un *Pater noster ec.*, e un *ave Maria ec.* e di poi la superiora dirà.

Benedite, o Signore, noi, e questi doni, che siamo per ricevere dalla paterna Vostra provvidenza = Risponderanno tutte insieme = *così sia.* Ciò detto soggiungerà la superiora.

Mentre ci passiamo di questo cibo terreno ricordiamoci, figliuole, della mensa, che il Nostro celeste padre ci tien preparata ne'cieli.

VIII. Terminata la tavola, diranno pure insieme tutte un *Pater ec.* o un *Ave ec.* e quindi ripiglierà la superiora.

Vi ringraziamo, o Signore, de' Vostri benefizj, e vi preghiamo di concedere a tutti quelli, che ci fan bene pel Vostro santo nome, l'eterna vita.

Risponderanno tutte = *così sia.*

§. II.

Preghiere per la sera.

Preces emittendæ de sero.

§. 15. IX. Radunate che siano tutte nella cappella, e genuflesse, dopo d'essersi munite col segno della santa croce, dirà la superiora, o leggerà con pausa ciò, che siegue.

1.° *Mettiamoci alla presenza del Signor Iddio, e adoriamolo umilmente, e ringraziamolo de'benefizi, che si è degnato di farci in questo giorno.*

2.° *Preghiamolo, che ci dia lume per conoscere i peccati, e i difetti, che abbiamo commessi.*

3.° *Esaminiamo diligentemente noi stesse, se l'abbiamo offeso co'nostri pensieri, colle parole nostre, colle nostre opere, e colle nostre ommissioni; o l'esame nostro sia specialmente su di quei difetti, ne' quali siamo state solite di cadere; e consideriamo come abbiamo corrisposto alla grazia, e alle ispirazioni divine, e qual uso abbiamo fatto delle occasioni, che ci si sono presentate di fare del bene.*

4.° *Chiediamogli umilmente perdono delle nostre mancanze, e proponiamo fermamente di non mai più commetterle.*

5.° *Mettiamoci in quello stato, in cui vorremmo trovarci nel punto della nostra morte; e in cui dovremo presentarci al tribunale di Dio per essere giudicate.*

X. Terminato, che abbia la superiora di recitare quest'ultimo punto, diranno tutte insieme con vivo sentimento dell'animo, e con voce alta, e devotamente ciò, che siegue.

Atto di contrizione.

Actus contritionis.

§. 16. *Mio Dio, perchè siete bene infinito, degno di essere amato sopra ogni cosa, mi dispiace di avervi offeso con tanti miei peccati. Li detesto, mio Signore, perchè sono offese vostre. Me ne pento, e propongo fermamente di non offendervi mai più.*

Aggiungano.

Ah! Gesù mio, non vi avessi mai offeso, e vi avessi sempre amato. Sono stata infedele, e ingrata, lo conosco. Fatela voi da padre misericordioso; mentre io mi protesto, e fermamente propongo di non volervi più offendere, col vostro ajuto.

Gesù mio, sono vostra, son tutta vostra, e voglio essere eternamente vostra, e amarvi eternamente in paradiso. Gesù mio, credo in voi, spero in voi, amo voi con tutto il mio cuore. Accrescete voi in me la fede, la speranza, e la carità. Concedetemi la perseveranza finale compimento, e corona delle vostre grazie in questa terra, acciocchè ve ne possa ringraziare eternamente ne' cieli.

Diranno poi tutte insieme *il Sub tuum præsidium etc.* alla santissima vergine.

Si raccomanderanno finalmente all' angelo custode, dicendo l'orazione: *Angele Dei etc.*

PARTE III.

Delle regole del conservatorio delle zitelle orfane, e dello spedale delle povere inferme di Civita-Vecchia.

Continuatio regularum conservatorii, et hospitalis.

§. 17. I. Poichè da principio non per altro si pensò di fondare il conservatorio delle orfane, che per addossare loro il peso di assistere allo spedale delle povere inferme; fu duopo, che appresso le costituzioni riguardanti i doveri delle zitelle medesime verso Dio, verso se stesse, e verso chi lor presiede, e chi con esse convive, si prescrivano loro eziandio que' regolamenti, pe' quali, con ordine, ed esattezza, soddisfaciano pure all' obbligo, che lor corre, di prestare alle mentovate inferme ogni maggior assistenza.

CAPO I.

In qual mod[illegible] debbono accogliere le inferme [illegible] assiste allo spedale.

Quomodo recipi debeant ægrotantes in hospitale.

§. 1[illegible] II. Le inferme, che si saranno prese[illegible]te allo spedale per essere curate, do[illegible]ranno essere accolte come rappresentanti [illegible] persona del nostro redentore Gesù Cristo, avendo egli detto, che qualunque trattamento si faccia a qualsivoglia de' suoi bisognosi, sarà da lui considerato come fatto a se medesimo (1). Converrà pertanto, che dalle zitelle assistenti allo spedale si apparecchi alla nuova inferma il letto con lenzuola, e federette pulite: se le lavino pietosamente i piedi: se le taglino i capelli, quando per la nettezza vi sia di bisogno, affinchè non ne infetti il letto, e lo spedale: si spogli, se le dia camicia pulita, e se le ponga berrettino pure pulito in capo.

III. Le sarà quindi intimato di prepararsi a fare una buona confessione; e prontamente si procurerà di chiamare il [illegible] lei padre spirituale, se l'averà fisso; [illegible] se no, il p. curato di s. Maria, o altro s[illegible] [illegible]te, che dallo stesso p. curato sia [illegible]tinato a tal offizio pel lo spedale. Dop[illegible] ch' ella si sarà confessata, sarà dal[illegible] curato medesimo, a cui spetta l' am[illegible]inistrazione de' sacramenti, o dal [illegible]cerdote ch' egli avrà deputato, comu[illegible]cata per divozione; se pure la grav[illegible]za del male non richiederà, che se le dia la comunione per viatico, e di poi l'estrema unzione, secondo, che il sacerdote medesimo ne sarà dal medico, o, in mancanza di questo, dalla superiora avvisato.

(1) *Matth. cap. xxv. vers.* 45.

CAPO II.

Come, ricevute che siano, debbano esser trattate le inferme nello spedale.

Quomodo receptæ tractari debeant.

§. 19. IV. Accolte, che sieno nella maniera di già descritta le inferme, si userà ogni premura, acciocchè sieno loro, con prontezza, e carità somministrati i medicinali, conforme avrà ordinato, e nelle ore, che avrà prefisse il medico; nel qual tempo staranno bene attente le assistenti, che se la medicina sarà in bocconi, ovvero in pillole, queste sieno non solamente prese dalla inferma, ma eziandio inghiottite.

V. Le operazioni chirurgiche (come il cavar sangue, il dar lavativi, il far unzioni, l'usar fomenti, il metter vescicatorj) saranno puntualmente eseguite a tenore di ciò, che avrà stabilito, e nel tempo, che avrà prescritto il medico. I vescicanti saranno con carità (e in modo, che le fascie si mantengan pulite) medicati due volte il giorno, cioè la mattina per tempo, e verso sera; affinchè oltre il giovamento, che se ne potrà ricavare, serva ciò anche di sollievo all' inferma. Pe' fomenti, converrà, a ragion eziandio di economia, usare delle pezze di lana, soprapponendo alla calda, e umida un' asciutta, che preservi dall' umidità il lenzolo di sopra.

VI. Invigilerà la superiora, che le vivande delle inferme, e specialmente le minestre sieno con carità, e pulizia apparecchiate, e condite a dovere. A un tal fine si porterà ella in cucina un' ora innanzi desinare, e le assaggerà, e trovandole per avventura mal in ordine, o scipite, non mancherà di prontamente rimediarvi. Il cibo per le inferme non dovrà essere ordinato da verun' altro, che dal medico; nè dovrà essere o mutato di qualità, o accresciuto, o scemato, che per ordine del medesimo. Alle convalescenti, alle quali sarà permesso di mangiar di grasso, non si dispenserà la carne, che pel pranzo. Per la sera elle si contenteranno di non prendere, che il solito zibibbo, e una piccola porzione di pane, e di astenersi dal bere vino; se pure il medico non avrà stimato altrimenti, al cui giudizio si dovrà intieramente stare sì in questo, come in tutto il rimanente, che condur possa a ristorare, e a ristabilire in salute le inferme.

VII. Sebbene, giusta il comun costume degli spedali, non si concedono ai convalescenti, che soli tre giorni di vitto, come dir si suole, a tutta carne; nulladimeno, poichè sovente avviene, che pe' patimenti di già sofferti, a per la gravezza, e lunghezza delle malattie rimangano le inferme troppo estenuata di forze; non sarà lecito nè alla superiora, nè a verun altro di licenziarne alcuna, o di consegnarle i di lei panni, senza averne avuta dal medico l' approvazione.

VIII. Tutte le inferme dovranno essere con carità ugualmente trattate, senza che a veruna si usi parzialità, e distinzione. Per qualunque pretesto, o scusa, o apparenza di zelo non si permetterà a niuno o di mandare, o di portare di fuori ad alcuna inferma minestre, brodi, ristorativi, o altro, ancorchè chi volesse mandare, o portar tali cose, fosse fratello, o figlio della inferma medesima; altrimenti la permissione in contrario potrebbe essere nocevole alla stessa inferma, e ridonderebba per avventura in iscredito del luogo pio. Al più si potrà tollerare il regalo di pochi biscottini; ma questi dovranno essere consegnati alla superiora, la quale non ne porgerà all' inferma, che uno, o al più due il giorno, quando peraltro ne abbia avuta la permissione dal medico.

Capo III.

Dei doveri della superiora dello spedale.

De debito illius quæ hospitali præest.

§. 20. IX. La superiora del conservatorio avrà anche la soprantendenza dello spedale. A questa apparterrà di destinare le zitelle, che dovranno alla giornata assistere alle inferme. Procurerà questa inoltre, che tutto ciò, che dovrà servire per le stesse inferme, sia con carità, e pulizia, e prontezza apparecchiato, e somministrato a tempo. Invigilerà eziandio, che non così facilmente si permetta a persone estere l'ingresso allo spedale medesimo; sì perchè non vi si faccia rumore, e non si rechi alle ammalate molestia, e disturbo; e sì ancora per la modestia, e pel decoro specialmente in quelle ore, nelle quali soglion mutarsi le aggravate. Non mancherà ella unitamente colle zitelle assistenti di far ogni giorno verso l' un ora di notte la visita alle stesse povere inferme, non solo per consolarle, e soccorrerle nelle indigenze loro; ma per sentire eziandio il polso, e osservare attentamente lo stato di ciascheduna, a fine di dare gli ordini opportuni di vigilanza, e di assistenza per quel che possa occorrere, alle guardie notturne; e a fin anche di farne il di seguente esatta relazione al medico. Avrà pur ella tutta la cura, che per la notte sia sempre accesa la lampana. Baderà in fine, che si mantenga intiera l' osservanza di tutto ciò, che in queste regole si prescrive; e se avrà scoperto, che qualcuna delle zitelle abbia contravenuto a qualunque si voglia di esse regole, l' ammonirà prima; e se non ne vedrà l' emendazione, ricorrerà al padre curato di santa Maria, ch' è il priore del conservatorio, e dello spedale; o al signor assentista *pro tempore*, che tien le veci di monsignor tesoriere protettore, e superiore immediato del medesimo luogo pio, i quali castigheranno la colpevole, e faranno sì, ch' ella in avvenire soddisfaccia pienamente ai suoi doveri.

Capo IV.

Dell' officio, e doveri della custode della guardaroba dello spedale.

De officio, et munere custoditricis hospitalis.

§. 21. X. Quantunque la soprantendenza alla guardaroba dello spedale sia addossata alla superiora; tuttavolta dovrà ella incaricarne della custodia qualcuna delle zitelle orfane, che sia ben capace di esercitare a dovere, e con esattezza un tal impiego. Dovrà questa attendere, che la biancheria non iscemi, e sia pulita, e ch' essa guardaroba abboodi di lenzuola, di traverse, di fascette da sanguigne, di sciugatoj, di foderette, di pezze ec. e non tralasciare, quando vi manchi alcuna cosa, di avvisarne la superiora affinchè la provegga.

Capo V.

Dei doveri delle zitelle orfane assistenti alle inferme.

De muneribus puellarum, quæ ægrotantibus opem præbent.

§. 22. XI. Spetterà alla superiora di destinare otto zitelle, le quali a vicenda facciano ogni notte la guardia nello spedale. Queste si atterranno al seguente regolamento. A due sole par notte toccherà di vegliare; a una dall' ora della visita delle inferme fino a mezza notte; all' altra (che dalla prima sarà svegliata) da mezza notte fino all' alba. Le altre due terranno lo stesso ordine per

la seguente notte; e così successivamente faranno le rimanenti, finchè non ne sia compito il giro; e compito che sia, rincominceranno da capo. Ma affinchè la seconda guardia notturna non sia di soverchio aggravata, dovrà la superiora deputare una giovane, la quale ogni mattina, essendo destata dalla suddetta seconda guardia, si vesta speditamente, e immantinente si porti allo spedale, e licenzi la seconda guardia medesima, che tornerà a prendere il suo giusto riposo.

XII. Le zitelle destinate ad assistere di giorno allo stesso spedale dovranno ogni dì scopare, spolverare, rifare i letti, ripulire gli urinali, le sputacchierie, le conceline, i bocaletti, e ogni altra cosa, che venga adoprata dalle inferme. Che se queste talvolta par avventura imbrattassero il pavimento, sarà cura delle zitelle stesse di subito ripulirlo; ricercandosi la pulizia non solo per una certa decenza dello spedale; ma pel ristabilimento eziandio delle inferme, e pel mantenimento della salute delle zitelle medesime, le quali si rammenteranno, che assistendo con quella carità, che da lor si richiede alle povere inferme, ne riporteranno il premio promesso da Gesù Cristo a quelli, che per amor di lui, in somiglianti opere di pietà volontieri s'impiegano.

Dichiarazione intorno ai beni dello spedale.

Declaratio quoad bona hospitalis.

§. 23. Siccome lo spedale delle povere inferme di Civita-Vecchia è unito al conservatorio delle orfane; e fin dalla prima sua fondazione è stato interamente mantenuto colle limosine, e co' lavori, e rendite del conservatorio suddetto; si dichiara, che se dalla pietà de' fedeli si farà mai a favore di esso spedale qualche lascito, e legato pio, questo si debba incorporare ai beni dello stesso conservatorio.

Tenor confirmationis apostolicæ.

§. 24. Cum autem, sicut eadem dispositio subjungebat, quo firmius prædictæ regulæ, seu constitutiones subsistant, et serventur exactius, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio roborari idem Benedictus Victorius plurimum desiderat; Nos ipsum exponentem specialibus favoribus, et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, attenta relatione, et voto dilecti filii magistri Guillelmi Pallotta cameræ Nostræ apostolicæ thesaurarii generalis, cui easdem regulas, et constitutiones perpendendas, atque examinandas commisimus, præinsertas regulas, et constitutiones prædictas cum omnibus, et singulis in eis contentis apostolica auctoritate, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque, et singulos juris, et facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 25. Decernentes easdem præsentes literas, ac in ais contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempere quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 26. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xxi. junii MDCCLXXVI. pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 22. junii 1776. Anno II

XCVIII.

Confirmantur conventiones initæ occasiona translationis monialium Castri Fidardi ad civitatem Recinetensem, et collegium sancti Viti cum communitate ejusdem civitatis.

Pius PP. VII.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum

§. 1. Nuper pro parte venerabilis fratris Cyriaci episcopi Lauretani, et Recinatensis, ac dilectorum filiorum communitatis, et priorum residentium nuncupatorum civitatis Nostræ Recinetensis expositum Nobis fuit, quod, cum propter constructionem fabricæ monasterii ordinis sancti Benedicti Castri Fidardi ejusdem Recinatensis, seu alterius diœcesis, illius moniales ad prædictam civitatem, et ibi existens collegium, ac ecclesiam sancti Viti auctoritate Nostra apostolica, fabrica hujusmodi durante, translatæ fuissent; inde ortum habuerunt nonnullæ quæstiones, et controversiæ a dicta communitate, ejusque hominibus promotæ, præsertim super modo, atque regula servanda in sacris functionibus peragendis in ecclesia prædicta, atque super loco, in quo publicæ scholæ habendæ essent. Ad dirimendas itaque, ac penitus eliminandas quascumque quæstiones et controversias idem Cyriacus episcopus, eo quo pollet quietis, ac pacis inter sibi commissas oves custodiendæ peculiari studio, post edita a Nobis rescripta sub die xxv octobris, ac xii novembris superioris anni MDCCLXXV ad eamdem civitatem uti suum subdelegatum misit dilectum quoque filium Josephum Antonium canonicum Leonori ejus pro civitate, et diœcesi Lauretana in spiritualibus, et temporalibus vicarium generalem, qui de re hac feliciter egit cum iis, qui magistratus munus obtinebant superiore mense martii, confectisque prætarea nonnullis foliis, in quibus pacta, et conditiones vicissim servandæ continebantur, ea hinc inde subscripta fuerunt. Postmodum vero in generali concilio habito die xxx ejusdem mensis martii, ea omnia, quæ, ut præfertur, conventa, atque constabilita fuerunt, idem consilium per vota favorabilia quatuordecim admisit, et approbavit. Ac prætarea censuit, et decrevit per distinctam resolutionem, custodiam sacrorum suppellactilium, et argentorum, sub nonnullis pactis, et conditionibus tunc expressis concedendam esse eisdem monialibus per vota favorabilia decem, ac alias prout in dicto consilio, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius contineri dicitur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius præmissa omnia ad pacem, et quietam firmandam, et fovendam, in animarum bonum, ac ad divini cultus incrementum conventa, et constabilita firmius subsistant, et serventur exactius, ea per Nos confirmari, et approbari tam dictus Cyriacus, quam communitas, et priores hujusmodi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorumdem priorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædicta omnia statuta, atque conventa, et a memorato consilio generali per distinctas duas resolutiones admissa, atque decreta, ut præfertur, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, omnesque juris, facti, et solemnitatum defectus supplemus, et sanamus. — Tenor confirmationis conventionis initæ ab episcopo.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. — Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictæ civitatis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis fir- — Derogatio contrariorum

mitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima secunda junii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

XCIX.

Dat. die 25. junii 1776 Anno II.

Confirmantur literæ Urbani V. super jurisdictione commissarii castri Gualdi-Nucerinæ diœcesis in omnibus delictis, exceptis sex gravioribus.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Providentia capta a cardinali Ægidio pro detegendis maleficiis.

§. 1. Romanum decet pontificem ita subditorum populorum commoditatibus, et utilitatibus consulere, ut apostolicæ Sedis benignitas erga ipsos magis in dies elucescat, ipsique promeritos fidelitatis, et obsequii sui fructus ex provida supremi principis dispositione percipiant. Nuper siquidem exponi Nobis fecerunt dilecti filii universitas, et homines terræ olim castri Gualdi Nucerinæ diœcesis, quod, cum jampridem castrum hujusmodi in ducatu Spoletano comprehensum reperiretur, existente tunc temporis bo. me. Ægidio dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali episcopo Sabinensi in illis partibus apostolicæ Sedis legato, ejus universitas coacta ab ipso fuit, una cum aliis universitatibus intra provinciam dicti ducatus existentibus deputare probum virum, qui referre deberet, omnia, et singula maleficia, quæ per quascumque personas de universitate hujusmodi commissa fuissent judici generali maleficiorum ejusdem provinciæ, et ducatus Spoletani, a quo cognoscenda, et punienda erant.

Urbanus V homines universitatis castri Gualdi eximit ab adeundo judice maleficiorum existente in provincia pro maleficiis minoribus.

§. 2. Quia vero hominibus dictæ terræ, seu castri grave admodum reddebatur onus accedendi ad locum, et caput provinciæ, ubi generalis hic judex residebat, pro defensionibus parandis, ac peragendis, quandoque enim sumptus ad id necessarii promeritam ex delicto pœnam, etiam excedebant, hinc felicis recordationis Urbanus pp. V. prædecessor Noster per suas sub plumbo vi. kalendas maii pontificatus sui anno octavo expeditas literas supplicationibus dictæ universitatis nomine tunc humiliter porrectis, inclinatus, præscripsit, et ordinavit, ut in posterum non obstantibus statutis dicti Ægidii cardinalis, et legati, personæ ejusdem universitatis, sex dumtaxat exceptis criminibus, videlicet, hæresis, læsæ majestatis, cuditionis falsæ monetæ, disrobationis stratarum, violationis sanctimonialium, et homicidii, minime tenerentur super aliis in curia prædicti judicis generalis maleficiorum respondere, neque ad id a quoquam compelli possent invite; irritum, ac inane decernens, quidquid in contrarium attentari contigisset, ac alias prout in ipsius Urbani prædecessoris literis, quarum tenor est, qui sequitur nempe.

Urbanus episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 3. Pastoralis officii debitum exigit, ut subjectis tota gravamina quantum cum Domino possumus, amoventes, ipsorum parcamus laboribus, et eos ab expensarum oneribus relevemus. Tenor constitutionis Urbani V. Exhibita siquidem Nobis nuper pro parte dilectorum filiorum universitatis castri Gualdi ad Nos, et Romanam Ecclesiam nullo modo pertinentis Nucerinæ diœcesis petitio continebat, quod olim bo. me. Ægidius episcopus Sabinensis tunc in partibus illis apostolicæ Sedis legatus inter cætera statuit, quod quælibet universitas cujuscumque castri, vel villæ consistentis infra provinciam ducatus Spolotani ad Nos, et Romanam Ecclesiam nullo medio pertinentis deputare tenerentur inter se aliquem probum virum, qui sub virtute juramenti per eum præstandi, omnia, et singula maleficia, quæ per quascumque personas de universitate hujusmodi committi contigeret denuntiare, seu deferre teneretur judici generali maleficiorum curiæ dictæ provinciæ pro tempore existenti, cujus quidem denunciatoris officium duraret saltem per annum, quodque prædicta universitas juxta tenorem dictorum statutorum hujusmodi denuntiatorem sindicum vulgariter nuncupatum annuatim deputare curaret. Cum autem sicut eadem petitio subjungebat, singulares personæ de castro prædicto ex eo multipliciter graventur laboribus, et expensis, quodque idem denunciator prætextu statutorum hujusmodi etiam minora crimi-

na, seu delicta, quæ per easdem personas committi, seu perpatrari contingit in præfata curia denuntiat; idemque judex ad hujusmodi denunciationem super criminibus, vel delictis hujusmodi, ac etiam super injuriis verbalibus, et aliis lævibus culpis contra easdem personas procedit, ipsasque personas oportet ad prædictam curiam accedere, et inibi super hujusmodi criminibus, vel delictis, seu lævibus culpis, coram dicto judice respondere, et sæpius pro purgando innocentiam suam, testes illuc producere, unde contigit interdum, ut in productione testium hujusmodi, et aliis expensis necessariis, multo plus exponant, quam ascendant pœnæ pro delictis hujusmodi infligendæ in grave ipsarum personarum dispendium, et jacturam, pro parte visitatorum Nobis fuit humiliter supplicatum, ut providere eis super præmissis de opportuno remedio paterna diligentia curaremus.

Declarationes speciales circa jurisdictionem judicis castri Gualdi.

§. 4. Nos igitur hujusmodi supplicationibus inclinati volentes personas ipsas ab hujusmodi oneribus, et gravaminibus relevare, tenore præsentium statuimus, et etiam ordinamus, quod deinceps præfatis statutis dicti legati nequaquam obstantibus, idem denunciator dicti castri Gualdi, qui est, et erit pro tempore ad denunciandum, seu referendum prædicto judici, vel ejus curiæ hujusmodi crimina, vel delicta, seu etiam alia quælibet per quascumque personas universitatis ejusdem castri tam commissa, vel in posterum committenda, criminibus hæresis, læsæ majestatis, cuditionis falsæ monetæ, diserobationis stratarum, violationis sanctimonialium, et homicidii dumtaxat exceptis, minime teneatur, dictæque personæ super aliis, quam prædictis exceptis criminibus in eadem curia præfati judicis prætextu denunciationum hujusmodi respondere minime teneantur, nec ad id a quoquam compelli possint invite, et insuper ex nunc irritum decernimus, et inane quidquid contra statutum, et ordinationem Nostram hujusmodi per quoscumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Sanctio pœnalis.

§. 5. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostri statuti, ordinationis, et constitutionis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud montem Flasconem vi. kalendas maii, pontificatus Nostri anno octavo.

Loco ✠ plumbi.

Potestatem judicis castri Gualdi impugnavit gubernator Perusinus, non obstantibus providentiis captis a s. congregation consultationis status.

§. 6. Postmodum vero juxta earumdem literarum tenorem, ac dispositionem commissarius terræ olim castri Gualdi prædicti, licet illud avulsum deinde a jurisdictione dicti judicis generalis Spoletani, seu pro tempore existentis gubernatoris dictæ civitatis, et unitum fuerit gubernio alterius civitatis Perusinæ, semper quiete, ac pacifice suam exercuit jurisdictionem, quoad omnia alia delicta, præter ta.tum sex excepta in literis prædictis: quia tamen anno 1731. tunc existens gubernator præfatæ civitatis Perusinæ jurisdictionem ipsius commissarii in casu delicti, seu maleficii, quod inter sex excepta prædicta minime numerabatur, turbare cœperat, inde ortum habuit lis, qua delata ad congregationem tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consultationibus civitatum, et terrarum status Nostri ecclesiastici præpositorum, sub die decima augusti ejusdem anni prodiit sequens resolutio = In casu, de quo agitur, prævia sanatione processus, quatenus opus sit, gubernator Perusiæ, auctoritate s. Consultæ prosequatur eumdem processum, eoque completo transmittat summarium, et in posterum servetur Breve Urbani V. = Atque hac attenta resolutione, commissarius Gualdi tunc temporis ulteriores molestias minime passus in exercitio suæ jurisdictionis. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, successivis deinde temporibus, ministri ejusdem gubernii Perusini turbare adnixi fuerint jurisdictionem commissarii prædicti, ac per cohortem suorum satellitium provinciæ loca circumeuntium ad carceres civitatis Perusiæ hujusmodi secum duxerint etiam eos, qui fraudem, aut aliud quodcumque delictum minime inter sex excepta prædicta comprehensum in territorio Gualdi patrassent, hinc dicti exponentes, ne in posterum id quoque contingat, non sine gravi eorum damno, ac præjudicio, memoratas ipsius Urbani prædecessoris literas per Nos confirmari, et approbari, earumque executionem perpetuo injungi, et demandari plurimum desiderent.

Pro removendis incommodis, præcipitur observantia constitutionis Urbani VIII.

§. 7. Nos igitur quieti, ac tranquillitati ipsorum exponentium paterna charitate consulere, illosque a gravioribus expensis, at præjudiciis immunes reddere volentes, et eorum singulares per-

sonas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicantibus ipsorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relatione venerabilis fratris Thomæ Mariæ archiepiscopi Rhodiensis memoratæ congregationis secretarii præinsertas ipsius Urbani prædecessoris literas, cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis, apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, et approbamus, ac perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur eis adiicimus, illasque tunc editas pro judice generali maleficiorum civitatis Spoletanæ ad pro tempore existentem gubernatorem civitatis Perusinæ, quatenus opus sit, extendimus, et ampliamus, atque exceptis sex delictis prædictis, in omnibus aliis quibuscumque criminibus in posterum perpetuo exequi, et inviolabiliter observari, auctoritate, et tenore prædictis volumus, præcipimus, et mandamus.

Clausula sublata, et irritantes.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque, neque etiam ex eo, quod in præmissis interesse habentes, vel habere quomodolibet prætendentes, vocati, citati, et auditi non fuerint, vel illis non consenserint, nunquam de subreptionis, vel obreptionis vitio notari posse, sed semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur.

§. 9. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac civitatum prædictarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, at innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

C.

Dat. die 27. junii 1776. Anno II.

Confirmatio facultatis admittendi, et retinendi puellas titulo probationis ad sex menses, pro monialibus monasterii sanctæ Mariæ de Misericordia ordinis servorum B. M. V. civitatis Mantovanæ.

Pius Papa VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ priorissa, et moniales monasterii sub titulo, seu invocatione sanctæ Mariæ de Misericordia nuncupatæ, sancti Barnabæ pariter nuncupatæ ordinis servorum beatæ Mariæ virginis civitatis Mantuanæ, quod alias, die nempe secunda maii MDC. tunc existentes moniales dicti monasterii petierunt, atque obtinuerunt a congregatione tunc itidem existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præposita, ut in posterum puellæ, quæ a capitulo monialium dicti monasterii admissæ fuissent ad hoc, ut in eo regularem habitum per easdem monialas gestari solitum susciperent, et professionem per ipsas emitti consuetam emitterent regularem, spatio octo, aut decem tantum dierum dictum monasterium ingressæ ibidem in sæculari habitu, modesto taman, permanare valerent, atque inde tam de regula, quam de institutia ordinis

hujusmodi instructæ dictæ puellæ redderentur, ac alias prout in literis ejusdem congregationis memorata die expeditis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius dicitur contineri. Postmodum varo, anno nempe 1736 earumdem monialium nomine supplices porrectæ fuerunt preces dictæ congregationi; quibus petebatur, ut attenta tanta brevitate temporis, quo nec puellæ ipsæ rationem regularis vitæ ab eis in monasterio hujusmodi suscipiendæ cognoscere, nec moniales earumdem puellarum indolem, et mores inspicere poterant, tempus prædictum dierum octo, aut decem, ad sex menses prorogaretur, et ampliaretur; eademque congregatio petitam ampliationem, et prorogationem hujusmodi suo decreto ædito die v. octobris prædicti anni 1736. concessit, ac indulsit, et alias prout in decreto prædicto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, memoratæ priorissa, et moniales prorogationem, et ampliationem ab eadem congregatione, ut præfertur, ad sex menses concessam per Nos confirmari, et approbari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indulta licentiæ.

§. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, audita super præmissis relatione tam venerabilis fratris episcopi Mantuani, quam venerabilis fratris Bernardini archiepiscopi Sidensis prædictæ congregationis facultatem admittendi ad clausuram in monasterio earumdem exponentium titulo probationis ampliatam, et prorogatam, ut præfertur, ad sex menses ante vestitionem puellarum monachandarum, post secutam tamen illarum acceptationem capitulariter, et per secreta suffragia, et de licentia qualibet vice ordinarii, auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Peculiares declarationes, et derogationes amplissimæ omnium in contrarium facientium.

§. 3. Volumus autem, ut durante supradicto tempore probationis, hujusmodi puellæ modestis utantur vestibus sæcularibus, et leges clausuræ, aliasque conditiones in licentiis pro educandis impressis præscriptas religiose observent: et elapsis sex mensibus probationis, aut habitum religiosum servatis servandis assumant, aut monasterio egrediantur, salva tamen in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non monasterii, et ordinis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoria die vicesima septima junii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.



Dat. die 28 junii 1776. Anno II.

CI.

Licentia concedendi titulo juris Gazzacà unam domum existentem in claustro Hebræorum urbis pro annuo canone ad ecclesiam s. Antonii Lusitanorum spectantem.

Dilecto filio Nostro in alma Urbe vicario generali

Pius PP. VI.

Dilecte fili noster salutem, et apostolicam benedictionem

Expositio precum.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt moderni administrator, et gubernator ecclesiæ regiæ nuncupatæ sancti Antonii nationis Lusitanorum hujus almæ urbis Nostræ, quod eadem ecclesia inter alias domos in claustro Hebræorum dictæ urbis existentes, quas possidet, unam habet, quæ tenues admodum fructus annuatim reddit, ac restaurationibus persæpe indiget, indeque nonnullæ etiam perturbationes oriuntur. His itaque serio perpensis in congregatione eorum œconomica, opportunum omnino ipsi exponentes duxerunt, eamdem domum perpetuo locare cum obligatione ex parte dictæ ecclesiæ conservandi, seu manutenendi muros magistros vulgo nuncupatos, et trabes itidem magistros ejusdem domus, in casu tamen, quo deficiat culpa, dolus, ac negligentia supina conductorum, et inhabitantium, sub congrua annua pensione, aliisque pactis ejusdem ecclesiæ utilitatem præseferentibus uni ex locis ab ipsis Hebræis scholis nuncupatis, quatenus ad id nostra, et hujus sanctæ Sedis sibi super hoc licentia suffragetur, atque facultas. Nobis propterea dicti exponentes locationem hujusmodi, si fiat, in evidentem dictæ ecclesiæ utilitatem fore cessuram, humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor licentiæ concessæ.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Carafa nuncupati congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum, circumspectioni tuæ per præsentes injungimus, ut veris existentibus narratis, postquam compereris in evidentem dictæ ecclesiæ utilitatem foro cessuram iisdem exponentibus facultatem ineundi concessionem dictæ domus titulo tamen juris Gazzacà in perpetuum cum annuo canone, ac conditionibus proficuis eidem ecclesiæ auctoritate Nostra apostolica pro tuo arbitrio, et conscientia impertiaris, ita tamen, ut census annuus solvatur præcipuus, ac liber supportatis omnibus oneribus realibus, et personalibus per conductorem, ac descriptis lateribus, et inserta planta in instrumento concessionis, nec non melioramenta desuper pro tempore quomodolibet facta ad ecclesiam hujusmodi pleno jure, atque omnino libere pertineant.

§. 3. Non obstantibus felicis recordationis Pauli II, et aliorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiæ non alienandis, atque recolendæ memoriæ Benedicti papæ XIV itidem prædecessoris Nostri super divisione materiarum, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. — Derogatio contrariorum.

Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava junii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto pontificatus Nostri anno secundo.



Dat. die 7. julii 1776. Anno II.

CII.

Unio ecclesiarum Panormitanæ, et Montis Regalis cum assignatione fructus secundo dictæ in causam conservationis, et incrementi navium bellicarum ejusdem regis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Apostolici suscepti regiminis cura Nos admonet, ut fratres et episcopos Nostros provida solicitudine in eis demandati pastoralis muneris exercitio confovere curemus, ut et ipsi præsidium ob hac sancta Sede continuo percipiendo, et beato Petro, et Nobis devotiores studeant omni tempore permanere. Qua de re dum majori qua possumus vigilantia ecclesiarum omnium commodis, earumque utiliori regimini prospicimus, sic et singulis ecclesiarum pastoribus præsto esse non dubitamus, prout pensatis circumstantiis conspicimus in Domino salubriter expedire. Opportune igitur ex commisso Nobis apostolicæ servitutis officio circa pacificum ecclesiarum statum, et procul amoto, quoad fieri potest, controversiarum, et litium incommodo, et visceribus charitatis intendimus ad ea, per quæ ecclesiæ ipsæ sublatis dissensionum fomentis, in pace et quietis mansuetudine fructus bonorum operum proferre valeant ampliores.

Enumerantur incomoda, quæ obvenerunt ab erectione diœcesis montis Regalis.

§. 2. Nostræ itaque mentis intuitum dirigentes ad satis cæteroquin celebrem diœcesim Montis Regalis probe novimus usque a sui primordio, ea ibidem evenisse incommoda, damna, et præjudicia, quæ ex hujusmodi controversiis, inter pastores pluries exortis in sibi concreditum populum parvenerunt, prout historica monumenta certum id undiqua notum reddunt atque exploratum. Dudum siquidem cl. mem. Guillelmus II. Siciliæ rex religioso imperii sui exordio, locum istum Montis Regalis sic peramanter aspaxit, ut non solum in eo conspicuum monasterium, novamque ecclesiam erexerit, sed et amplissimis redditibus ditaverit; et nec inde contentus spiritualibus etiam prærogativis, ac privilegiis insignem reddere omnino curaverit: etenim postea quam a fel. rec. Alexandro pp. III. prædecessore Nostro monasterium hujusmodi, Panormitanæ ecclesiæ licet maxime proximum, liberum atque exemptum ab ordinaria jurisdictione archiepiscopi Panormitani declarari obtinuerat, vehementer etiam atque etiam tum ab eodem Alexandro, tum a recolendæ memoriæ Lucio pp. III. prædecessore itidem Nostro petiit, efflagitavitque ut non solum episcopali, sed etiam metropolitico jure ipsamet ecclesia Montis Regalis donaretur. Idem vero Lucius prædecessor, ne e conspectu piissimi, et liberalissimi regis difficilis existere videretur, ac licet insolitum agnovisset quod duæ metropoles etiam vicinæ consisterent, nibilominus per suas anno incarnationis Dominicæ MCLXXXII. nonis februarii sub plumbo expeditas literas primum archiepiscopum novæ metropolitanæ ecclesiæ Montis Regalis suis manibus consecratum, et pallii dignitate decoratum constituit, nec non religiosa monachorum familiam jam alias ex alio Cavensi monasterio translatam, ibi perpetuo statuit, prout in ejusdem literis, quarum tenorem præsentibus pro pleno, at sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus continetur. Pro nova autem constituenda diœcesi hujus nuperrimæ metropolis, quamquam ab ipso Guillelmo rege sumptuoso ære ditatæ, opus tamen omnino fuit, ut alii episcopitam ultra quam citra Pharum nimis gravem suorum jurium jacturam cum maxima perturbatione ecclesiasticæ jurisdictionis subirent, quippe quia monasteria, et ecclesia, ac bona demum quæcumque huc illuc existentia, novo huic archiepiscopo subjecta tunc fuerunt, ac præterea idem Lucius prædecessor Noster Cataniensem ecclesiam suffraganeam Montis Regalis in memoratis suis literis ad multam instantiam ipsius Guillelmi regis daclaravit.

Dismembrationes factæ pro constituenda nova diœcesi, malis, et incomodis præbuerunt.

§. 3. A Panormitana insuper ecclesia sejuncta fuit tota parochia una cum castello Corleonis, et ecclesia sancti Silvestri, a diœcesi Messanensi monasterium in loco Monaclii nuncupato, ab altera Agrigentina castellum Bartalary, et casale Busacchini, nec non ab alia Mazariensi municipium Calatrasii respective separata, et novæ Montis Regalis metropoli supposita fuerunt; quæ demum et monesterium sancti Salvatoris de Mortello a Regitana, monasterium Carbonis nuncupatum ab Aglonensi, et ecclesiam sanctæ Mariæ de Maccia a Bisiniensi respective diœcesibus sejuncta, cum pertinentiis omnibus et red-

ditibus obtinuit. Vix tamen sic constituta nova Montis Regalis diœcesi ex tot distinctis, ac inter se dissitis locis, monasteriis et ecclesiis, quæ difficillime sane ab uno pastore visitari, et gubernari poterant, initium habuerunt innumeræ quæstiones, et controversiæ inter novum Montis Regalis archiepiscopum, aliosque ordinarios super ecclesiastica jurisdictione, quarum nonnullæ cum evidenti quoque animarum Christifidelium perturbatione atque periculo, decisæ numquam, et ideo acriores adhuc perseverant.

Jurisdictionales quæstiones, quæ in diem percrebuere suasserunt unionem, ut scandala removerentur.

§. 4. Inter has autem quæstiones et controversias eæ sane, quæ ad jurisdictionem loci seu territorii pertinent, aliquo saltem modo tollerari posse viderentur, quoties pro illis, quæ temporibus rec. mem. Innocentii III., et Clementis pp. V. prædecessorum Nostrorum exarsarunt, tot exorte non fuissent scandala, propter indeclinabilem quidem animorum dissensionem quæ inter populos, sacerdotes æque ac inter episcopos inde semper obvenit. Id tamen quod præ ceteris omnibus peculiari animadversione dignum dubio procul videtur et opportunæ providentiæ ramedium efficax exposcit illud sane est, quod in dies solet accidere: pro tempore enim existens Montis Regalis archiepiscopus eo sub præsidio, quod in ipsa civitate Panormitana una reperiatur ecclesie sub titulo seu invocatione sancti Cataldi quæ ad ipsum pertinet, hinc cum ad illa idantidem se transferre assueverit viriliter substinuit, atque contendit confirmationis sacramentum ibidem ministrare, sacrosque ordines conferre, spretis posthabitisque perpetuis querelis Panormitanorum archiepiscoporum qui sese his omnibus indesinenter opposuerunt, eademque sane de causa cum sibi liberum omnino esse putet Montis Regalis archiepiscopus, prout sibi libuerit ad ecclesiam præfatam, eidemque adnexas domos accedera posse, in publicis viis Panormitanæ civitatis jus sibi esse constanter asseruit, e conspectu ipsius met erchiepiscopi Panormitani benedictionem populo publice et palam impertiendi, ac præterea casu quo sive ipse, sive ejus familieres aliqua infirmitate detenti reperiantur, in domibus ecclesiæ prædictæ sancti Cataldi adnexis, archiepiscopus Montis Regalis jubet ut augustissimum Eucharistiæ sacramentum a sua civitate Montis Regalis transferatur. Pro pastoralis igitur officii Nostri debito, cum ab initio tanti suscepti oneris acceperimus jampridem temporibus scilicet fel. rec. Clementis pp. XIV. prædecessoris Nostri non solum præcognitum, verum etiem pene ac statutum fuisse modum quo opportunum præmissis omnibus remedium adhiberetur; hinc Nos illi plene adhærentes, et demum tot perturbationibus ac periculis eliminandis, ex quibus spirituale bonum animarum vel deficit, vel admodum minuitur, ac plura in earum damnum mala in dies possunt obvenira, auxilium a Domino invocantes, illud unum remadium exhiberi posse cognovimus, quod etiam pro sua eximia pietete, singulari religionis studio, et absque ullo sanctæ Sedis præjudicio suadet, et postulat charissimus in Christo filius Noster Ferdinandus utriusque Siciliæ et Hierusalem rex illustris.

Tenor decreti unionis, cum suis declarationibus, et reservationibus.

§. 5. Quo circa rebus omnibus, earumque circumstantiis seria, ac matura consideratione peosatis, nil megis ad pacem inter pastores restituendam et ad publicam Christifidelium tranquillitatem, eorumque spiritualem utilitatem expediri cognovimus, quam ejusdem metropolitenæ ecclesiæ Montis Regalis unionem cum altera metropolitana ecclesia Panormitana. Motu itaque proprio et ex certa scientia Nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine matropolitanam ecclesiam præfatam Montis Regalis per obitum bon: mem. Francisci Mariæ Testa ultimi illius archiepiscopi de præsenti vacantem, una cum dicta metropolitana ecclesia Panormitana cum sequentibus legibus, et conditionibus, æque principaliter unimus, ita ut in posterum ecclesia Panormitana et Montis Regalis duæ metropolitanæ, insimul unitæ sint, at esse debeant, ac in concistorialibus actis, et in literis apostolicis super promotione novi archiepiscopi ad præfatas ecclesias Panormitanam et Montis Regalis, sic ut præfertur, principaliter unitas semper fieri debeat utriusque mentio, ne unquam ejusdem ecclesiæ Montis Regelis jam tot titulis insignis, suique munificentissimi fundatoris Guillelmi regis memoria excidat atque deficiat, sed illa perpetuis futuris temporibus semper conservetur, ac undique firma permeoeat. Eas tamen leges, et conditiones deinceps servandas omnino esse volumus, ne ulla amplius, aut inter utriusque metropolitanæ ecclesiæ capitula oriri umquam possit lis vel controversia, sed omnes quiete et tranquille viventes

vineam Domini excolendo uni tantum animarum saluti operam dare procurent. Mandamus itaque ut ecclesiæ Cataniensis et Syracusana, quæ præfatæ metropolitanæ ecclesiæ Montis Regalis suffraganeæ huc usque fuerunt, in posterum Panormitanæ ecclesiæ, seu potius ecclesiis sic unitis subjectæ sint et censeantur. Ad hæc statuimus quoque ut in omnibus et quibuscumque actis respicientibus, sive solam ecclesiam Panormitanam, sive promiscue utramque ecclesiam Panormitanam nempe et alteram Montis Regalis, præferatur semper denominatio ecclesiæ Panormitanæ. In aliis vero actis, qui ad solam ecclesiam tantum Montis Regalis pertineant, hujus denominatio alteri Panormitanæ debeat omnino præferri. Præterea tempore vacationis sedis archiepiscopalis, capitulum ecclesiæ Panormitanæ æque ac illud ecclesiæ Montis Regalis proprium vicarium capitularem respective independentem, servatis alias de jure servandis, eligat.

Quidquid ab alienis diœcesibus sejunctum fuit, respectivæ ecclesiis restituitur.

§. 6. Interim vero volumus, ut quid quid ab alienis diœcesibus sejunctum antiquitus fuit, et unitum diœcesi Montis Regalis, id totum eisdem ecclesiis seu diœcesibus restituatur. Qua de re vicarius capitularis ecclesiæ Montis Regalis, ejus vacatione ut præfertur eveniente, ecclesiasticam suam jurisdictionem exercere dumtaxat possit in civitate præfata Montis Regalis, et in ejus suburbiis, ex quibus secuta restitutione præfata, sua diœcesis remanet constituta: verum quia secuta etiam hujusmodi restitutione, et unione ecclesiarum et locorum, pro quibus, dum ab eorum diœcesibus sejuncta ac dismembrata fuerant, proprii respective episcopi et ordinarii justam compensationem a piissimo fundatore præfato sunt assecuti, fructus aliqui, redditus et proventus adhuc supersunt.

Nonnulla bona diœcesis montis Regalis applicantur in causam ferendi auxilium contra hostes christiani nominis.

§. 7. Hinc est quod Nos considerantes regni Siciliæ litora piratarum, turcarum, aliorumque christiani nominis hostium incursionibus præ cæteris omnibus exposita in dies reperiri; volentesque propterea non solum spirituali Christifidelium omnium tam in regno præfato quam in tota Italia existentium utilis, sed etiam securitati prospicere atque consulere vestigia pariter sectantes plurimorum Romanorum pontificum prædecessorum Nostrorum, qui ex redditibus ecclesiasticis ejusdem ecclesiæ Montis Regalis plura suppeditarunt in eamdem causam auxilia atque subsidia, ipsiusque Ferdinandi regis votis, quantum in Domino possumus, benigne annuere volentes, per præsentes præcipimus et mandamus, ut in posterum redditus, fructus, et proventus mensæ præfatæ ecclesiæ metropolitanæ Montis Regalis in conservationem, et incrementum classis triremium bellicarum ejusdem Ferdinandi regis ad retundendos incursus hostium christiani nominis perpetuo convertantur ut infra et erogentur. Qua de re venerabili fratri nunc et pro tempore existenti Panormitanæ ecclesiæ seu potius ecclesiarum sic unitarum archiepiscopis, in aucti sibi laboris congrua mercede, annua quantitate a præfato Ferdinando rege definienda, quæ scutorum mille monetæ minor non sit, quod reliquum erit, in causam conservationis et incrementi classis præfatæ erogandum et convertendum. Personis ab eodem rege et ejus successoribus deputatis seu deputandis persolvi curent et faciant, contradictores quoscumque etiam per ecclesiasticas censuras compellendo. Volumus autem, quod redditus et fructus hujusmodi in hunc tantum, et non in alios usus convertentur: quod si quandocumque futuris temporibus, alia magis etiam urgens ac pia superveniat occasio, eosdem fructus ac redditus in diversos usus convertendi, ac sive in toto sive in parte illos erogandi, id Nobis, Nostrisque successoribus inconsultis, fieri omnino nequeat, sed opportune expositis omnibus iis, quæ tractu temporis mutationem aliquam, seu diminutionem possint suadere, quid tunc in Domino statuendum erit, apostolica auctoritate præscribatur.

§. 8. Decernentes easdem præsentes literas etiam ex eo quod in præmissis interesse habentes seu habere quomodolibet prætendentes non consenserint, nec ad ea vocati, citati, et auditi, nec causæ propter quas eædem præsentes emanarint sufficienter adductæ, justificatæ et verificatæ non fuerint, nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, aliove quantumvis magno et inexcogitato defectu, notari, impugnari, infringi, retractari, ad terminos juris reduci posse, sed semper et perpetuo firmas, validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Omne juris remedium revocatur, adversus literarum tenorem.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 9. Sicque in præmissis omnibus, et singulis per quoscumque judices ordiuarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel iguoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de experimendo vero annuo valore in unionibus, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non ecclesiarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum die septima julii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto pontificatus Nostri anno secundo.

CIII.

Dat. die 3. augusti 1776. Anno II.

Revocatio utriusque Brevis Clementis XIV. quoad præsidentiam civitatis Avenionensis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor primæ constitutionis Clementinæ.

§. 1. Alias felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xxii. januarii MDCCLXXIV. expeditas literas voluit, ac mandavit ut in posterum pro tempore existentes vicarii, et vice-legati Avenionenses titulo præsidis semper uterentur, et gauderent, ac propterea vicariatum, et vice-legationem hujusmodi in præsidentiam Avenionensem nuncupandam perpetuo erexit, et instituit; atque illius pro tempore deputandi præsides ad instar aliorum, qui pro aliis legationibus aliguntur, et deputantur sibi, et sanctæ Sedi absque ulla dependentia a congregatione Avenionense nuncupata, immediate subjectos decrevit, et declaravit, eisdemque præsidibus omnes, et singulas facultates, prærogativas, et præeminentias, quas vice-legati Avenionenses usque tunc habuerant, et quibus illi usi fuerant, concessit, ac indulsit; voluitque insuper, ut in præsides hujusmodi ii assumerentur viri, qui non solum pietate, doctrina, prudentia, et vigilantia præditi essent, sed etiam suos labores in aliis sibi antea demandatis muneribus in apostolicæ Sedis obsequium laudabiliter partulissent, nec non in primum præsidem Avenionensem cum omnibus, et singulis facultatibus prædictis dilectum filium Nostrum Angelum Mariam tunc archiepiscopum Ancyranum, modo vero Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem Durini nuncupatum, elegit, et deputavit, et alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Tenor secundæ constitutionis ipsius pontificis Clementis XIII.

§. 2. Deinde vero idem Clemens prædecessor per alias pariter suas in eadem forma Brevis die secunda maii ejusdem anni MDCCLXXIV. expeditas literas ipsi Angelo Mariæ archiepiscopo, et modo cardinali, tunc vero præsidi, ut præfertur, electo, commisit, et mandavit, ut statim ac ad demandatum sui muneris exercitium se illuc contulisset, totum id, quod ad tunc præ-

sentem actualem gubernii ejusmodi statum quomodolibet spectaret, rescire, ac dignoscere omnino curaret, nilque novi statueret, sed quod ad felix, et tranquillum locorum, et populorum hujusmodi gubernium conferre in Domino arbitrasset, sibimetipsi retulisset, ut inde quid decernendum foret, matura deliberatione adhibita præscriberetur. Interim tamen jussit, ut in omnibus rebus gubernium hujusmodi respicientibus, quæ communes essent, ac ordinariæ literas suas super his dirigeret, earumque commercium haberet, regulares vias sectando, et amplectendo. Quod vero pertinebat ad lites, et causas judiciales, postquam inferiores judices suas edidissent sententias, earum cognitio ad ipsum Angelum Mariam uti præsidem juxta facultates ad ejusmodi præsides spectantes, esset deferenda, firma tamen manente libertate, et arbitrio prout de jure, et juxta dispositionem apostolicarum constitutionum, atque juxta statum, et qualitatem causarum, interponendi appellationes ad ipsum Clementem prædecessorem, atque ad tribunalia almæ urbis. Rursus voluit, atque decrevit ipse Clemens prædecessor, ut in iis, quæ pertinebant ad gubernium eorumdem locorum, et populorum, facultates in præcedentibus suis literis prædictis eidem Angelo Mariæ tamquam præsidi ab ipso electo, et deputato concessas, et attributas, iisdem modo, et forma exercere, atque adhibere deberet, quibus præsides legationis Urbinatensis utebantur, et potiebantur; ad hæc ut demandatum munus juxta dignoris tituli exigentiam ipse obire valeret, præter, ac ultra provisionem, ac emolumenta solita, et consueta in præcedentibus suis literis eidem Angelo Maria jampridem assignata, annuam quoque summam scutorum mille monetæ ex redditibus locorum hujusmodi donec, et quousque aliter provisum fuisset, concessit, et assignavit, ac alias prout in secundodictis literis, quarum itidem tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Restitutio privilegiorum, et prærogativarum vice-legati.

§. 3. Cum autem nuper Nos eumdem Angelum Mariam archiepiscopum, et præsidem ab eodem Clemente prædecessore, ut præfertur, deputatum, ita suis exigentibus meritis, amplissimo cardinalium ordini adscripserimus, restitutisque a Nobis in civitate Avenionensi, et comitatu Venayssino pontificiis tribunalibus, curiis, et judiciis, cum iisdem ferme nominibus, facultatibus, et prærogativis, prout antea eo tempore, quo vice-legati a prædecessoribus Nostris deputati illic existebant, dudum obtinuerant, admodum congruum, quinimo apprime necessarium dignoscatur, omnia ad legationem hujusmodi pertinentia, atque ex dispositione in memoratis literis ipsius Clementis prædecessoris innovata, atque immutata, ad pristinum, et antiquum statum restituere, ac reintegrare, hinc est, quod Nos motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, memoratas literas ipsius Clementis fidentiæ ejusmodi quidquam vigore prædictarum literarum in posterum mutatum, ac innovatum censeatur, sed omnia in pristinum, ac præcedentem statum, in quo dum vice-legati illuc existebant, in omnibus, et per omnia reperiebantur, perpetuo in posterum habenda, et judicanda esse motu, at potestatis plenitudine similibus volumus, statuimus, atque mandamus.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque etiam ex eo quod omnes in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere prætendentes eisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, seu auditi fuerunt, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, et rationabili causa, colore, atque prætextu ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam substantiali defectu notari, impugnari, infringi, in controversiam revocari nullatenus posse, sed easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper, et perpetuo firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sedis apostolicæ nuntios, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum, derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris, die tertia augusti millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 5 augusti 1776. Anno II.

CIV.

Confirmatio conventionum initarum inter nuncium apostolicum Parisiis commorantem, et regium administrum super collatione canonicatuum quatuor collegiatarum in Belgio existentium.

Pius episcopus

servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ubi primum Nos nihil quidem tale merentes, sed omnipotentis Dei miseratione gubernandam suscepimus Romanam Ecclesiam, quæ ad complexum omnium ecclesiarum instar centri divinitus constituta est, id maxime Nobis curandum esse intelleximus, ut sublatis, si quæ essent, causis dissidiorum, remitteremus etiam aliquid, quod Nostrum esset, ad reducendum in omnibus, et per omnia, quoad fieri posset, unitatem spiritus in conjunctione pacis, et charitatis.

Status suborte quæstionis super collatione canonicatuum.

§. 2. Hæc cognitio cum alte defixa in Nobis verseretur, mentis Nostræ oculos convertimus ad quatuor collegiatas ecclesias, quæ in Belgio existunt, nimirum de Lille, de Cassel, de Seclin, et de Dovej ubi accepimus jamdiu exortam esse controversiam de collatione canonicatuum, quam contra jus apostolicæ Sedis, atque antiquissimam consuetudinem ab anno Domini millesimo septingentesimo sexagesimo secundo sibi ita arrogaverant præpositi earumdem ecclesiarum, ut omnino excluderent illos, quibus canonicatus earumdem ecclesiarum in mensibus reservatis vacantes apostolica Sedes legitime contulisset. Reclamarunt quidem huic novæ agendi rationi, qui apostolicis literis muniti erant, sed frustra, cum repentini illi canonicatuum quasi ordinarii collatores, neglecto jure pontificis, iis, quos ipsi nominaverant, canonicatuum possessionem concederent et provisis ab apostolica Sede omnino denegerent, cui quidem malo amovendo occurrere aliquo modo visa est meritis digna laudibus justitia, et pietas christianissimi regis Ludovici XV, qui sua auctoritate prohibuit, ne redditus canonicatuum, de quibus agitur, in eorum utilitatem integre deinceps cederent, quos præpositi nominaverant, sed tuto in loco deponerentur quoad res componeretur; ad eam igitur compositionem cum animum Nostrum studio pacis, ac charitatis flagrantem adiecissemus, venerabili fratri archiepiscopo Seleuciæ Josepho ab Auria Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio Parisiis commoranti in mandatis dedimus, ut ea de re diligenter ageret cum dilecto filio Karolo Gravier comite de Vergennes commendatario ordinum regis, ejusque administro, et a secretis status, tractandisque exteris negotiis.

Inita est concordia super quæstionibus hujusmodi inter apostolicum nuncium, et regium administrum.

§. 3. Præposito die itaque vigesima prime mensis maii proxime elapsi unanimi eorum opera ea pacta conventa, quæ infrascriptis octo articulis continentur, constituta sunt, quæque Nobis ita probentur, ut gaudeamus datam occasionem declarandi erga christianissimum regem Ludovicum XVI. illam paternæ charitatis vim, quæ et ipsius erga Nos filiali amori, et maximis tum suis, tum majorum suorum clarissimorum erga Romanam Ecclesiam promeritis debetur. Horum autem articulorum summa hæc est.

In pristinum revocatur jus Sedis apostolicæ providendi

§. 4. Articulus primus. Quod nimirum a die præsentis conventionis res in eumdem statum restituentur, quo erant

ad canonicatus in casu vacationis.

ante annum millesimum septingentesimum sexagesimum secundum, adeoque Sanctitas Sua canonicatus, de quibus agitur, providebit, prout infra conventum erit. Serenissimus vero rex christianissimus promittit, executionem provisionum apostolicarum præstaturum eodem modo, quo usque ad annum millesimum septingentesimum sexagesimum fieri consuevit.

Mandatur, ut qui canonicatum obtinuerunt absque nominatione pontificia eidem renuncient.

§. 5. Articulus secundus. Quod interim ii, qui ab apostolica Sede post annum millesimum septingentesimum sexagesimum secundum de canonicatibus dictarum quatuor collegiatarum ecclesiarum provisi literarum apostolicarum executionem minime obtinuere, suorum canonicatuum dimissionem pure, et simpliciter coram ipso Sanctitatis Suæ, et Sedis apostolicæ apud serenissimum regem nuncio faciant.

Ipsis vero renunciantibus providetur per novam nominationem a pontifice faciende

§. 6. Articulus tertius. Quum in præfatis ecclesiis collegiatis sex modo canonicatus vacantes reperiantur, de his Sanctitas Sua providebit totidem ex illis, a quibus facta fuerit, ut supra dimissio, juxta illorum antiquitatem, ita tamen, ut eorum quilibet canonicatum in eodem capitulo obtineat, in quo antea provisus fuerat.

Idipsum statuitur pro tempore futuro.

§. 7. Articulus quartus. Idem servandum erit, cum deinceps quolibet anni mense alii canonicatus earum quatuor collegiatarum ecclesiarum vacaturi erunt. Illi enim iis, qui hujusmodi canonicatuum earumdem ecclesiarum dimissiones fecerint, erunt conferendi, donec dimitteotes omnes adhuc superstites canonicatum dimisso parem fuerint adepti.

Omnibus mandatur, ut novam impetrent, a s. Sede provisionem.

§. 8. Articulus quintus. Rursus vero, qui post annum millesimum septingentesimum sexagesimum secundum ab earum ecclesiarum præpositis de canonicatibus in octo anni mensibus apostolicæ Sedi reservatis tunc vacantibus nominationem obtinuerunt, novam a summo pontifice eorumdem canonicatuum provisionem impetrare teneantur.

Obtentis novis provisionibus revocandæ erunt sequestrationes.

§. 9. Articulus sextus. Post obtentas vero novas canonicatus provisiones ad eorum supplicationem quæcumque fructuum sequestratio sublata erit, ut illi possessionem una cum integra fructuum perceptione definitive nanciscantur.

Jus nominandi in perpetuum conceditur regi, expeditis tamen literis a s. Sede, et reservato jure pontifici idem jus quoad vacationes de mensibus januarii, aprilis, julii, et octobris

§. 10. Articulus septimus. Sanctitas Sua concedit majestati suæ indultum perpetuum nominandi ad canonicatus dictarum quatuor ecclesiarum collegiatarum Flandriæ in quatuor anni mensibus, videlicet februario, majo, augusto, et novembri: ita tamen ut ab eodem serenissimo rege pro tempore nominati apostolicas literas dein recipere teneantur, quarum vigore in possessionem de more immittantur, non prius tamen indultum hujusmodi effectum sortiri poterit, nisi postquam singuli provisi apostolici alios canonicatus in locum dimissorum pacifice obtinuerint, firmo tamen remanente Sanctitati Suæ, ejusque successoribus jure nominandi, et providendi canonicatus dictarum collegiatarum in quatuor anni mensibus, nempe januario, aprili, julio, et octobri, iisdemque provisionibus apostolicis plena executio debebitur, prout priore articulo conventum est.

Lex de ratificanda concordia.

§. 11. Articulus octavus. Ac demum initum fuit pactum, ut summi pontificis beneplacitum, quemadmodum assensio regia infra sex hebdomadas a dia initæ conventionis accedere debeant.

Conventio confirmatur tam a rege, quam a pontifice.

§. 12. Cum autem conventiones hujusmodi eidem Ludovico regi suo diplomate ratæ, probatæque fuerint, Nos modo perpendentes quantum earumdem collegiatarum ecclesiarum tranquillitati profutura in posterum sit illarum conventionum exequutio ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine præscriptas conventiones in articulis præmissis contentas tenore præsentium approbamus, et ratas habemus, atque illis omnibus, et singulis apostolicæ auctoritatis robur, et vim adiicimus, omniaque in iis contenta sincere, et inviolabiliter ex Nostra, ejusdemque Sedis parte impletum, et servatum in tam Nostro, quam successorum Nostrorum nomine promittimus, et spondemus.

Pontifex in gratiam regis eidem renunciat jus nominandi sibi, et successoribus ejus reservatum in ipsa concordia

§. 13. Ut autem ipsi Ludovico regi christianissimo, quoquomodo possumus, Nostram gratificandi propensam voluntatem ostendamus, eidem, ac successoribus suis Galliarum regibus christianissimis jus Nobis, et pro tempore existenti Romano pontifici successoribus Nostris nominandi, et presentandi personas ecclesiasticas probatæ famæ, et nominis, ac secundum sacros canones, et concilii Tridentini decrata idoneas ad earumdem quatuor collegiatarum ecclesiarum canonicatus, et præbendas, qui mensibus februarii, maii, augusti, et novembris ex personis illos obtinentibus vacaverint, ita ut ab eodem Ludovico rege, ejusque successoribus pro tempore nominati apostolicas literas super præsentatione hujusmodi reportare, et expedire teneantur, quarum vigore, et non alias in possessionem immitti queant.

Quod quidem initium suum minime sumet nisi postquam il, qui ab apostolica Sede de hujusmodi canonicatus antea fuere provisi, illosque dimisere denuo alios canonicatus, ut supra conventum est, pacifice fuerint assecuti tenore praesentium specialiter, et expresse reservamus, concedimus, et impartimur.

Praecipitur perpetua conventionum observantia

§. 14. Decernentes conventiones praescriptas semper firmas, validas, et efficaces esse, et fore, ita quoque jus nominandi, et praesentandi ad canonicatus dictarum quatuor collegiatarum ecclesiarum in quatuor annunciatis mensibus, ut praefertur, vacaturos eidem Ludovico regi, ejusque successoribus competere debere, nec a praemissis conventionibus recedi, vel resiliri, neque eidem juri nominandi, et praesentandi derogari posse, aut sub quacumque generali, vel speciali derogatione comprehendi ipsas quoque literas subreptionis, vel obreptionis, aut cuivis alio defectui minime obnoxias esse, vel fore.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 15. Sicque, et non alias per quoscumque judices quavis auctoritate fungentes, sublata eis quavis aliter judicandi facultate, judicari, ac definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contingerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus quibusvis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et cancellariae apostolicae regulis, nec non earumdem quatuor collegiatarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem collegiatis ecclesiis, earumque capitulis, et personis quomodolibet concessis; quibus omnibus et singulis eorum tenores pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad praemissorum effectum dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 17. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae approbationis, ratificationis, promissionis, reservationis, concessionis, assignationis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctam Mariam majorem nonis augusti anno incarnationis Dominicae MDCCLXXVI. pontificatus Nostri anno secundo.

CV.

Dat. die 7 augusti 1776. Anno II.

Facultas applicandi fructus commendae del Ventoso vulgo nuncupatae militiae sancti Jacobi de Spatha in reparatione conventuum ejusdem militiae.

Carissimo in Christo filio Nostro Karolo Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VI.

Carissime in Christo fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Status conventus exponitur et indigitatur necessitas reparationum.

§. 1. Majestatis tuae, qui militiae sancti Jacobi de Spatha administrator perpetuus auctoritate apostolica deputatus existis, nomine Nobis nuper expositum fuit, quod alias ut prompte restaurarentur ruinae, quae evenerant ex terremotu anni MDCCLV. in regnis Hispaniarum, clarae memoriae Ferdinandus sextus, dum vixit earumdem Hispaniarum rex catholicus suo decreto edito die xix junii MDCCLVIII. praescripsit, ut expensae restaurationum peragendarum in conventibus militiae sancti Jacobi de Spatha hujusmodi civitatis Ispalensis, et sanctae crucis Vallisoletanae, atque aedificia, quae necessaria erant in collegio regio nuncupato Salamantino pro tunc suppeditandae essent a communi aerario ordinario ejusdem militiae sancti Jacobi de Spatha, ea tamen conditione adjecta, ut illud reintegrandum esset, et pro reintegratione hujusmodi jussit, ut una praeceptoria, seu commenda proponi deberet. Peractae igitur fuerunt ejusmodi restaurationes in duobus conventibus praedictis, earumque expensae constituentes summam centum octuaginta quinque millium, et centum septuaginta quinque regalium monetae illarum partium a communi aerario dictae militiae suppeditatae sunt. Cum itaque majestas tua, literis datis die xix. junii MDCCLXXI suo consilio mandaverit, ut pro reintegratione dicti communis aerarii proposita sibi esset una aequivalens praeceptoria, seu commenda, praescripta regula, quoad tempus, quo tuta reddi posset praedicta reintegratio, habita tamen consideratione aedificiorum, quae peragenda sunt in dicto collegio Salamantino ejusdem militiae; quia vero usque adhuc minime evenit casus statuendi unam praeceptoriam, seu commendam hujusmodi, tam pro explenda reintegratione praedicta, quam pro

executioni committendis ædificiis, ac comparandis sacris suppellectilibus, quibus indiget ecclesia prædicti collegii Salamantini; hinc ad præmissos effectus præceptoriam, seu commendam Valentinam, vulgo del Ventoso nuncupatam ejusdem militiæ sancti Jacobi, quæ superviventiæ titulo apostolica auctoritate concessa fuit, ac hæreditati ducissæ bo. mem. de Arcn ad annos quadraginta, qui die xxi. augusti an. MDCCLXXVII. proxime futuri sunt effluxuri ad hoc, ut dicto superveniente tempore fructus, redditus, et proventus dictæ præceptoriæ, seu commendæ assignati, ac destinati sint pro reintegratione eorumdem regalium centum octuaginta quinque millium, ac centum septuaginta quinque, qui suppeditati fuerunt a communi ærario dictæ militiæ pro restaurationibus expletis in conventibus militiæ hujusmodi sancti Jacobi Hispalensis, et sanctæ Crucis Vallisoletanæ, et pro aliis ædificiis in posterum peragendis, ac suppellectilibus, et paramentis comparandis pro ecclesia collegii sancti Jacobi Salamantini applicare intendis, si Nostra, et hujus sanctæ Sedis tibi super hoc licentia suffragetur, atque facultas. Quare Nobis ejusdem majestatis tuæ nomine fuit humiliter supplicatum, ut in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor licentiæ concessæ pro applicatione fructuum commendæ in reparationibus necessariis, et acquisitione paramentorum, et supellectilium.

§. 2. Nos igitur tuis votis, quantum cum Domino possumus, benigne annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eidem majestati tuæ fructus, redditus, et proventus dictæ præceptoriæ, seu commendæ del Ventoso nuncupatæ ejusdem militiæ post diem xxi. augusti proximi futuri anni MDCCLXXVII. in reintegrationem prædictorum regalium centum octuaginta quinque millium, centum septuaginta quinque a memorato communi ærario suppeditatorum, atque simul in expensas in dictis ædificiis peragendas, et in suppellectilibus, seu paramentis pro collegio Salamantino prædicto comparandis ad totum tempus, ad præmissa omnia peragenda, et absolvenda necessarium applicare, et assignare libere, et licite possis, et valeas auctoritate apostolica concedendi, et indulgendi plenam, et amplam facultatem eadem auctoritate tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac ordinationibus, et constitutionibus apostolicis, nec non dictæ militiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet, concessis approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plane, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoria die septima augusti millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

CVI.

Dat. die 20 augusti 1776. Anno II.

Divisio provinciæ s. Angeli nuncupatæ in Apulia ordinis s. Francisci de observantia.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Ad regularis disciplinæ observantiam in iis præsertim religiosorum virorum institutis, in quibus juxta primævam institutionem, Domino benedicente, viget, retinendam, conservandam, augendamque, quantum conferat, non modo minorum, majorumque superiorum præsentia, verum etiam provinciarum sapientissime excogitata divisio, diuturni temporis, rerumque experientia edocti, tam Romani pontifices prædecessores Nostri, quam ipsi regularium ordinum rectores insimul adlaborarunt, ut cum conventus, et monasteria ejusdem ordinis multiplicari, et crescere perspexissent, alia invicem unita ab illis una simul junctis separata, at si omnia, et singula sub uno generali capite posita, diversis tamen provinciarum rectoribus, habita ratione gubernarentur. Hinc salutaria suboleseentibus malis statim adhibita remedia, sublata opportune dissidia, præcisæ sine jurgiis lites, animi arctissime conciliati,

restituta pristina tranquillitas, concalefacta charitas, adaucta observantia.

Expositio precum porrectarum super dissidiis ortis in provincia s. Angeli.

§. 2. Hæc profecto prudentissime animadvertens dilectus filius Paschalis a Varisio minister generalis ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum exponi Nobis nuper fecit, quod provincia sancti Angeli in Apulia hactenus nuncupata ejusdem ordinis in regno Neapolitano duabus distinctis nationibus coalescit, quarum una Apuliensium, Montanorum altera vocari solet, earumque religiosi licet sint unius, ejusdemque provinciæ, non sunt tamen ejusdem indolis, ingenii, institutionis, ac sententiarum, quo fit, ut interdum non bene conveniant in electionibus faciendis fratres suffragantes, seu vocales, et inde difficultates plurimæ obortæ, jurgia, dissidia, lites, quæ in præsentiarum eo devenire; ut in mutua odia, et livores eruperint, non sine publicæ tranquillitatis incommodo, et Christifidelium scandalo non in modico, eo vel magis, quod omnia hactenus a superioribus potestatibus remedia ad componendos animos, discordiarumque faces extinguendas excogitata, et apposita nullum sortita fuerint effectum. Insuper, quod eadem provincia sancti Angeli in Apulia ex duabus nationibus, ut præfertur, coalescens plures, quam par sit, complectatur conventus longe invicem inter se dissitos, et asperioris accessus, unde incommoda multa, ac detrimenta quam plurima obveniunt ministris provincialibus pro tempore, ac commissariis visitatoribus ob locorum distantiam occurrere impotentibus, maximo certe regularis observantiæ damno, malorum vero commodo, ac adjumento. Ea propter dictus exponens Nobis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Divisio provinciæ, et respective novarum erectio.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, motu etiam proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, memoratam provinciam sancti Angeli in Apulia hactenus nuncupatam ordinis minorum sancti Francisci de observantia hujusmodi, quæ ex triginta et octo conventibus ad præsens componitur, in duas provincias dividimus, partimur, ac in perpetuum separamus', quarum primam Apuliensium, seu inferioris Apuliæ, retento priori titulo, seu invocatione sancti Angeli in Apulia, alteram vero Montanorum, seu superiorsi Apuliæ Contado di Molise vulgo nuncupatam sub invocatione sancti Ferdinandi in posterum appellandam præcipimus, et respective erigimus, atque constituimus.

Leges servandæ ut utraque provincia.

§. 4. Utrique autem provinciæ, ita per Nos divisæ, separatæ, et erectæ eadem loca, eosdemque conventus concedimus, destinamus, at assignamus, eodem numero, ac legibus, qui olim, præsertim vero anno MDCCXXXIII. et MDCCXXXV. a tunc temporis commissario generali ordinis, consentientibus, et convenientibus partibus, concessi, destinati, et assignati fuerunt utrique respective nationi Apuliensi, seu sancti Angeli in Apulia, et Montanæ, seu vulgo Contado di Molise ad servandam justitiam distributivam, et alternativam in collatione dignitatum, et officiorum provinciæ.

De privilegiis utriusque provinciæ

§. 5. Volumus autem utramque provinciam, ita divisam, separatam, et erectam gaudere omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, honoribus, quibus aliæ provinciæ ejusdem ordinis de jure, vel consuetudine guadere solent, et eodem prorsus modo absque ulla differentia, et sub eisdem legibus, et constitutionibus, ita ut provincia Apuliensis a provincia Montanorum, seu vulgo del Contado di Molise, ejusque superioribus omnino independens, et exempta intelligatur, ac gubernari per suum ministrum provincialem, et custodem, et quatuor definitores, uti cæteræ ejusdem ordinis provinciæ independentes habent habere debeat; atque ita de provincia nunc divisa Montanorum, seu vulgo del Contado di Molise Apuliensi, seu sancti Angeli in Apulia.

Singulis fratribus relinquitur jus eligendi provinciam in qua recipi debeant.

§. 6. Præterea omnibus, et singulis fratribus ejusdem ordinis antiquæ totius indivisæ provinciæ sancti Angeli in Apulia, qui de præsenti, sive in provincia Apuliæ, seu sancti Angeli in Apulia, sive in provincia Montana, seu vulgo Contado di Molise, sic divisis, separatis, erectis, et constitutis, undecumque nativi reperiantur intra mensem integrum ab executione dictæ divisionis, et erectionis provinciarum hujusmodi computandum libere eligendi sibi unam,

vel alteram, ex divisis provinciis, eidemque provinciæ, cui libuerint, se se aggregandi, in eaque perpetuo permanendi facultatem concedimus, et impertimur, accedente consensu respectivorum divisarum provinciarum superiorum, sine quo, in ea remaneant provincia, cujus sunt nativi.

De ordine servando in capitulo provinciali.

§. 7. Cum vero facta provinciæ divisione, celebrandum sit in singulis provinciis divisis provinciale capitulum, cumque fortasse deficiant in utraque provincia divisa legitimi vocales, qui jure, et canonice suffragia ferant pro singulis conventibus, quibus utraque divisa provincia in facta divisione composita fuerit, hinc, ut electiones novorum ministrorum provincialium, custodum, et definitorum utriusque divisæ provinciæ valide fiant, neque ullo laborent nullitatis vitio, habilitamus pro hac vice primo ad suffragandum in capitulo superiores illos vocales, si qui sint, qui legitime in ultima capitulari, aut intermedia congregatione totius tunc indivisæ provinciæ electi in guardianos alicujus conventus ultra triennium, et semestre in officio absque interruptione ad hanc usque diem perdurarunt; secundo vero volumus, ac præcipimus, ut in iis conventibus, in quibus non adsunt hujusmodi guardiani novi eligantur, qui ad capitulum sic electi accedant, et suffragia ferant; electio autem eorum fiat in provincia inferioris Apuliæ seu sancti Angeli a vicario provinciali, definitoribus actualibus ejusdem divisæ provinciæ inferioris Apuliæ, seu sancti Angeli, et a patribus dignioribus ejusdem provinciæ, quibus juxta ordinis statuta competit jus subrogationis, quique numerum compleant soliti definitorii provinciarum; in provincia vero Apuliæ superioris, seu vulgo Contado di Molise, a custode, et definitoribus actualibus ejusdem provinciæ divisæ, et a patribus pariter dignioribus, qui jus habeant subrogationis, quique numerum compleant soliti definitorii; præsidentibus ex utraque parte, seu provincia, et suffragium ferentibus respectivis commissariis visitatoribus pro sua quisque provincia.

Clausulæ salutares.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 9. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis, et provinciæ sancti Angeli hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et formis, ac cum quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die 20. augusti millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.



Dat. die 26. augusti 1776 Anno II.

CVII.

Facultas uniendi duas societates, ac transferendi beneficia alias in castro Serviliani nunc diruto fundata ad novum castrum hujusmodi constructum.

Dilecto filio Nostro Urbano Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Paracciani nuncupato metropolitanæ ecclesiæ Firmanæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsuli.

Pius PP. VI.

Dilecte fili noster salutem, et apostolicam benedictionem

Recolitur summa precum porrectarum.

§. 1. Nuper Nobis exposuisti, quod cum propter ruinam antiqui castri Serviliani istius dioecesis Firmanæ, a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium bono regimini communitatum, et universitatum civitatum, terrarum, et locorum status Nostri ecclesiastici præpositorum demandata tibi fuerit novi castri ædificatio, ad illius populi commoditatem, in alio tamen loco, vulgo la Madonna del Piano nuncupato, assumptum opus illuc modo perventum reperiatur, ut spes sit, illud absolvendi intra annum proxime futurum, quoties gravis admodum non dignoscetur expensa, quæ omnino requiritur, tam in prosecutione, quam in absolutione fabricæ novæ parochialis ecclesiæ, quæ ex iis in demandato munere ad id assignatis perfecta reddi minime potest: Quoniam vero animadvertere non omisisti, antiquam parochialem ecclesiam ejusdem diruti castri de jurepatronatus existere confraternitatis sub invocatione, seu titulo ssmi Sacramenti, quæ simul cum propriis omnia bona possidet ad eamdem ecclesiam pertinentia annui redditus scutorum tercentum triginta circiter, cum onere conservandi fabricam prædictæ ecclesiæ, ejusque sacra supellectilia, atque suppeditandi annua scuta quadraginta illius parocho, satisfaciatque aliis obligationibus, quod reliquum est eadem confraternitas ex reddito hujusmodi in celebrationem missarum, atque vesperarum, et officiorum cum cantu juxta officialium arbitrium, ac presbyterorum commoditatem convertere, et erogare assuevit; præterea compertum tibi fuit, in diruto castro hujusmodi duas alias adesse confraternitates sub titulo, seu invocatione, unam nempe sanctissimi Rosarii annuum obtinentem redditum scutorum triginta, et alteram sanctæ Monicæ annui redditus scutorum quindecim circiter, atque insuper in antiqua ecclesia parochiali duodecim beneficia ecclesiastica erecta, ac fundata reperiri, quorum redditus, simul sumpti, deductis omnibus oneribus, annuam summam scutorum tercentum quadraginta, et obulorum nonaginta quinque attingunt, quemadmodum pariter in alia ecclesia prædicti castri diruti sub titulo, seu invocatione Suffragii relictum reperiri unum legatum missarum a quondam Dominico Antonelli constitutum.

Explicatur opportunitas unionis peragendæ, et indigitantur modi convenientes, in ipsa unione servandi.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, ad celerem dictæ novæ parochialis absolutionem apprime opportuna dignoscatur unio duarum confraternitatum sanctissimi Rosarii, et sanctæ Monicæ alteri confraternitati sanctissimi Sacramenti hujusmodi, quæ teneantur suppeditare pro tempore existenti parocho annua scuta septuaginta, quæ simul juncta cum aliis scutis triginta ex redditibus duorum beneficiorum eidem parochiæ unitorum congruam scutorum centum constituerent; ita ut parochus hoc modo provisum onus manutentionis novæ ecclesiæ subire valeat, deductaque dicta quantitate, satisfactisque oneribus præfatæ confraternitati injunctis super annuis scutis centum triginta, et octo, quæ adhuc remanent, facultatem cogendi eos, ad quos pertinet, ut censum imponant scutorum termille erogandorum in fabricam dictæ parochialis, atque cum reliqua summa prædicta solvendi annuos illius fructus, ac quotannis aliquam quantitatem pro extinctione capitalis; nec non itidem facultatem quoque obligandi possessores eorumdem duodecim beneficiorum ad construendas, ornandas, ac etiam conservandas cappellas, quæ unicuique beneficio in nova parochiali assignabuntur, ac transferendi ad dictam ecclesiam legatum missarum a dicto Dominico relictum in alia ecclesia Suffragii tibi per Nos concedi plurimum desideres.

Negocium omne arbitrio, et prudentiæ archiepiscopi Firmani committitur.

§. 3. Nos igitur, audita super præmissis relatione dilecti filii magistri Francisci Carrara congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, ad prospiciendum animarum saluti, et consulendum decori domus Dei, atque ex aliis peculiaribus causis, Nostram mentem digne moventibus, circumspectioni tuæ omnes, et singulas facultates, ut devenire pos-

sis ad extinctivam unionem confraternitatum, seu societatum ssmi Rosarii, et altaris sanctæ Monicæ, favore confraternitatis, seu societatis ssmi Sacramenti cum omnibus bonis, juribus, et pertinentiis auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus; ita quidem, ut confratres prædictarum societatum unitarum censeantur admissi, et habeantur, ac si eidem societati sanctissimi Sacramenti essent adscripti, et opera pietatis, quæ, vel ex mera devotione, vel ex proprio instituto, peragebantur a prædictis duabus societatibus, sic extinctis penitus omittantur; sed e contra fratres dictarum societatum teneantur ea omnia pietatis, et devotionis opera implere, quæ peraguntur per confratres societatis ssmi Sacramenti sic unitæ.

Speciales declarationes. §. 4. Volumus autem quod onera provenientia ex legatis piis, aut ex particularibus dispositionibus, quæ infixa sunt bonis possessis per prædictas duas sic extinctas societates, postquam ipsarum bona unita fuerint dictæ societati sanctissimi Sacramenti, ab ea diligenter, et fideliter adimpleri debeat; ac præterea mandamus, ut in posterum una tantum sit societas, et bona uniuscujusque ex ipsis per eamdem detineantur, et administrentur, ad quem affectum referantur, et describantur prædicta onera in codicibus societatis sanctissimi Sacramenti; ad hæc injungimus, ut ex redditibus prædictæ sobietatis sanctissimi Sacramenti sic unitæ tamquam patronæ ecclesiæ parochialis assignes pro tempore existenti parocho in causam congruæ, præter emolumenta stolæ annua scuta centum computatis tamen fructibus duorum beneficiorum per antecessores archiepiscopos parochiæ unitorum, addita lege, quod parochus perpetuus sit, nec amovibilis, eidemque correspective incumbat onus præstandi sacra utensilia, et subministrandi omnia necessaria pro sacrificiis, et pro peragendis sacris functionibus, et pro præstationa, ac manutentione paramentorum, et utensilium ecclesiæ; hoc quoque addito, ut prædictus parochus per decennium proximum præstare teneatur integrum stipendium duobus sacerdotibus, qui singulis diebus dominicis, et festis de præcepto, nec non tempore paschali in parochiali ecclesia prædicta pœnitentiæ sacramentum administrent; atque insuper præcipimus, ut societatis sanctissimi Sacramenti præserventur tot redditus, quot necessarii sunt pro adimplendis oneribus, non solum prædictarum societatum eidem unitarum, sed etiam pro omnibus aliis, ad quæ, vel ex piorum testatorum dispositionibus, at præsartim cappellaniæ Mancini nuncupatæ, quæ omnino integre, et sine ulla diminutione adimpleri mandamus, aut ex proprio instituto societas sanctissimi Sacramenti tenetur secundum eam quantitatem, quam necessariam, et congruam, ac decentem præsertim pro associatione sanctissimi Viatici censueris, suspensa interim, ad decennium, præstatione scutorum triginta octo, quæ solvebantur sacerdotibus confessariis.

Leges circa collectionem, et divisionem fructuum bonorum. §. 5. His autem sic constitutis, et detractis oneribus, volumus, ut procedas ad liquidationem residualium redituum omnium supradictæ societatis sanctissimi Sacramenti sic unitæ, et ad unam tantum redactæ, comprehensis etiam fructibus bonorum provenientibus ex præventiva unione prædictarum duarum societatum, qui sane redditus in duas portiones dividantur, quarum una assignetur solutioni fructuum census, seu censuum imponendi, seu imponendorum, in quorum creatione, cures apponi pactum, quod io satis extingui possint; qui census imponendi atuat pro summa necessaria tantum pro prosecutione, et complemento fabricæ ecclesiæ, et cum hoc, quod in prædictum causam pecunia erogari tantummodo debeat, atque ad hunc peculiarem effectum tibi per præsentes concedimus, et impertimur omnes, et singulas facultates pro impositione prædictorum censuum, atque obligatione bonorum prædictæ sociatatis, dummodo tamen census, seu censuum sortes sint infra eam quantitatem, pro quorum inter usuris solvendis satis sit pars fructuum ad hunc effectum reservata, et designata. Altera autem pars supradictorum redditaum, quam in annuis scutis septuaginta omnino præservatam volumus, eroganda erit pro rata nempe scutorum decem in manutentionem, et meliorationem bonorum ipsius societatis, reliqua vero scuta sexaginta singulis annis deponenda sint penes ædem sacram pro extinctione ratarum census, vel censuum, pro quorum præcisa executione officiales dictæ societatis, etiam cum interventu ipsius parochi, singulis annis rationem reddere, et do adimplemento eorum te docere teneantur. Post lapsum taman decennii, et extincta parte census, vel censuum, eadem societas sanctissimi Sacramenti sic unita, arbitrio tuo, aliquam summam in lavamen., et diminu-

tionem stipendii confessariis præstandi a parocho contribuero teneatur, quod successivo temporis decursu pro rata servari debebit quousque parochus a prædicto onere in totum liberetur. Nec non tibi auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et elargimur facultates pariter necessarias, et opportunas omnia beneficia, quæ erecta, et fundata reperiebantur in veteri ecclesia parochiali, seu ad illam ab aliis ecclesiis dirutis præcedenter translata ad novam ecclesiam parochialem transferendi, assignando prædictis beneficiis respectiva altaria, in quibus apponantur tabulæ pictæ, et icones præseferentes immagines sanctorum, sub quorum titulo, et invocatione fuerunt erecta, et fundata, cum hoc etiam, quod in prædictis altaribus, quibus beneficia addicientur celebrari, et satisfieri in posterum debeant missæ, et alia quæcunque onera, ad quæ vigore respectivarum fundationum rectores beneficiorum tenentur, quos quidem rectores beneficiorum hujusmodi pro rata fructuum, quos detractis oneribus ex respectivis beneficiis percipiunt, compellas indistincte ad sumptus pro dictis altaribus conficiendis secundum taxam a te præscribendam; et successivis temporibus iidem rectores beneficiorum teneantur ad manutentionem respectivorum altarium, suppellectilium, et ornamentorum eorumdem, quibus respective beneficia a te adscribentur, nec non teneantur contribuere sacrario debitam summam pro sacris utensilibus secundum regionis morem a te pariter statuendam.

Facultas transferendi legatum missarum, et onus conficiendi inventarium.

§. 6. Facultatemque insuper tibi quoque concedimus, et indulgemus transferendi ad novam ecclesiam parochialem legatum missarum relictum a dicto Dominico; quibus peractis, devenias ad novam confectionem inventarii, in quo omnia capitalia ad prædictam societatem, et ad beneficia translata pertinentia, et respective onera describantur ad formam postremi concilii Lateranensis celebrati tempore felicis recordationis Benedicti pp. XIII. prædecessoris Nostri cap. XII., et pro præciso omnium præmissorum onerum adimplemento ea referantur jam in novos libros societatis sanctissimi Sacramenti sic unitæ, quam in libros ecclesiæ parochialis, nec non in tabellas ex integro conficiendas ad formam decretorum generalium recolendæ memoriæ Urbani papæ VIII., et Innocentii pp. XII. prædecessorum Nostrorum.

Archiepiscopus deputatur visitator apostolicus.

§. 7. Pro quorum omnium executione, juxta tamen modum, formam, et conditiones in præsentibus Nostris literis appositas, et contentas, te in visitatorem apostolicum auctoritate, et tenore prædictis constituimus, et deputamus; salva semper in præmissis auctoritate memoratæ congregationis eorumdem cardinalium.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 8. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 9. Non obstantibus quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas ad præmissorum effectum sufficienter, et expresse commutamus; nec non in apostolicis, ac universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, atque confraternitatum prædictarum, ecclesiarum, et beneficiorum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibuvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die vicesima sexta augusti millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

CVIII.

Dat. die 28. augusti 1776. Anno II.

Confirmantur statuta, et ordinationes pro regimine provinciarum Franciæ ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum condita.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Pastoris æterni vices, licet immeriti, gerentes in terris, ea quæ pro felici religiosorum virorum Altissimi obsequiis mancipatorum regimine provide, salubriterque constituta esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata persistant, apostolici muniminis, cum id a Nobis petitur, præsidio roboramus.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum nuncupatorum provinciarum Franciæ Nobis expositum fuit, quod ipsi in comitiis nationalibus indictis die vii. maii MDCCLXXI. nonnullas ordinationes, seu statuta ad clariorem intelligentiam, ac magis uniformem observantiam constitutionum dicti ordinis apostolica auctoritata approbatarum pro oisdam provinciis ediderunt. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius ordinationes, seu statuta hujusmodi pro dictis provinciis condita in eisdem comitiis nationalibus subsistant, et serventur exactius, ea per Nos confirmari, et approbari dicti exponentes plurimum desiderent.

Tenor confirmationis.

§. 3. Nos ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii Nostri Francisci Xaverii sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis de Zelada nuncupati, cui ordinationum, seu statutorum hujusmodi examen felicis recordationis Clemens pp. XIV. prædecessor Noster demandaverat easdem ordinationes, seu statuta prædicta edita pro provinciis Franciæ ordinis minorum sancti Francisci Cappuccinorum, firmis in reliquis manentibus constitutionibus ordinis hujusmodi, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, ac efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, atque ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima octava augusti millesimo, septingentesimo, septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

CIX.

Dat. die 16 septembris 1776. Anno II.

Indultum, ut post mediam noctem vigiliæ festivitatis conceptionis B. M. V. missa celebrari, et decantari possit in ecclesia conventus ordinis minorum sancti Francisci de observantia villæ de Mula Carthaginensis diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum villæ de Mula Carthaginensis diœcesis, nec non habitantium ejusdem villæ expositum Nobis fuit, quod maximus quidem est devotionis affectus, simulque magna populi frequentia, qua colitur dies festus conceptionis Beatæ Mariæ Virginis immaculatæ in ecclesia dicti conventus. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, pro spirituali totius populi villæ prædictæ consolatione in nocte vigiliæ dictæ festivitatis missam decantare posse, prout alias parochiali ecclesiæ sancti Ægidii villæ de Molina Seguntinæ diœcesis apostolica auctoritate pro nocte hujusmodi concessum fuit, sibi ipsis quoque per Nos concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor indulti.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem exponentibus, ut in nocte vigiliæ festivitatis prædictæ, atque in ecclesia conventus hujusmodi post mediam noctem unam missam celebrare, et decantare libere, ac licite possint, et valeant facultatem auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta septembris millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

CX.

Dat. die 2 octobris 1776. Anno II.

Extensio gratiarum concessarum collegio Salviati de urbe.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Clemens VIII. jussit alumnos divites factos adigendos esse ad reintegrandum collegium de alimentis receptis; eisque absque hæredibus decedentibus succedere idem collegium imperavit.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni primicerius, ac deputati archiconfraternitatis sub titulo, seu invocatione sanctæ Mariæ Visitationis Nostræ almæ urbis, quod cum anno MDCCLXIII. nomine collegii Salviati in urbe prædicta erecti supplices porrectæ fuissent preces felicis recordationis Clementi pp. XII. pro confirmatione decreti æditi a deputatis ejusdem collegii in congregatione habita die xiv. maii dicti anni MDCCLXIII. respicientis declarationem juris tam succedendi in bonis alumnorum favore præfati collegii, quam petendi reintegrationem pro alimentis suppeditatis eisdem alumnis in casu, quo ipsi divites, et facultatibus aucti evasissent; quod quidem decretum erat sequentis tenoris videlicet.

Tenor decreti.

§. 2. = *Si contingat futuris temporibus dictos alumnos, postquam e dicto collegio exierint, opibus, et facultatibus auctos ad pinguiorem fortunam devenire, teneantur dicti alumni eorum vita naturali durante, ac obligati sint solvere ipsi collegio alimenta percepta per totum tempus, quo in eo permanserint, juxta taxam, stylum, et consuetudinem, in scutis octuaginta monetæ pro singulis annis; et si ab hac luce ab intestato, absque hæredibus, et consanguineis usque ad tertium gradum inclusive decedere, eo casu idem collegium in eorum bona, et hæreditatem succedere debeat, et hæres institutus intelligatur.* =

Confirmatio, et declaratio ejusdem decreti.

§. 3. Idem Clemens prædecessor supplicationibus tunc, ut præfertur, sibi porrectis inclinatus per suas in simili forma Brevis die xxvii. junii prædicti anni MDCCLXIII. expeditas literas supradictum decretum, ac omnia, et sin-

gula in eo contenta, et expressa confirmavit, atque de novo statuit, et præcepit, ac alias prout in suis literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Exorta postmodum aliqua dubietate, utrum in prædictis literis ipsius Clementis prædecessoris comprehensus quoque dijudicandus esset casus restitutionis alimentorum peragendæ ab illis alumnis, qui durante quoque eorum mora in collegio prædicto opibus, et facultatibus aucti ad meliorem fortunam pervenissent, denuo ejusdem collegii nomine novæ porrectæ fuerunt preces rec. mem. Clementi XIV. prædecessori itidem Nostro, quibus postulabatur declaratio, seu ampliatio præcedentium literarum Clementis XIII. cum generali expressione, quod bona eorum omnium, qui in collegio prædicto educationis titulo detenti fuissent quocumque tempore ab eis acquisita reperirentur, semper subjecta reintegrationi prædictorum alimentorum intelligenda essent. Ipsa autem Clemens XIV. prædecessor hujusmodi novas supplicationes sibi tunc porrectas suo rescripto edito die xxviii. maii MDCCLXXIII. remisit arbitrio, prudentiæ, et conscientiæ domini cardinalis protectoris cum facultatibus omnibus ad effectum, de quo in precibus, necessariis, et opportunis, contrariis quibuscumque non obstantibus. Vigore itaque facultatum sibi, ut præfertur, tributarum, dilectus filius Noster Petrus Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Pamphilius nuncupatus dicti collegii apud Nos, et Sedem apostolicam protector, die octava julii MDCCLXXIII. suum desuper tulit decretum precibus porrectis, et petitioni conforme, cujus pariter tenor præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Preces porrectæ pro extensione, et ampliatione decreti ad piam domum orphanorum.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat prædictæ concessiones ab eisdem prædecessoribus Nostris collegio Salviati hujusmodi pro pauperibus alumnis solum erecto, et instituto utiles, et rationi congruæ compertæ fuerint; fundatio vero pro alumnis piæ domus orphanorum simillima omnimode sit erectioni collegii prædicti, hinc ipsi exponentes gratias, et concessiones pro eodem collegio, tum quoad successionem in bonis illius alumnorum, quam quoad jus reintegrationis debitæ pro alimentis eisdem alumnis suppeditatis ad piam quoque domum orphanorum per Nos extendi, et ampliari plurimum desiderant; Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benegnitate apostolica dignaremur.

Extensionis, et ampliationis tenor.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, tam præinsertum decretum editum in congregatione deputatorum dicti collegii habita die xiv. maii MDCCLXXIII., quam memorati Clementis XIII. prædecessoris literas die xxvii. junii ejusdem anni expeditas, et hujusmodi decretum confirmantes, et approbantes, nec non etiam aliud decretum latum a præfato Petro cardinali, et protectore die viii. julii MDCCLXXIII. vigore rescripti ab eodem Clemente XIV. prædecessore peracti cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis, ac tribuentibus collegio Salviati prædicto successionem in bonis illius alumnorum, ac jus reintegrationis pro alimentis eis præstitis ad piam quoque domum orphanorum auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium extendimus, et ampliamus; ac præterea illud idem jus, quod collegio Salviati prædicto non solum pro successione in bonis illius alumnorum, sed etiam pro reintegratione alimentorum præstitorum juxta decreta præmissa, et ipsius Clementis XIII. literas competit, pertinet, et spectat ad piam quoque domum prædictam pro successione in bonis orphanorum, quæ in ea educati sint, et pro reintegratione alimentorum ipsis orphanis præstitorum in omnibus, et per omnia juxta literas, et decreta præmissa, spectare, et pertinere, illaque libere, et licite ab eadem pia domo exercere posse auctoritate, et tenore prædictis decernimus, et declaramus.

Clausulæ sublatæ, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac dictæ domui orphanorum in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum,

et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die secunda octobris millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 8. novembris 1776. Anno II.

CXI.

Deputatio R.P.D. Pelagallo in commissarium apostolicum ad effectum se conferendi ad confinia status ecclesiastici, et magni ducatus Etruriæ, eaque suo ordini restituendi.

Dilecto filio magistro Karolo Andreæ Pelagallo in utraque signatura Nostro referendario.

Pius PP. VI.

Dilecte fili salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor deputationis, cum suis declarationibus, et reservationibus.

§. 1. Singularis tuæ erga Nos, et apostolicam Sedem devotionis, affectus, nec non fides, prudentia, doctrina, aliaque virtutum merita, quibus te novimus insignitum, Nos inducunt, ut in gravibus ejusdem Sedis negociis tua opera libenter utamur, illaque tuæ fidei committamus. Te itaque in Nostrum, et apostolicæ Sedis commissarium, una cum dilectis quoque filiis Francisco Maria Gaudio clericorum regularium congregationis pauperum matris Dei scholarum piarum, et matheseos professore, ac Francisco Tiroli machinario *ingegnere* vulgo nuncupato ad effectum accedendi ad confinia status Nostri ecclesiastici, ac magni ducatus Etruriæ dilectissimo filio Nostro Petro Leopoldo archiduci Austriæ regio Bohemiæ principi, ac magno duci subjectæ in ea parte, quæ Valliscaræ vulgo *Valdichiara* nuncupatur, ibique tractandi cum dilectis itidem filiis Hippolyto Scaramucci locumtenente fiscali, et ipsius Petri Leopoldi archiducis, et magni ducis prædicti commissario, dictoque Hippolyto deficiente, cum Joanne Gianni auditore, nec non etiam cum Petro Feronj matheseos professore, ac Josepho Salvetti machinario, ab eodem Petro Leopoldo archiduce, et magno duce deputatis, eorumdem confiniorum suo ordini restitutionem cum facultate, et auctoritate absolvendi, ac terminandi cum ipsis sic deputatis controversias, et constituendi ea, quæ minoris relevantiæ sint, et in quibus conformis sententia compariatur; extera vero graviora ad Nos referas, ut quid Nostræ mentis, ac intentionis fuerit, exinde patefaciamus auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium constituimus, et deputamus.

Singulis præcipitur ut deputatum recipiant, eidem obediant, et opem ferant.

§. 2. Mandantes propterea dilectis filiis civitatum, et locorum, status ecclesiastici prædicti gubernatoribus, potestatibus, nec non communitatibus, universitatibus, et hominibus, officialibus, et executoribus quibuscumque, quatenus tibi favorabiliter assistentes in præmissis pareant, ac opari auxilium, et obsequium præstent; teque tamquam Nostrum, et Sedis apostolicæ commissarium recipiant, et recognoscant, non permittentes te quomodolibet molestari, vel impediri.

Derogatio contrariorum.

§. 3. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die octava novembris millesimo, septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.



Dat. die 9 novembris 1776. Anno II.

CXII.

Facultas archiepiscopo Lucano supprimandi hospitalia minus utilia, eorumque bona applicandi in translatione cadaverum ad cœmeterium.

Venerabili fratri archiepiscopo Lucano

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor precum porrectarum.

§. 1. Nuper pro parte tua expositum Nobis fuit, quod ad removendos noxios alitus ab ecclesiis ex sepultis cadaveribus procedentes, qua de causa Christifideles a frequenti earum visitatione alieni redduntur, et juxta antiquam Ecclesiæ praxim, ab anno usque MDCCLXXIV. publica auctoritate præscripta fuit constructio unius cœmeterii extra muros istius civitatis Lucanæ eleganti, simulque religioso modo peracta. Quoniam vero nunc defunctorum cadavera a civitate hujusmodi ad cœmeterium prædictum transferenda sint, plures familiæ pauperes, atque etiam hospitalia subire minima valeant expensas, quæ pro ministris, aliisque necessariis rebus in translatione, et eorum sepultura requiruntur. In civitate tamen prædicta, ejusque dominio extant sexaginta, et ultra parva hospitalia (minima comprehensis illis, quæ majora sunt) erecta, ac fundata pro excipiendis dumtaxat iis peregrinis, qui ad visitationem locorum sanctorum se conferunt. Verum quia peregrinationum hujusmodi modo usus maxima in parte defecit, ita ut necessitati huic pauca hospitalia satis superque sufficiant, ac præterea multa ex hospitalibus prædictis sita sunt in locis extra vias, quæ ad loca sancta perducant; ideoque solum inserviunt ad excipiendos vagos, perditos, ac non recte viventes homines; non sine gravibus incommodis, ac perturbationibus, hinc facultatem supprimendi aliqua ex dictis hospitalibus, quæ minus utilia, ac necessaria sunt, ac fructus, et redditus eorum usque ad summam scutorum bis centum monetæ Romanæ, quot necessaria putantur ad præmissum affectum convertendi, et erogandi tibi per Nos concedi plurimum desideras. Nobis propterea humiliter supplicari fecisti, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Indultum procedendi ad suppressionem dummodo vera sint, quæ in precibus narrata fuerant.

§. 2. Nos igitur audita super præmissis relatione dilecti filii magistri Francisci Carrara congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium concilii Tridentini interpretum secretarii, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut veris existentibus narratis, ad suppressionem hospitalium prædictorum dumtaxat minus utilium peregrinantibus pro annuo redditu scutorum bis centum tantum, qui annui redditus per te, ac pro tempora existentes archiepiscopos Lucanos administrari debeant ad affectum illos erogandi in translatione ad cœmeterium publicum cadaverum vere pauperum, ac etiam morientium in hospitalibus dictæ civitatis tantum auctoritate apostolica tenore præsentium pro tuo arbitrio, et conscientia procedere, ac devenire possis, et valeas, concedimus, et indulgemus.

Onera hospitalibus supprimendis adnexa adimplenda esse statuitur.

§. 3. Volumus autem, quod onera adnexa prædictis hospitalibus supprimendis omnino adimpleantur, salva semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempora quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 5. Non obstantibus quacumque fundatorum hospitalium hujusmodi etiam ultima voluntate, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus,

et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specieliter, et expresso derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die nona novembris millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 18 novembris 1776. Anno II

CXIII.

Suppressio abbatiæ claustralis monasterii Sulejoviensis Gnesnensis diœcesis ordinis Cistercionsis, et unio ejus bonorum mensæ conventuali monasterii prædicti.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Tenor precum porrectarum pro assequende abbatiæ suppressione.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni prior, et monachi monasterii Sulejoviensis ordinis Cistarciensis Gnesnensis diœcesis, quod ipsi ob tenuitatem redditnum eorum mensæ conventualis, aliaque onera sibimetipsis incumbentia, quibus attentis proprium statum, at monasticam disciplinam sustinere minime possunt; qua de re suppressa, et extincta abbatia claustrali ejusdem monasterii, omnes ejus redditus, proventus, ac bona pro abbata claustrali assignata juxta divisionem factam ad normam concordati de anno MDCCXXXVII. initi ex nunc, pro tunc, nempe oum per cessum, vel decessum dilecti filii moderni abbatis claustralis præfatum monasterium Sulejoviense vacaverit, eidem mensæ conventuali per Nos uniri, et incorporari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportuna providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Abbatia supprimitur, ejusque bona incorporantur monasterio.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, ot intedieti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione dilecti filii magistri Petri Nigroni congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium rebus consistorialibus præpositorum, ipsorum exponentium necessitati, ac utilitati consulere cupientes, omnibus mature perpeosis, ac votis carissimi in Christo filii Nostri Stanislai Augusti Poloniæ regis illustris annuere volentes, prædictam abbatiam cleustralem nunc, pro tunc, nempe cum casus vacationis ejusdem abbatiæ quocumque modo contigerit, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium supprimimus, atque extinguimus, nec non omnia ejus bona, redditus, ac jura quæcumque præfatæ mensæ conventuali auctoritate, et tenore prædictis unimus, et incorporamus.

Præcipitur electio prioris triennalis, et adimplementum onerum mensæ claustrali adnexorum.

§. 3. Volumus autem ut monachi prædicti post cessum, vel decessum ipsius moderni abbatis claustralis, priorem triennalem professum ejusdem monasterii, servatis servandis, eligere debeant; atque insuper, ut mensa conventualis præfata, onera, quæ habet eadem abbatia claustralis exequi, et adimplere teneatur.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernontes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarius, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissimo suffragari, ac ab eis inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, at literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, at aliis decretis in genero, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, at

innovetis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima quinta novembris millesimo, septingentesimo, septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 29. novemb. 1776. Anno II.

CXIV.

Confirmatio unionis confraternitatis B. M. V. de Angustiis erectæ in ecclesia fratrum minorum sancti Francisci civitatis Lisbonensis cum altera confraternitate Resurrectionis D. N. J. C. in eadem ecclesia erecta.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii moderni officiales, et confratres confraternitatis sub titulo, seu invocatione beatæ Mariæ virginis de Angustiis vulgo nuncupatæ, et, ut asseritur, canonice erectæ in ecclesia conventus Regii pariter nuncupati ordinis fratrum minorum sancti Francisci civitatis Lisbonensis; quod cum dicta ecclesia alia quoque confraternitas sub titulo, seu invocatione Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi canonice, ut periter asseritur, erecta reperirectur, unanimiter conventum, statutumque fuit, ut eorumdem exponentium primodicta confraternitas altari confraternitati Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi unienda, et aggregande esset; ita ut in posterum ex duabus confreternitatibus hujusmodi unica tantum effecta, hæc Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, et beatæ Mariæ virginis de Angustiis simul nuncupari deberet, quam quidem unionem venerabilis frater patriarcha Lisbonensis decreto ædito die decima nona junii currentis anni MDCCLXXVI. confirmavit, et approbavit, ac alias prout in dicto decreto, cujus tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, quo firmius unio prædicterum confraternitatum subsistat., eam per Nos confirmari, et approbari, atque insuper indulgentias primodictæ confraternitati alias concessas ad omnes confratres confraternitatis, sicut, ut præmittitur unitæ extendi, et ampliari plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

§. 2. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas e quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictam unionem earumdem duarum confraternitatem in unam tantum confraternitatum Resurrectionis Domini Nostri Jesu Christi, et beatæ Mariæ virginis de Angustiis nuncupandam, ut præfertur, expletam auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus; ac præterea omnibus, et quibuscumque confratribus utriusque confraternitatis, sicut præfertur, unitæ, qui vere pœnitentes, et confessi, ac sacra communione refecti in festo principali confraternitatis beatæ Mariæ virginis de Angustiis ecclesiam dicti conventus visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam; in aliis vero quatuor diebus cujuslibet anni jampridem confratribus prædictæ confraternitatis beatæ Mariæ virginis de Angustiis assignatis septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta misericorditer in Domino concedimus.

Tenor concessionis.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præ-

missis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, at inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dictarum confraternitatum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis, ac personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, at sufficienter expressis, ac de verbo, ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum die decima nona novembris millesimo, septingentesimo, septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

CXV.

Dat. die 26 novembris 1776. Anno II.

Facultas utendi cantu Gregoriano monialibus ordinis s. Augustini Recollectarum nuncupatarum civitatis Valentinæ in Hispania concessa.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Constitutiones ordinis prohibentes in celebratione divinorum officiorum utatur cantu Gregoriano. §. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilectæ in Christo filiæ modernæ priorissa, et moniales ordinis sancti Augustini Recollectorum nuncupatarum monasterii sub titulo, seu invocatione Præsentationis beatæ Mariæ virginis civitatis Valentinæ in Hispania, quod ipsæ tam ad majorem earum devotionem, fervoremque excitandum, quam ad hoc, ut sese reliquarum ecclesiarum usui præsertim ipsarum ordinis conformes reddant, quam maxime cupiunt, uti cantu Gregoriano in celebratione divini officii; verum quia id ab non ex constitutionibus earumdem monialium impeditum remanet, Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis opportune providero, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Ad majorem Dei gloriam constitutiones reformantur, et licentia conceditur utendi cantu Gregoriano in omnibus ecclesiasticis functionibus. §. 2. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem nunc, et pro tempore existentibus priorissæ, et monialibus dicti monasterii, ut non obstante quacumque dispositione contenta in earum constitutionibus, ipsæ de cætero cantum Gregorianum in choro, aliisque ecclesiasticis functionibus adhibere, et introducere, ac prosequi libere, et licite possint, et valeant auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ salutares, et irritantes. §. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros affectus sortiri, et obtinere, et illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit plenissima suffragari, at ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac dicti ordinis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, ap-

probetis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro pleno, et sufficionter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxet specialiter, et expresse derogemus, cæterisquo contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum die vicesima sexta novembris millesimo, septingentesimo, septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 9 decembris 1776. Anno II.

CXVI.

Confirmetio assignationis unius cappellaniæ jampridem erectæ in ecclesia de Jesu urbis fectæ favore conservatorii Assumptionis B. M. V. I. pariter de urbe.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Cappellania assignata erecta fuerat a Francisco Gallassi in ecclesia de Jesu nuncupata.

§. 1. Nuper nomine conservatorii Assumptionis Beatæ Meriæ Virginis nuncupati de urbe, ac dilectarum in Christo filiarum mulierum in eo existentium expositum Nobis fuit, quod alies, nempo, de mense eugusti anni 1774, ipsæ a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Senctæ Romanæ Eccclesiæ cerdinalium super rebus, ac negociis extinctæ societatis Jesu deputatorum obtinuarunt, ut cappellania jempridem in ecclesia de Jesu nuncupata urbis prædictæ erecta a quondem Francisco Gallassi, una cum ejus dote, seu fundo, eut bonis ed eem pertinentibus, et a dilecto filio Angelo Burroni presbytero modo possessa, eidem conservatorio assignata censcretur, ita temen nt ecclesia interior dicti conservatorii apostolica auctoritato in locum ecclesiæ Jesus hujusmodi substituenda, et subrogenda esset. Nobis propterea mulieres prædictæ ejusdem conservetorii nominc humiliter supplicari focerunt, ut in præmissis opportuno providere, et substitutionem, seu subrogationem earum interioris ecclesiæ in locum alterius de Jesu prædictæ de benignitate apostolica indulgere dignaremur.

Confirmatur assignatio facta, et subrogatur ecclesia conservatorii, in locum alterius de Jesu, pro celebratione missarum.

§. 2. Nos igitur conservatorium, et mulieres ibidem existentas prædictas specialibus gretiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicetionis, et interdicti, aliisque acclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quocumquo de causa latis, si ques forte incurrerunt, hujus tantum rei grotia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, assignetionem dictæ ceppellaniæ a memorato Francisco in ecclesia de Jesu hujusmodi erectæ, unà cum ejus dote, seu fundo, aut bonis, et redditibus ad illem pertinentibus favore dicti conservatorii, ab eadem congregatione, ut præfertur, factam auctoritata Nostre apostolica tenoro præsentium confirmamus, et approbamus, ecclesiamque interiorem conservatorii prædicti in locum alterius ecclesiæ da Jesu auctoritate, et tenore similibus perpetuo substituimus, et subrogamus. Quo circa misses omnes, quæ ante hujusmodi assignationem juxte ipsius Francisci fundatoris voluntetem celebrandæ erant in acclesia de Jesu, post essignationem prædictam, et perpetuis futuris temporibus in ecclesia interiori dicti conservetorii colebrari volumus, et mandamus, easque suffrageri debere, perinde ac si in ecclesia da Jesu celebratæ fuissent, auctoritate, et tenore prædictis statuimus, et declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 3. Decernentes ipsas præsentes litteras semper firmas, validas, ed efficaces existere, et foro, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegetos, etiem causarum palatii opostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis euctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstante ipsius Francisci fundatoris etiam ultima voluntate, quam ed præmissorum effectum expressc commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis etiam juromento, confirmatione epostolica, vel quavis firmitete alie roboratis statutis, et consuetndinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumqne tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogetoriis, aliisque efficacioribus, effi-

cacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die nona decembris millesimo septingentesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.

Dat. die 18 decembris 1776. Anno II.

CXVII.

Revocatio literarum concessionis usus pontificalium alias impertiti priori monasterii ss. Stephani, et Brunonis de Nemore nuncupati, ordinis Carthusiensis nullius diœcesis provinciæ Rheginensis.

Pius Episcopus

servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam

Ratio constitutionis

§. 1. Ad compescendos conatus, quibus aliqui ambitu ducti ab apostolica Sede fucatis prætextibus prærogativas aliquas sibi adsciscì procurant, satis, superque in sacris canonibus, apostolicisque constitutionibus cautum est, ut omnibus ad gratiam, justitiamve ab ea impetrandam, opportunis fideliter narratis minime reticere liceat, quæ summi pontificis animum ab ea concessione retrahere valerent, quæ cum ita se habeant, quemadmodum prædecessores Nostri commovere, ita et Nos peractas concessiones, si in eas quid obiiciatur, perpendere, et justis ita exigentibus causis, irritas reddere non renuimus.

Preces porrectæ

§. 2. Cum itaque asserto nomine primum cleri unius de la Serra, et aliorum locorum nullius diœcesis provinciæ Rheginensis jurisdictionis pro tempore existentis prioris monasterii sanctorum Stephani, et Brunonis de Nemore nuncupati Carthusiensis ordinis, ac subinde pro parte etiam ejusdem monasterii prioris plurimæ Nobis fuerint supplici libello enunciatæ ipsius monasterii prærogativæ, et jura, quæ veram, et propriam præseferunt ordinariam, et quasi episcopalem jurisdictionem, atque insuper felicis recordationis Clementem papam XIII prædecessorem Nostrum ipsi priori facultatem contulisse benedictionem nomine Romani pontificis in solemnitate Dominicæ resurrectionis universo populo impertiendi, prop툭ereaque hoc unum eidem priori desse, ut in solemnibus functionibus uti possit pontificalibus indumentis, quæ sacræ rei maximum adderent decorem, Nobisque iidem enixe supplicarunt, ut eorum communibus votis annueremus. Iis quidem exceptis precibus venerabili fratri Nostro archiepiscopo Rheginensi specialem epistolam inscribi jussimus, ut ipse Nos super hac re instructos redderet, votumque suum Nobis aperiret: cumque prolixa ejus epistola die vigesima tertia aprilis proxime præteriti obsignata idem archiepiscopus, repetitis illius monasterii prærogativis, et juribus, censuerit posse priori ejusdem monasterii concedi pontificalium vestium usum ad instar aliorum prælatorum inferiorum; ideo Nos erga Carthusianorum ordinem beneficentiam Nostram ostendere exoptantes, cum alias ob merito conceptam fidem persuasum Nobis esset, aliquem ex illius ordinis alumnis ea, quæ vetita sunt minime ambiturum fore, per Nostras apostolicas literas sub datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem nono kalendas proxime præteriti mensis augusti, pontificatus Nostri anno secundo, moderno, et pro tempore existenti illius monasterii priori in perpetuum concessimus, ut pontificalibus indumentis distinctim enumeratis in ecclesiasticis functionibus uti, eaque adhibere valeret. Verum nuper dilectus filius Ignatius de Maisons presbyter ejusdem ordinis procurator generalis Nobis exposuit, juxta leges, quas fundamentales vocant, minime licuisse, neque licere cuiquam ex ordinis Carthusianorum professoribus pontificalia adhibere indumenta, quæ alias prior generalis major denominatus ab apostolica Sede oblata humili, sed efficaci supplicatione respuere debuit nonnullas pariter, et quidem magni pon-

deris addidit rationes, quae concessionem a Nobis ex ingenio, industriaque habitam, et subreptionis, et obreptionis vitiis obnoxiam esse, atque non sine ambitu exortam fuisse evincunt.

Revocatio concessionis.

§. 3. Nos igitur, qui non ad perturbandam illius ordinis disciplinam, et observantiam, sed ad augendam illius eximiam praestantiam praemissam elicere concessionem arbitrati fuimus, ne illa censeatur in destructionem porrecta, et ex aliis causis animum Nostrum moventibus: motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicae potestatis plenitudine literas super concessione usus pontificalium ad moderni, et pro tempore existentis prioris monasterii sanctorum Stephani, et Brunonis de Nemore nuncupati favorem, ut praefertur, obtentas, subreptitias, et obreptitias, ac nullas, et invalidas, et inde sequuta quaecumque etiam nulla, et invalida, nulliusque roboris, vel momenti fuisse, et esse apostolica auctoritate declaramus; quinimo easdem literas cum omnibus, et singulis clausulis in eis contentis, pari auctoritate revocamus, cassamus, tollimus, ac irritamus, et omnibus viribus, et effectu avacuamus. Propterea que moderno, et pro tempore existenti illius monasterii priori sub vocis activae, et passivae, aliisque arbitrio Nostro ferendis poenis districte inhibemus, et interdicimus, ne iisdem literis, et concessionibus in eis contentis uti aliquo modo audeat, seu praesumat.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Praesentes autem literas etiam ex eo quod dictus prior ad id vocatus, citatus, vel auditus non fuerit, aut ex alia quovis causa subreptionis, vel obreptionis, aut cuivis alii defectui minime obnoxias esse, vel fore; sicque, et non alias per quoscumque judices quavis auctoritate fungentes, sublata eis quavis aliter judicandi facultate, judicari, et definiri debere, ac si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari, irritum et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus, quatenus opus esset, Nostra, et cancellariae apostolicae regula de jure quaesito non tollendo, aliisque, si quae obstarent, constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostrae declarationis, revocationis, cassationis, irritationis, inhibitionis, interdicti, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romae apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, quarto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno secundo.

CXVIII.

Translatio professorum ordinis sancti Antonii ad Hierosolymitanum ordinem, cum diversa dispositione eorum monasteriorum.

Dat. die 16. januarii 1776 Anno II.

Pius episcopus
servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Rerum humanarum conditio quandoque ferre solet, ut quae omnium votis magnopere expetita olim fuerant, et prospere adaucta, eo tamen declinare sensim perspiciantur, ut nisi validum suppeditetur auxilium in discrimen adducantur. Id sane contigere intelleximus perantiquo regulari ordini, cui summa cura est praeter aliarum virtutum exercitium, charitatem caeteris egenis, et pauperibus impendere. Ne autem ob passas vicissitudines, pia deficiente institutione, desit et pauperibus subsidium supremi, cui immerito praesumus, apostolatus muneris, interest ad Christi Ecclesiam bene gerendam, illum paterno favore, studio, atque opera pretium esse ducimus ordinem ipsum aliis fere similibus, ubi non desunt adjungere, ut enixior sit charitas, eaque in christiana republica etiam atque etiam efflorescat.

Erectio, et privilegia ordinis hospitalis Antonii de sancto Antonio denominati.

§. 2. Cum itaque, sicut nuper accepimus, ordo hospitalis sancti Antonii de sancto Antonio denominatus, qui usque ab anno reparatae salutis humanae millesimo centesimo nonagesimo quinto sub Urbano secundo praedecessore Nostro sumpsit initium, quamvis summopere auctus, et aliorum praedecessorum Nostrorum privilegiis amplissimis donatus, ubique in pretio habitus fuerit, ac erga pauperes infirmos praesertim igne sauciatos in nosocomiis ad id institutis eximia charitatis exhiberit opera, nihilominus postremis hisce temporibus, decrescente hominum erga ordinem ipsum studio, ac devotionis af-

fectu, paulatim ita noscitur imminutus, ut tunc ex bisceotum, et septandecim illis professoribus presbyteris, ac tres-decim conversos inter et donatos, ut vocant, taotummodo constaret, modo varo aliquorum secuto ab humanis decessu, dncenti, ac undecim presbyteri, et unus supra decem similes cooversi, et donati superstites in eo racensaaotur, quorum plures provectam, ac etiam similem assequuti fuerunt ætatem. Ii quidam prætar minores domus, et adiaceotias unum supra triginta incolere tenentur ipsius ordiois monastaria, ex quibus viginti sex in carissimi in Christo filii Nostri Ludovici Galliarum regis christiaoissimi regois, intra quæ idem ordo latius noscitur diffusus, enumerantur, illisque præest Viennense monasterium, quod caput est ordinis, ibique generalis abbas sedem habet; duo vero in dominiis axtant carissimi etiam in Christo filii Nostri Victorii Amadei Sardiniæ regis illustris, ac demum unum Romæ, cui prioratus eiusdem ordinis in civitate Sarnensi situs annexus reperitur, alterum in civitate Nostra Avanionensi, et reliquum in loco de Valreas in Nostro pariter Venayssino comitatu sita sunt.

De alumnis ordinis ad deserviendum hospitalibus destinatis.

§. 3. Cumque ejusdem ordinis alumni ad deserviendum hospitalibus, aliaque munera obeunda numaro impares se se agnoscerent in eorum comitiis generalibus die vigesima quinta octobris millesimi septingentesimi septuagesimi quarti coactis res mature inter ipsos perpensa fuit, et potius quam præstolari axtinctionem, salubrius illis visum fuit consilium ordini militari sancti Joannis Hierosolymitani, qui hospitalitatem itidem profitatur, se sa addicere. Antequam autem apostolicæ Sedis auctoritatem implorarent, propositam eorum deditiouem tunc existanti magno magistro ordinis Hierosolymitani obtulere, quo axpetitæ unioni morem gerente per commissarios utrinque selectos, sequentes conventiones septendecim articulis contentæ initæ fuerunt, videlicet.

De commutatione religiosorum.

§. 4. Primum. Quod religiosi sancti Antonii Viennensis pertranseant in raligionem sancti Joannis Hierosolymitani, illiusque præsens abbas generalis recenseatur inter magnas cruces: reliqui vero inter fratres cappellanos conventuales, gestentque respectivi ordinis sancti Joannis Hierosolymitani vestes, et insignia, ac a die peractæ translationis, unionis, et incorporationis gaudeant omnibus honoribus, commodis, privilegiis, prærogativis, et facultatibus, quibus religiosi sancti Joanuis Hierosolymitani perfruuntur, cum hoc tameo, quod illorum antianitas, ad effectum optionis ad commendas, ioter eosdem regulctur, et decurrat a die, quo ipsi in religione sancti Antonii fuerunt recepti.

De translatione bonorum.

§. 5. Secundum. Quod omnia bona, jura, nomina debitorum, rationes, et actiones quæcumque, feuda, dominia, redditus, jurisdictiones una cum debitis, et oneribus religioni sancti Antonii ad præsens, et in futurum pertinentes, et quibus religiosi sancti Antonii nunc gaudant, aut in posterum gaudere possent, pleno jure ad religionem sancti Joannis Hierosolymitani pertranseant, eique perpetuo sint, et acquirantur.

De stemmate, seu signo servando

§. 6. Tertium. Quod ut religionis sancti Aotonii memoria servatur, ejus stemma, seu signum stemmati religionis sancti Joannis Hierosolymitani adjungatur.

De adimplemento legatorum.

§. 7. Quartum. Quod in domibus, ecclesiis, commendis, locis, et bonis religionis sancti Antonii post prædictam translationem, unionam, et incorporationem retineatur, et exerceatur hospitalitas secundum ejusdem ordini, statuta; ac adimplaaotur legata, fundationes, aliaque onara, quæ dictis domibus, commendis, ecclesiis, locis, et bonis sunt infixa, atque in horum omnium adimplemantum, et executionem prædicti religiosi sancti Antooii in religiosos, seu cappellanos conventuales sancti Joaonis Hierosolymitaoi translati sint præferendi.

De reliquiis sancti Antonii servandis a collegio cappellanorum.

§. 8. Quintum. Quod in honorem insignis reliquiæ sancti Antonii, quæ servatur, at colitur in abbatia in Delphinato existenti, quæ caput est religionis, et quæ post unionem, et incorporationem restituetur ad statum commandæ, prout erat antiquitus, et ante coostitutionem Bonifacii VIII, io perpetuum constituatur capitulum, seu collegium ex sufficienti cappellanorum conventualium numero compositum, eique præponatur prior, qui per se, vel substitutos ecclesiæ servitio, et dacori incumbat, curatque, ut debita diligentia, et charitate hospitale, et infirmi in eo racipiandi pertracteotur, quodque liceat omoibus religiosis sancti Aotonii in eadem abbatia, seu commenda residera, et honestam habere habitationem independenter a congrua eis assignanda, et mox recensenda.

De substentatione abbatis generalis.

§. 9. Sextum. Quod patri abbati generali suæ qualitatis, et characteris intuitu pro congrua, et honesta ejus substentatione libere subministrarentur singulis annis, sua vita naturali durante, libræ duodecim mille ex redditibus utriusque religionis, et insuper concedatur domus de Balan cum suis dependentiis, at usus cappellæ, et bibliothecæ; sed remeneant ipsius oneri expensæ necessariæ pro illarum conservatione, et raparationibus.

De assignamento aliorum religiosorum.

§. 10. Septimum. Quod pariter ex radditibus, et proventibus utriusque religionis seniori, seu ætate majori pro tempore religiosorum sancti Antonii post prædictam translationem, unionem, et incorporationem pro ejus congrue substentatione assignentur libræ duæ millæ; aliis vero religiosis jam constitutis in ætata annorum quinquaginta, aut qui ad eamdem ætatem pervenient, libræ millæ, et quingentæ, at demum reliquis ætata minoribus mille, et ducentæ libræ quoque singulis annis, eorum vita naturali durante, persolvantur.

De beneficiis habentibus curam animarum adnexam.

§. 11. Octavum. Quod quamvis religiosis illis sancti Antonii, qui beneficia possident curam animarum habentia, et ad ipsam religionem sancti Antonii non pertinentia, religio sancti Joannis Hierusalem in illius locum, et jura subrogata nihil subministrare teneretur, attamen titulo congruæ manutentionis iisdem subministrentur annuæ libræ sexcentæ quoad vivant, et quatenus beneficia, quæ possident, dimittant, integra pensio eadem forma, et modo, quo aliis religiosis fuit assignata.

De religiosis inservientibus parochiis.

§. 12. Nonum. Quod religiosi sancti Antonii, qui actu inserviunt parochiis, seu curis dependentibus ab eorum religione ea retinere possint etiam postquam translati ad ordinem sancti Joannis Hierosolymitani fratres cappellani conventuales evaserint, ita tamen, ut post illorum mortem, aut dimissionem, antedictæ parochiæ, seu beneficia curata remaneant liberæ collationis, valeantque de iis disponere ordinarii, sitque oneri religionis sancti Joannis Hierusalem parochiis, seu curatis congruam fructuum partem pro ipsarum substentationa subministrare. Quoad vero religiosos sancti Antonii, qui actu possident beneficia curata, aut simplicia dependentia ab aliis ordinibus, et congregationibus sancti Augustini, ea pariter, donec vixerint, remaneant penes eosdam, ac impetrentur ad hujusmodi effectum, si quæ sint necessariæ, apostolicæ facultates, et dispensationes.

De decano fratrum ordinis converso.

§. 13. Decimum. Quod fratri converso ordinis sancti Antonii, qui est nunc decanus, diuturni ejus servitii intuitu assignetur annua pensio librarum octingentarum, quoad vivat; aliis vero conversis in ætate sexaginta annorum constitutis libræ septingentæ, ac iis, qui juniores sunt, at dictam ætatem non attingerunt libræ sexcentæ, pariter eorum vita naturali durante, ac omnibus concedatur habitatio in abbatia, seu commenda, quæ est ordinis caput.

Aliæ peculiares subministrationes.

§. 14. Undecimum. Quod duobus fratribus donatis, quorum alter deservit ecclesiæ nuncupatæ de Trois Epis, et alter ecclesiæ domus Lugduni subministrentur pro quolibet, eorum vita naturali durante, annua pensio librarum sexcentarum, nec non alia similis pensio librarum centum, et quinquaginta Paulo Bonnier recenter in numero fratrum donatorum recepto.

De modo solvendi pensiones.

§. 15. Duodecimum. Quod omnes supradictæ pensiones persolvantur in quatuor distinctis ratis tertio quolibet mense a sex receptoriis, quas retinet religio sancti Joannis Hierusalem Parisiis, Lugduni, Massiliæ, Tholosæ, Tuilly, et Pictavii, atque id ad placitum ipsorum religiosorum sancti Antonii in altera ex iisdem receptoriis, quæ eb iisdam fuerit electa.

De extraordinaria subministratione.

§. 16. Decimumtertium. Quod præter pensionem, ut supra, assignatam, et constitutam, solvantur quoque religiosis sancti Antonii pro unica vice libræ sexcentæ postquam translatio, unio, et incorporatio prædicta perfecta fuerit, atque eæ pro itinere, aliisque expensis ad locorum mutationem necessariis.

De rebus mobiliaribus, grege, torcularia, cavis, aliisque vasibus pro vino servando.

§. 17. Decimum quartum. Quod mobilia omnia existentia in domibus, et mansionibus religionis sancti Antonii distribuantur inter ejus religiosos, exceptis rebus ad sacristiam pertinentibus, et bibliothecis, quæ in statu, quo reperiuntur pertranseant, et acquirantur religioni sancti Joannis Hierosolymitani omnia instrumenta, stylia, et utensilia ad terrarum culturam destinata, prout quoque animalia, greges, torcularia, cavæ, et alia vasa, in quibus vinum servatur.

De modo servando in capienda possessione.

§. 18. Decimum quintum. Quod commissariis ordinis sancti Joannis Hierosolymitani deputati, ut bonorum, domorum, et commandarum possessionem accipiant, procedant cum administratoribus singularum domorum sancti Antonii ad fixationem, et liquidationem portionis reddituum spectantium

ad unamquamque domum, et ad illud usque tempus maturatorum, ac insuper ab eis deductis peculiaribus expensis, si adinveniretur credita proveniantia ex pensionibus affictuum, aut ex subventionibus affictuariis præstitis, ordo sancti Joannis Hierosolymitani, cujus commodo, et emolumento cedent, teneatur ad ea restituenda.

De peculiaribus nonnullis commendis distribuendis.

§. 19. Decimum sextum. Quod commendæ de Ruffey, et de Perpignan spectantes ad religionem sancti Antonii remaneant penes religiosos, qui nunc illas retinent, et possident, atque iisdem gaudeant, ipsorum vita naturali durante, independenter, et sine præjudicio pensionis, ut supra, favore omnium religiosorum constitutæ, verum eorum oneri sit adimplere onera, et fundationes, legata exsolvere, ædes restaurare, et prædia servare, ac custodire, atque ad hujusmodi effectum se submittent visitationibus, et ordinationibus sancti Joannis Hierosolymitani, intra quorum limites sitæ reperiuntur.

De subjectione bonorum impositionibus cleri.

§. 20. Decimum septimum. Demum, quod bona omnia, et jura, quæ vigore toties dictæ unionis, et incorporationis a religione sancti Antonii ad religionem sancti Joannis Hierosolymitani fuerint translata, remaneant subjecta, ut prius, impositionibus cleri in qualibet diœcesi, in qua existunt, sine tamen præjudicio exequutionis, et observantiæ transactionis inter prædictum clerum, et religionem sancti Joannis Hierosolymitani stipulatam ante epocham præsentis unionis, et incorporationis super bonis ab eadem religione sancti Joannis Hierosolymitani acquisitis.

Preces unanimes utriusque religionis, et regis christianissimi pro approbatione unionis.

§. 21. Porrectis deinde Nobis pro unione impetranda, et conventionum hujusmodi approbatione utriusque ordinis supplicationibus una simul epistola oblata Nobis fuit ejusdem Ludovici regis christianissimi, qui ejus vota, ac preces ad impetrandam unionem interposuit. Nos autem, ut consulto in re tanti momenti procederemus die quinta junii anni proxime præteriti particularem congregationem venerabilium fratrum Nostrorum Joannis Francisci episcopi Ostiensis, et Veliternensis Albani nuncupati sacri collegii decani, ac Hieronymi episcopi Prænestini Spinola nuncupati, et dilectorum filiorum Nostrorum Karoli Victorii tituli sanctæ Praxedis a Lanceis nuncupati, ac Francisci Xaverii tituli sancti Martini ad Montes de Zelada nuncupati presbyterorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, nec non tunc in humanis agentis Benedicti ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Veterani nuncupati deputavimus ad effectum examinandi instantiam, et deinde Nobis referendi.

Votum congregationis deputatæ.

§. 22. Ab hac autem congregatione postquam diu perpensæ, ac serio ad examen revocatæ fuerunt nedum causæ, quæ petitæ unioni favebant, sed etiam difficultates, et oppositiones, quæ supervenerant, ac demum quæ essent conventiones inter partes initæ, et an approbationem mererentur, die decima octava julii proxime præteriti iisdem cardinalibus insimul congregatis, quoad monasteria in regnis ejusdem christianissimi regis existentia unanimi eorum suffragio prodiit resolutio per hæc verba.

Tenor resolutionis congregationis deputatæ.

§. 23. Pro gratia unionis in genere, et quoad modum ad dominum cardinalem decanum cum SSmo. Integram illico ab eodem Joanne Francisco episcopo, et cardinale totius negotii, et exceptionum, quæ deductæ fuerant, relationem, ac futuram utilitatem postulatæ unionis excepimus, et audivimus.

Aliæ preces regum diversorum, ad eumdem finem.

§. 24. Interim Nobis enixæ oblatæ fuere preces cum ejusdem Victorii Amadei regis ad hoc, ut de ambobus monasteriis in ejus dominiis sitis rationam quoque haberemus, tum carissimi pariter in Christo filii Nostri Ferdinandi utriusque Siciliæ regis illustris, qui in votis summopere habebat, ut præceptoria ordinis ejusdem sancti Antonii in civitate Neapolis, quæ alumnis ipsius ordinis caret, quamvis jampridem ab apostolica Sede in commendam concedi fuerit solita, nihilominus ordini illi Constantiniano, cui idem Ferdinandus rex magnus asseritur magister, ut ex ea prioratus Constantiniani ordinis erigeretur, annecteremus, magnique ponderis Nobis expositæ rationes causam dederant, ut circa monasteria extra Galliarum regna existentia diversam agendi rationem habendam esse arbitraremur.

Motu proprio pro unione decernendo.

§. 25. Nos igitur, qui christianorum principum votis quantum in Domino possumus obsecundare studemus, mente Nostra etiam recensentes præclara, et conspicua militarium ordinum gesta, et præcipue ordinis Hierosolymitani, quoniam illius milites tum pro catholicæ reipublicæ defensione labores, et pericula constanter subeunt, tum animo ad pietatie, et charitatis officia converso humilia, piumque hospitalitatis ministerium præstare non

emittunt, ac dilecto filio Nostro nobili viro magno Hierosolymitani ordinis magistro adeo de supremo sibi delato munere cum ordinis sui profectu benemerenti specialem animi Nostri significationem impertiri exoptantes, omnesque, et singulas personas, quorum favora præsentes Nostræ literæ concernent, a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, juxta ipsius congregationis sensum in primis quamcumque unionem domus, seu præceptoriæ sancti Antonii de urbe monasterio, et mensæ abbatiali ejusdem sancti Antonii de sancto Antonio Viennensi a felicis recordationis Paulo papa III. prædecessore etiam Nostro, ut accepimus, factam præsentium literarum vigore penitus, et omnino dissolvimus, illamque tollimus, et abolemus, eaque dissoluta, præinsertas conventiones in articulis præmissis contentas de apostolicæ potestatis plenitudine harum serie approbamus, et confirmamus, atque illis inviolabilis firmitatis vim, et robur adiicimus, atque ab utraque parte futuris temporibus in omnibus, et singulis illarum articulis, atque sub eisdem pactis, et conditionibus observari, ac exequi debere, nec ab eis recedi, vel resiliri unquam posse decernimus, exceptis iis, quibus specialiter a Nobis providebitur, signanter quoad domum sancti Antonii de urbe, et religiosos in ea commorantes.

Descriptio monasteriorum uniendorum.

§. 26. Idcirco viginti sex monasteria ordinis sancti Antonii in totidem locis regnorum christianissimi regis sita, nimirum l'Abbaye, et ses dependance Paris = Ponta Mausion = Besancon et Aumonure = Isenheim = Toulouse = Chalons Lursaone = Strazbourg = Troyu = Pont en Royan = Trois = Epis = s. Marcallin = La Faucondiere = Norgas = Vianne = Clermontferrand = Reims = Roven = Barledue = Metz = Lalande = Lyon = Briey = Aubeterre = Pont Daurat = Marseille = cum omnibus eorum membris, granciis, fundis, dominiis, proprietatibus, fructibus, redditibus, proventibus, et bonis, ac semoventibus, bibliothecis, juribus, et actionibus universis, nec non ecclesiis, non tamen parochialibus ad ordinem sancti Antonii hactenus spectantibus, una cum earum sacris suppellectilibus ordini militari, ac etiam hospitali sancti Joannis Hierosolymitani deinceps, ut infra, denominando etiam apostolica Nostra auctoritate, ipsarum tenore præsentium ita perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, atque omnes, et singulos ordinis sancti Antonii hactenus alumnos, qui in dictis regnis, ac respective dominiis solemnem emiserint professionem, ad Hierosolymitanum ordinem in gradu fratrum cappellanorum pariter transferimus, ut posthac, et in perpetuum Hierosolymitani ordinis magnus magister ordinibus sic unitis præsit, atque enunciata viginti sex monasteria in dictis regnis existentia, omnes quoque, et singuli usquemodo ordinis sancti Antonii professores tamquam fratres cappellani servientes, ac personæ in eisdem regnis existentes, curæ, gubernationi, et jurisdictioni ipsius Hierosolymitani ordinis magni magistri in omnibus, et per omnia subsint, prout hactenus eorum abbati generali suberant, illique tamquam membra capiti obediant.

Licentia de capienda possessione.

§. 27. Præterea nomine Hierosolymitani ordinis magni magistri corporalem possessionem dictorum sex supra viginti in Galliarum regnis monasteriorum hospitalium, mansionum, aliorumque regularium locorum non tamen parochialium ecclesiarum per se, vel alium, seu alios auctoritate a Nobis, prout infra, impertienda libere apprehendendi, et perpetuo retinendi, fructusque, redditus, et proventus in utriusque ordinis opportunos, et necessarios usus, et utilitatem convertandi licentiam concedimus, et elargimur.

Conditiones servandæ in unione.

§. 28. Cumque unionis hujusmodi vigore sancti Joannis Hierosolymitani, et sancti Antonii ordinis unum corpus efficiant juxta præmissam conventionem sub articulo tertio expressam, ac relationem resolutionis ejusdem particularis congregationis Nobis factam statuimus, quod, ut raligionis sancti Antonii memoria servetur, ejus stemma, seu signum jam a felicis recordationis Bonifacio papa VIII. etiam prædecessore Nostro per suas literas apostolicas sub datum anno Domini millesimo biscentesimo nonagesimo septimo, quintodecimo kalendas junii, pontificatus sui anno tertio designatum, et approbatum stemmati religionis sancti Joannis Hierosolymitani adjungatur, atque insuper utriusque ordinis professores palam, et publice regulares ordinis sancti Joannis

Hierosolymitani, et sancti Antonii denominentur. Porro duo monasteria in dominiis ipsius Victorii Amadei regis, unum Taurini, at alterum Camberiaci existentia, quoniam ipse ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari, qui etiam hospitalitatem profitetur, magnus est magister, hujusque ordinis exoptat ampliationem, Taurinense videlicet prædicto ordini sanctorum Mauritii, et Lazari, Camberiacense vero aut eidem sanctorum Mauritii, et Lazari, aut sancti Joannis Hierosolymitani ordini, ad ipsius Victorii Amadei regis libitum, firma tamen remanente religiosorum ibidem degentium translatione ad Hierosolymitanum ordinem in gradu fratrum cappellanorum, qui seu naturales subditi ejusdem Victorii Amedei regis alimenta, ut infra, ab eodem erunt percepturi, ac servatis infrascriptis, auctoritate præmissa perpetuo pariter unimus, annectimus, et incorporamus.

Distribut'o onerum ab utraque religione ferendorum.

§. 29. Iam vero ad præscribenda onera, quæ post secutam unionem erunt respective subeunda, animum Nostrum vertentes auctoritatis Nostræ plenitudine præcipimus, et mandamus, ut ubique nedum in ecclesiis divinus servatur cultus, et erga sanctum Antonium populorum devotio foveatur, pia legata, ac fundationes adimpleantur, sed etiam quod præcipuum est, ac in præinsertis articulis pollicitum, omnia nosocomia, et hospitalia hactenus ad ordinem sancti Antonii in enunciatis locis spectantia ad ægrotos curandos, et alendos destinata, præstantiori servata methodo, non quidem prout postremis hisce temporibus agebatur, sed juxta primævam ordinis sancti Antonii institutionem, et cum debito inservientium numero egenis, ac pauperibus pateant, ac in illis perpetuo hospitalitas exerceatur, idque servari debeat non modo superstitibus, sed etiam extinctis iis, qui ordini sancti Antonii ante præsentem unionem nomen dederant. Quoniam Hierosolymitanus, et respective sanctorum Mauritii, et Lazari militares ordines teneri debent ordini unito sancti Antonii opem afferre in hospitalitatis actibus, qui juxta primævam institutionem peragendi sunt. Illis vero extinctis ad ordinis sancti Antonii onere, et obligationes adstricti erunt ambo militares ordines, ne ex secuta unione institutionis ratio violata, vel læsa remaneat, aut christianæ reipublicæ detrimentum aliquod inferatur. Ac demum ad quæcumque alia onera, annuasque præstationes, ac solutiones, ad quas ordo sancti Antonii, ejusque monasteria tenebantur, quas inter cum monasterio Viennensi in Delphinatu, ejusque mansæ in actu suppressionis illius commendæ anno Domini millesimo sexcentesimo vicesimo quarto apostolica auctoritate peractæ infixum recensetur onus solutionis quindenniorum in summa bis mille quingentorum triginta septem scutorum, et obnlorum viginti quatuor cum dimidio ad illorum solutionem Hierosolymitanus ordo futuris temporibus teneatur.

Declarationes peculiares circa ordinem ss. Mauritii, et Lazari.

§. 30. Præter autem hasce obligationes, quæ non omnes in articulis præinsertis contentæ, et ab ordine Hierosolymitano acceptatæ, ad ordinem sanctorum Mauritii, et Lazari spectare censeantur, neque ad hunc ordinis sancti Antonii transferantur professores, idcirco declarandum superest, quod ordo sanctorum Mauritii, et Lazari ad alimenta præstanda in summis sub articulo septimo earumdem conventionum præfinitis omnino teneatur. Verum ipsi Victorio Amadeo regi arbitrium tribuimus, alimenta hujusmodi ad vitam præstandi vel iis, qui modo in ambobus monasteriis in suis dominiis degunt, vel illis, qui naturales ejus subditi sunt, ubicumque eos commorari contigerit, ac insuper de ejus summa pietate confisi eidem Victorio Amadeo regi facultatem impartimur, ut unius, vel amborum monasteriorum in suis dominiis bona in commendes, vel in alios pios usus magis conformes instituto ordinis sanctorum Mauritii, et Lazari, adimpletis tamen præmissis oneribus, convertere queat. Iis vero, qui alimenta ex bonis ordini sanctorum Mauritii, et Lazari concessis erunt percepturi expresse præcipimus, ut ipsi in ecclesiis, et hospitalibus ordinis, ut præfertur, uniti divino cultui deservire, omnemque personalem operam, et assistentiam, quoad vixerint, exhibere, et præstare teneantur.

Suppressio regularitatis in ecclesiis parochialibus ordinis.

§. 31. Cæterum in parochialibus ecclesiis hactenus ordinis sancti Antonii in eisdem regnis, et dominiis existentibus ab unione præsentium literarum vigore peracta exceptis, et præservatis naturam, statum, et essentiam omnem regularem ipsius ordinis perpetuo supprimimus, et extinguimus, easdemque parochiales ecclesias ad statum sæcularem sub omnimoda venerabilium etiam fratrum Nostrorum archiepiscoporum, et episcoporum, in quorum diœcesibus respectiva sitæ sunt, jurisdictione, ita

quod citra tamen præjudicium aliquod eorum presbyterorum hactenus ordinis sancti Antonii professorum, qui eas modo possident, quique in uno, aut altero militaribus ordinibus profitebuntur, illæ deinceps, et cum vacaverint juxta canonicas sanctiones, et concilii Tridentini decreta presbyteris sæcularibus cum omnibus earum respective bonis, redditibus, annuisque assignationibus, prout in suprainsertis articulis sub numero nono noscitur cautum fuisse, conferri debeant præsentium quoque literarum Nostrarum vi apostolica auctoritate perpetuo reducimus, et immutamus.

Exclusio pensionum, aliorumque assignamentorum, ratione sanguinis.

§. 32. Ad amovendam præterea quamlibet quæstionis, vel etiam dubietatis causam expresse declaramus, quod cum sæpedicti ordinis sancti Antonii professores in regulari statu sint permansuri, et singulorum substentationi satis consultum sit, nullum idcirco ex bonis ante regularem professionem patrimonialibus, vel alias ratione sanguinis sibi delatis alimenta petandi jus ipsis competere poterit.

Speciales providentiæ circa præceptoriam s. Antonii civitatis Neapolis.

§. 33. Quo vero ad præceptoriam sancti Antonii civitatis Neapolis, quæ jamdiu omnibus prorsus caret ordinis ejusdem professoribus, commendarique erat solita, nec non prioratum in civitate Sarnensi existentem, ut præcipuam animi Nostri significationem erga eumdem Ferdinandum regem ostendamus, tam præceptorium Neapolis, quam Sarnensem prioratum, prævia hujus a monasterio sancti Antonii de urbe segragatione, una cum illorum ecclesiis, et monasteriis, ac omnibus, et singulis ædificiis, sacris suppellectilibus, ac mobilibus etiam pretiosis, si quæ sint, nec non bonis stabilibus, redditibus, fructibus, et proventibus, juribus, ac obventionibus quibuscumque, prout præceptoriæ commendatarii apostolica auctoritate deputati, et monasterium sancti Antonii de urbe illis hactenus gavisi sunt, juxta ipsius Ferdinandi regis vota, absque præstatione aliqua jurium præsentis causa unionis apostolicæ Sedi debitorum, ordini Constantiniano etiam pari auctoritate perpetuo itidem unimus, annectimus, et incorporamus, ita quod ejusdem Constantiniani ordinis nomine vera, realis, et corporalis possessio illius præceptoriæ, et prioratus hujusmodi, eorumque bonorum, et proventuum quemadmodum ambobus militaribus ordinibus concessum fuit, prout infra, nancisci queat, adimpletis tamen his oneribus, quæ commendatarii, et monasterium urbis subibant, eo excepto alendi ordinis professores, qui naturales dicti Ferdinandi regis subditi omnino desunt.

Similes pro monasteriis in ditione pontificia extantibus.

§. 34. Demum trium monasteriorum ejusdem ordinis sancti Antonii in ditionibus Nostris, unius videlicet Romæ, et alterius Avenione, ac postremi in loco de Valreas existentium dispositionem, quæ magis congrua erit propediem faciendam Nobis specialiter, et expresse reservantes, interim illa, eorumque regimen, et administrationem, bonaque omnia Sedis apostolicæ nomine Nos ipsi recipimus, et pro Nobis provide, ac opportune regi, et gubernari curabimus.

Clausulæ præservativæ, et salutares.

§. 35. Ipsas autem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ etiam ex eo, quod causæ, propter quas præmissa emanarunt, sufficienter adductæ, et verificatæ, vel quicumque circa præmissa interesse quomodolibet habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, aut ex alia quantumvis substantiali, et de necessitate exprimenda causa resultante defectu notari, impugnari, limitari, modificari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus eas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus unquam posse, sed semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et e converso ab illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum etiam inviolabiliter observari debere, neque illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum generalibus revocationibus, limitationibus, suspensionibus, aliisque contrariis dispositionibus pro tempore factis, vel faciendis nunquam comprehendi, sed semper ab illis excipi, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 36. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Monitum ad episcopos, archiepiscopos, aliosque ecclesiastica jurisdictione pollentes.

§. 37. Quocirca venerabilibus fratribus Nostris archiepiscopis, et episcopis, nec non dilectis filiis abbatibus jurisdictione quasi episcopali pollentibus, in quorum diœcesibus, oc respective territoriis monasteria, ecclesiæ, ac bona quæcumque ordinis sancti Antonii, ut præfertur, uniti sita sunt, per apostolica scripta injungimus, et præcipimus, ut ipsi tamquam a Nobis, et apostolica Sede specialiter delegati easdem præsentes solemniter publicantes, Hierosolymitanum, nec non sanctorum Mauritii, et Lazari, itidemque Constantinianum enunciatos ordines, ac pro eis legitimos eorum procuratores in veram, realem, et actualem possessionem monasteriorum, ecclesiarum, et bonorum quorumcumque ordinis sancti Antonii, ut præfertur, consistentium juxta præsentium literarum Nostrarum seriem immittant, eisque in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate Nostra easdem præsentes, et in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos spectat, inviolabiliter observari; contradictores quoslibet cujuscumque status, ordinis, vel præeminentiæ fuerint per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, et pœnas ipsas etiam iterate aggravando, invocatoque pariter ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio.

Fides habenda, transumptis.

§. 38. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de unionibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et de exprimendo valore bonorum acclesiasticorum tam uniendorum, quam illius, cui uniri petitur, et quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilij postremo celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque tam in synodalibus, quam in provincialibus, universalibus, generalibusque conciliis editis genaralibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis sancti Antonii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem ordini sancti Antonii, ejusque superioribus, at personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in spacie etiam forsan in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti darogatione de illis, eorumque totis tanoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut etiam aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent aisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum tantum latissime, et plenissima, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide, hac vice dumtaxat præsentium Nostrarum literarum serie derogamus contrariis quibuscumque.

Derogatio contrariorum.

§. 39. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis characterc alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 40. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ absolutionis, approbationis, confirmationis, unionis, annexionis, incorporationis, subjectionis, concessionis, statuti, præcepti, mandati, suppressionis, extinctionis, reductionis, immutationis, exemptionis, liberationis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, sextodecimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno secundo.

[illegible] CXIX.

Dat. die 6 januarii 1777. Anno II.

Facultas episcopo Claromontensi supprimendi monasterium Cœlestinorum in sua diœcesi existens.

Venerabili episcopo Claromontensi

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Memorantur literæ Clementis XIV. quibus data est facultas episcopis regni Galliarum visitandi domos monachorum Cœlestinorum et consulendi ut regularis disciplina reintegraretur

§. 1. Alias cum pro parte claræ memoriæ Ludovici XV, dum vixit Francorum regis christianissimi felicis recordationis Clementi pp. XIV prædecessori Nostro delatum fuisset, in domibus monachorum Cœlestinorum existentibus in regno Galliarum regularem disciplinam ita esse collapsam, ut nihil ex iis ornamenti, et utilitatis, plurimum vero detrimenti, offensionis, et scandali in christianum populum redundaret, omnemque reformationis spem sublatam fuisse, pro pastoralis officii debito, piissimis ejusdem Ludovici votis annuendo, facultatem venerabilibus fratribus archiepiscopis, et episcopis regni Galliarum concessit ad annum duraturam, ut tamquam ejus, et apostolicæ Sedis delegati domus monachorum Cœlestinorum in suis respective diœcesibus existentes visitarent, ac sedulo inquirerent, si qui pravi usus, damnandæque consuetudines irrepsissent, et opportuna remedia adhiberent; quod si vacuum prorsus, et irritum compertum fuisset quodcumque instaurandæ regularis disciplinæ studium, et conatum, modum excogitarent, ac viam proponerent, qua eidem Clementi prædecessori communicata, illud de prædictis monasteriis, vel omnibus, vel aliquibus, deque ejusdem ordinis personis decerni posset, quod divino cultui, Christifidelium bono, ac eorumdem monachorum conscientiæ, et tranquillitati magis profuturum videretur, ac alias prout in ipsius Clementis prædecessoris desuper in simili forma Brevis die prima martii 1773 expeditis literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Cura hujusmodi in irritum cesserunt in diœces. Claromontensi, et ideo monasterium in ea existens supprimitur.

§. 2. Nuper autem Nobis exposuisti, quod earumdem literarum vigore ea, qua par erat, diligentia visitatio peracta fuit monasterii de Vichy vulgo nuncupati ejusdem ordinis in ista Claromontensi diœcesi existentis, et quamvis omne studium, omnemque curam adhibuisses, ut quatuor monachos totam ejus familiam constituentes, et juxta præscripta in capitulo generali ejusdem ordinis in dicti monasterii filios declaratos ad regularis disciplinæ observantiam revocares, omnia tamen in irritum cesserunt, quippe quia ipsi monachi monitis, consiliisque hujusmodi dicti potius monasterii suppressionem præferendam esse duxerunt. Serio itaque perpensis omnibus in visitatione hujusmodi tam laudabiliter, ac prudenter gestis, consideratisque universis rerum, et personarum circumstantiis, cum spes omnis deficiat penitus restituendi in eodem monasterio regularem vivendi rationem; hinc est, quod Non fraternitati tuæ facultatem, atque potestatem monasterium prædictum monachorum Cœlestinorum de Vichy nuncupatum diœcesis Claromontensis supprimendi, ac omnem regularem ejus qualitatem perpetuo in eo extinguendi, auctoritate apostolica tenore præsentium tribuimus, et impertimur.

Monasterii bona in alios pios usus erogantur.

§. 3. Tibique, ut bona omnia tam stabilia, quam mobilia, semoventia, jura, et actiones ad monasterium hujusmodi quomodolibet spectantia, et pertinentia cujusvis generis, et speciei existant, in alios, pios tamen, usus assignare, et applicare libere, et licite possis, et valeas auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Quod vero attinet ad personas quatuor monachorum integram familiam ejusdem monasterii constituentium, ut ipsis facultatem permanendi, quoad vixerint, extra claustra sui ordinis in habitu presbyterorum sæcularium, et sub obedientia diœcesani loci, in quo morari contigerit, tribuere possis, et valeas, pari auctoritate, et tenore impertimur. Volumus autem, quod ex fructibus, redditibus, et proventibus ejusdem monasterii, tam illins priori quam cæteris monachis predictis ea annua assignetur portio, quoad vixerint duratura, quæ tuo arbitrio, et prudentia sufficiens, atque congrua judicabitur.

Consulitur personis monachorum, eorumque alimoniis.

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffra-

gari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales de latere legatos, et apostolicæ Sedis nuntios judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, et ordinis ac monasterii hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die octava januarii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno secundo.



CXX.

Dat. die 13 januarii 1777. Anno II.

Erectio conservatorii, seu reclusorii pro otiosis in civitate Fulginatensi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Paternum studium, quo civitatem Nostram Fulginatensem, ejusque diœcesim, et incolas universos, pro imposito Nobis desuper supremi principis officio, prosequimur, merito postulat, atque exigit, ut in iis, quæ communem eorum utilitatem, quietem, et tranquillitatem respiciunt, apostolicæ auctoritatis Nostræ partes desiderari minime patiamur.

Memorantur incomoda, quæ manant ab otio, et socordia eorum qui vagam agentes vitam, eleemosynas colligunt absque necessitate.

§. 2. Cum itaque sicut nuper accepimus, in civitate prædicta admodum excreverit numerus eorum, qui licet, vel adolescentes sint, vel in florenti ætate constituti reperiantur, nihilominus propriis eorum laboribus victum sibi quærere negligunt, vagamque otio, ac socordia plenam omnino vitam ducunt, et infestantes agros omnes, ac fructus villicis surripiendo, civibus quoque assiduis eorum quærimoniis, importunisque petitionibus molestissimi evadunt, aliaque insuper ex hac vivendi ratione absurda, et inconvenientia obveniunt, non sine publicæ tranquillitatis offensione. Præmissis omnibus etiam accedit maximum damnum, quod hinc infertur tam agrorum culturæ, quam aliarum artium operibus: quandoquidem pro hisce omnibus exercendis, peragendisque, paulatim deficiunt ii, qui suos labores in id impendere velint, ac quamplurimi juvenes benevolentes, ac dubio procul ad ea apti, et idonei, dum vivendi modum ex largitionibus, et eleemosynis, quæ a piis locis distribuuntur, sibi comparare student, vagam, et otiosam vivendi rationem amplectuntur, suosque labores in opera eis, sive a villicis, sive a mercatoribus proposita conferre omnino recusant.

Monasterium ss. Trinitatis nuncupatum erigitur in locu in quo sunt claudendi, et custodiandi otiose viventes

§. 3. His itaque malis opportunum remedium adhibere, et quorumcumque otiose vivere eligentium dissidiæ occurrere, ac quieti, tranquillitati, et salubriori ejusdem civitatis regimini paterna charitate providere cupientes, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, in eadem civitate Fulginatensi monasterium sanctissimæ Trinitatis nuncupatum, et

ab illius monialibus derelictum, pro conservatorio, hospitio, seu loco, in quo adolescentes, aliique otiose viventes, at vagantes hujusmodi claudendi, et custodiendi sint, ed hoc ut in earum artium exercitationibus, quæ juxta cujusque idoneitatem magis aptæ, atque congruentes comperiantur, suasque operas impendant, perpetuo assignamus, constituimus, et deputamus, et pro ejusdem conservatorii, hospitii, seu loci, sic a Nobis assignati, constituti, et deputeti felici, ac prospero ragimine, et gubernio, leges in sequentibus capitulis contentas præscribimus, atque statuimus, simulque pro illius conservatione, ac perpetua manutentione fructus, redditus, aliaque in eisdem capitulis contenta, et expressa perpetuo pariter eidem conservatorio unimus, annectimus, et applicamus juxta dispositam, ac ordinata in eisdem capitulis, quorum tenor est, qui sequitur videlicet.

De protectore conservatorii.

§. 4. 1.° Cha monsignor tesorier generale di Roma debba essere il protettore immediato di questo nuovo stabilimento, come incaricato specialmante da Nostro Signore ad invigilare, che l'esecuzione ne sia diretta e quello scopo di vero ben pubblico, a cui tendono le sue paterne mire.

Sodalitium s. Martini praponitur administrationi, et gubernio reclusorii.

§. 5. 2.° Che la compagnie di san Martino di Fuligno, il cui istituto è di sollevera i poveri, debbe assumere la soprintendenza di tutti gli affari di questo nuovo reclusorio, e debba con previa approvazione del predetto monsignor tesoriere generale eleggere un rettore zelante, e capace per confidargli le direzione economica di detto luogo pio.

De congregatione constituende, et de negociis pertractandis.

§. 6. 3.° Che i dodici cavalieri confratri di detta compagnia di san Martino il dì 31 dicembre d'ogni anno debbanò adunarsi, ed aleggere fra di loro tre deputati, i quali insieme col priore di detta compagnia, e col predetto rettore dcl reclusorio formino una specia di congregazione, o consulta, da cui debbano risolversi, e decidersi tutti gli affari di detto luogo pio, senza altra dipendenza, che dal predetto monsignor tesorier generale di Roma.

De praesule, et munere ejus

§. 7. 4.° Che il capo, e presidente di detta deputazione debba essere il priore pro tempora della prenominata compagnia di san Martino, e che il rattore del reclusorio sia obbligato ad eseguira tutti quai regolamenti, e provvedimenti, che saranno fissati dalla detta deputazione.

De jurisdictione episcopi.

§. 8. 5.° Che in quanto al morale, e tutto ciò, che riguarda lo spirituale di detto luogo pio, debba appartenere la cura al vescovo diocesano, in conformità della disposizione del sagrosanto concilio di Trento ai cap. 8. 9. della sess. 22. de reformat.

De modo procedendi in pertractandis negociis ad piam locum pertinentibus.

§. 9. 6.° Che nei casi di differenza di sentimento fra i componenti la detta deputazione, dabba eseguirsi quello, che evrà la pluralità de'voti; ma qualora si tratti di risoluzioni di molta importanza, e che due componenti della deputazione siano contrarj alla risoluzione, che gli altri tre vogliono prendere, in tal caso il priore debba fare adunere tutto il corpo della compagnia, per farla passare a partito, e che in tal caso la proposizione non debba intendersi approvata per l'esecuzione, se non quando sarà vinta con due terzi di voti favorevoli.

De onere potestatis laicæ praebendi auxilium pro exequendis carcerationibus otiosorum, et effrænium.

§. 10. 7.° Che il tribunale di Fuligno debba dare man forte alla prenominata deputazione per far catturare quei poveri oziosi, vagabondi, e discoli, che la medesima deputazione, dopo aver prese le opportune informazioni, crederà di dover far rinserrare in detto reclusorio.

De onere reclusorii recipiendi condemnatos, et filios, a parentibus exhibitos.

§. 11. 8.° Che il reclusorio sia obbligato a riccvere quei discoli, chè saranno condannati dal tribunale per doverv i essere rinchiusi, come encora quei ragazzi di cattiva vita, che dai loro parenti vorranno castigarsi per giusti motivi, dei quai la deputazione dovrà riscontrare la verità, e sussistenza con un diligente esame, ed inquisizione per prevenire, ed impedire, che eloun ragazzo sia rinchiuso per secondo fine d'odio, o d'interesse.

De mercede a parentibus solvenda.

§. 12. 9.° Che i parenti di tali ragazzi discoli, che vi si rinchiuderanno, siano tenuti a pagare al reclusorio un mezzo pavolo il giorno per ogni discolo per tutto il tempo, che vi si terrà, come si pratica a san Michele di Roma, e che per parenti di tali discoli s'intendano il padre, e madre, ed in mencanze di esso i fratelli, e cugini fino al terzo grado inclusivemente, affinchè ognuno abbia qualche stimolo d'invigilare alla buona condotte dei suoi consanguinei.

De relaxatione resipiscentium, aliorumque condemnatorum.

§. 13. 10.° Che sia in arbitrio delle deputazione il rilesciare in libertà quei forzati condennati dal tribunale, che avranno finito il tempo della loro condanna, e gli altri, che evranno dato saggio, e sicuri indizj del loro penti-

mento, e sincera emendazione, dovendo esser cura della deputazione di non lasciare uscire alcun discolo, se prima i di lui parenti più prossimi non si saranno obbligati a rispondere della sua buona condotta in avvenire, o se prima la medesima deputazione non abbia trovato il modo d'impiegarlo utilmente, e di assicurarsi in qualche modo della sua miglior condotta.

De operibus injungendis otiosis in recta serie retentis.

§. 14. 11.° Che la deputazione, e rettore di detto reclusorio debbano adoperare ogni mezzo per procurare, che detti forzati, per quanto è possibile, guadagnino col loro lavoro tanto da poter supplire alla spesa dal loro scarso vitto, e vestito, al qual effetto detta compagnia di san Martino il dì 31. dicembre di ogni anno debba eleggere due dei più onesti, ed intelligenti mercanti di Foligno, i quali debbano aver luogo, e voto nelle adunanze della deputazione come consiglieri sopracchiamati, allorchè si tratterà di regolare, e fissare i lavori più utili, e vantaggiosi al reclusorio, e alla città, e che detti mercanti debbano assistere, ed ajutare il rettore pro tempore non tanto per la buona direzione delle respettive lavorazioni, quanto ancora per lo spaccio pronto, e più vantaggioso delle robbe lavorate nel reclusorio, fra le quali dovranno prescegliersi, e farsi eseguire con maggiore impegno quelle di lana, lino, canapa, e di altri prodotti di generi primi, che nascono nello stato Pontificio, e che possono servire al consumo, ad uso del basso popolo.

De annuali statu activo, et passivo reclusorii efformando.

§. 15. 12.° Che in fine dell'anno il rettore dal reclusorio debba presentare alla deputazione un ristretto dimostrativo delle spese fatte, e delle robbe lavorate nel reclusorio, per poterne rilevare il vero stato attivo, e passivo del luogo pio, e trovando la deputazione, che l'amministrazione cammini a dovere, debba in tal caso accordarne il saldo al rettore, dopo averne fatto rivedere i conti da qualche onesto computista.

De redditione rationis quolibet anno exhibenda.

§. 16. 13.° Che la medesima deputazione in fine di ogni anno debba trasmettere a monsignor tesorier generale di Roma una esatta dimostrazione dello stato di detto reclusorio, con rendergli conto degli inconvenienti accaduti, e degli ostacoli, che s'incontrano, affinchè possa renderne conto alla santità di Nostro Signore, ed implorare dalla sua clemenza quei provvedimenti, che dipendono dalla sua autorità sovrana.

Moniales ss. Trinitatis dimittentes monasterium correspectivam obtinent debiti remissionem.

§. 14. 14.° Vuole Nostro Signore, che questo nuovo reclusorio si apra, e si stabilisca nel monastero abbandonato dalle monache della santissima Trinità, e che questa fabbrica abbandonata insieme col suo orto, e casetta circondata di muro appartenga in proprietà in avvenire al medesimo reclusorio, ad in corrispettività della adesione gratuita, che dovranno fare le prenominate monache di detta fabbrica, la Santità sua si degna di assolverle dall'obbligo, che hanno di reintegrare l'erario del loro monastero del debito di circa scudi duemila fatto per la nuova fabbrica della chiesa.

Constituitur expensis necessariis pro manutentione reclusorii.

§. 18. 15.° Comanda inoltre la Beatitudine sua, che per stabilire, e mantenere questo nuovo reclusorio gli si assegnino le seguenti annue entrate, cioè

Eidem assignentur scuta centum numeranda a sodalitio s. Martini.

§. 19. 16.° Che il sopravanzo annuo, che suole avere ogni anno la compagnia di san Martino di scudi cento in circa, e che sino al presente è stata solita di far distribuire in elemosine, debba pagarsi liberamente, e senza alcuna riserva in fine di ogni anno alla cassa del nuovo reclusorio.

Item dotes quatuor distribui solitæ a dicta confraternitate.

§. 20. 17.° Che delle quattro doti di scudi settanta l'una, che è solita la suddetta compagnia di san Martino di far distribuire ogni anno, si debbano distribuire in avvenire sole tre, e una in somma di scudi settanta debba pagarsi liberamente ogni anno alla cassa di detto reclusorio.

Aliae æque dotes quinque ex legato Angeletti.

§. 21. 18.° Che parimente delle cinque doti, che distribuisce ogni anno la Madonna degli Orti di Roma per legato del fu Angeletti, che ne lasciò la nomina ad Angelo Becchetti, debbano in avvenire distribuirsene sole tre, e che le due altre in somma di scudi trentatre, e bajocchi sessanta fra ambedue, debbano pagarsi alla cassa del medesimo reclusorio.

Nec non redditum legati pii Barnabò.

§. 22. 19.° Che l'entrata annua, che ha la compagnia di s. Martino per legato del quondam Matteo Barnabò in somma di scudi ottanta in circa, per farne cumulo a fine di dotare una zitella nobile, che voglia monacarsi nel monastero delle Cappuccine, dette di santa Lucia, si eroghi in avvenire per la somma di scudi cinquanta da pagarsi alla cassa del reclusorio, e per il rimanente per elemosina a dette povere Cappuccine.

Itemque scuta mille quingentum de proprietate montis Pietatis.

§. 23. 20.° Che li scudi mille cinquecento, che il sagro monte della Pietà di Foligno ha imprestati alla fabbrica della cattedrale, non meno, che li scudi

tremila cinquecento, che il medesimo monte ha imprestati alla borsa comunitativa, debbano essere in avvenire di piena proprietà del nuovo reclusorio, il quale dovrà ritirarne ogni anno i frutti correnti in somma di scudi cento, ed a suo tempo dovrà incassare ancora i capitali, quando questi saranno restituiti dai respettivi due debitori per impiegarli a un frutto più vantaggioso a favor del medesimo reclusorio.

Item scuta centum octuaginta ex legato pio Turchi.

§. 24. 21.° Che del legato del fu prior Turchi di annui scudi cento ottanta, i quali attualmente si erogano per scudi quaranta in pane ai poveri, per scudi quindici in elemosina al conservatorio delle Convertite, per scudi quindici al conservatorio delle Orfane, per scudi 15. in elemosine ad arbitrio del vescovo, e per scudi novantacinque nella fabbrica del duomo, si continuino a pagare li soliti scudi trenta ai due conservatorj delle Convertite, e delle Orfane, e si paghino alla cassa del nuovo reclusorio senza dilazione gli annui scudi cinquantacinque fin qui erogati nel pane de' poveri, e nello elemosine ad arbitrio del vescovo, e quando sarà terminata la fabbrica del duomo, si paghino parimenti alla cassa del medesimo reclusorio ancora gli altri scudi novantacinque annui, che attualmente si erogano in detta fabbrica del duomo.

Item scuta viginti quolibet anno elargienda pauperes ab hospitali s. Joannis.

§. 25. 22.° Che li scudi venti annui, che l'ospedale di s. Giovanni degl'infermi distribuisce ogni anno in tanto pane ai poveri, si paghino in avvenire libaramente alla predetta cassa del nuovo reclusorio.

Item scuta quinquaginta a sodalitio duodecim presbyterorum numeranda.

§. 26. 23.° Che la compagnia dei dodici preti di Foligno, che ha un annuo assegnamento di scudi duecanto dodici in circa col solo obbligo di cantare due messe al mese, debba pagare ogni anno alla cassa del nuovo reclusorio, a titolo di pensione, scudi cinquanta, e ciò sino a tanto, che sarà riconosciuto da monsignor tesoriere generale, che il medesimo reclusorio possa aver di bisogno di detta pensione.

Item redditus congregationis suppressae, et nuncupatae « delle Pieghe ».

§. 27. 24.° Che resti soppressa la compagnia de' dodici preti detta delle Pieghe, e che la sua entrata annua, ascendente a circa scudi sessanta, appartenga in avvenire in piena proprietà al nuovo reclusorio, a cui incomberà il soddisfare agli obblighi, o legati pii, che vi si trovano imposti.

Item scuta mille ex legato Morselli.

§. 28. 25. Che delli scudi duemila lasciati per legato di Carl' Antonio Morselli alla chiesa di s. Maria infra Portus per erogarsene scudi mille nell'erezione di un canonicato, o benefizio in detta chiesa, e scudi mille in distribuzione di elemosine ai canonici di detta chiesa coll' obbligo di una messa ogni domenica, questi ultimi mille scudi destinati per elemosine, si assegnino al nuovo reclusorio per doverli consegnare dopo la morte di Francesca Morselli moglie del testatore, coll' obbligo a detto reclusorio di far celebrare la messa ogni domenica nel reclusorio medesimo a mente del testatore.

Domum medicamenta suppeditanda a sodalitio s. Martini.

§. 29. 26.° Che la compagnia di san Martino, che ha per istituto l'obbligo di dare tutti i medicinali ai poveri infermi della città di Foligno, debba parimenti somministrare, a tenore del medesimo suo istituto, gli occorrenti medicinali ai poveri infermi del nuovo reclusorio.

Supprimitur quaelibet eleemosynarum collectio, quae pro reclusorio facta non sit.

§. 30. 27.° Comanda finalmente nostro Signore, che siano proibite onninamente nella diocesi di Foligno tutte le questue, alla riserva di quelle del nuovo reclusorio, del conservatorio dello Orfane, del conservatorio delle Convertite, del monastero delle Cappuccine, e dei conventi de' Cappuccini, de' minori Osservanti, e Conventuali, e di quelle, che sono solite farsi dalle confraternite nell' ottavario de' morti in suffragio delle anime del purgatorio.

Monitum ad superiores reclusorii.

§. 31. Confida la Santità sua nel zelo, e nella pietà dei soggetti incaricati dell' esecuzione del presente piano, che essi vorranno darsi tutta la maggior premura per la felice riuscita di un così salutare, e necessario stabilimento, accordando la facoltà alla predetta deputazione di umiliare alla Beatitudine sua per il canale del prenominato monsignor tesorier generale quelle ulteriori proposizioni, e provvedimenti, che crederanno opportuni per fare il maggior bene, e particolarmente per fissare stabilmente un savio regolamento, che tenda a sollevare i veri poveri, e a mettere in attività le braccia oziose, e disoccupate per fare prosperare maggiormente l'agricoltura, le arti, e manifatture.

Motus-proprius superobservantia constitutionum editarum pro guberno conservatorii, et hospitii.

§. 32. Praeinsertas igitur leges, et ordinationes a Nobis pro recto, et felici guberno, ac prospera directione conservatorii, hospitii, seu loci hujusmodi praescriptas, et constitutas, nec non fructuum, reddituum, ac bonorum unionem, et applicationes pro illius conservatione, et manutentione per praesentes volitas, et ordinatas, aliaque in eisdem capitulis contenta, et expressa ab omnibus, et quibuscumque cujusvis status, gradus, et conditionis, ac dignitatis exi-

stant, semper, ac perpetuo observandas, et exequendas esse motu, scientia, ac potestatis plenitudine paribus statuimus, et mandamus.

Clausula sublatæ.

§. 32. Decernentes easdem præsentes literas, et omnia in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod quicumque in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes iisdem præmissis non consenserint, nec ab ea vocati, aut auditi fuerint, seu ex alia quavis causa, colore, ac praetextu ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis vitio, aliove quolibet etiam magno, et substantiali defectu notari, impugnari, et in controversiam revocari, nullatenus posse, sed semper, et perpetuo validas, firmas, et efficaces existere, ac fore; suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere.

Decretum irritans.

§. 33. Sicque, et non aliter per quoscumqua judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditoras judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super bis a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 34. Non obstantibus præmissis, ac quorumcumque testatorum, fundatorum, et piorum legatorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad præmissa sufficienter, et expresse commutamus, at quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, nec non Lateranensis concilii novissime celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam jurameoto, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque afficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogane de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habeoda, aut quæcumque alia exquisita forma ad hoc servaoda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso exprimerentur, et insererentur, iisdem præsentibus pro plene, ac sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris, die decima tertia jaonarii millesimo septingentesimo septuagesimo sexto, pontificatus Nostri anno secundo.



PIUS VI.

ANNO TERTIO



Dat. die 26 februarii 1777. Anno III.

CXXI.

Indultum pro rege Christianissimo nominandi ad canonicatus quatuor collegiatarum in Belgio existentium.

Pius episcopus

servus servorum Dei.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Cum præcipue sibi curæ id fere semper esse duxerit Romanus pontifex, ut in summa sua potestate propria quidem jura sarta tectaque servaret, simulque gratias, et favores, qua par esset prudentia, et liberalitate impertiret; ideo Nos quamvis immerentes ad beati Petri cathedram evecti prædecessorum Nostrorum inhærentes vestigiis, supremis principibus de catholica religione, Ecclesiæque juribus tuendis benemerentibus ita lubenter morem gerere solemus, ut ad eos novis ornandos privilegiis juxta Nobis oblatas opportunitates nihil omittamus.

Præpositi quatuor collegiatarum sibi jus asserebant nominandi canonicos, quod sustulit Galliarum rex.

§. 2. Alias ad Nos delatum fuit, quod cum præpositi quatuor collegiatarum ecclesiarum in Belgio existentium, nimirum de Lille, de Seclin, de Cassel, et de Douais prærogativa juris conferendi earum ecclesiarum canonicatus se se unice gaudere præsumpserint, quibusvis exclusis reservationibus, et assiduis propterea, gravibusque ii, quibus apostolica Sedes illarum ecclesiarum canonicatus in octo anni mensibus sibi reservatis contulerat, obnoxii fuerint oppositionibus, quæ literarum apostolicarum executioni moram intulere, hisce malis, et ecclesiasticarum personarum solicitudinibus, et incommodis jam cl. mem. Ludovicus, tunc in humanis agens Galliarum rex christianissimus regiam suam adhibens auctoritatem, ut jus a præpositis sibi ipsis attributum compesceretur, vi specialis decreti sui consilii statu die xxv. martii anni Domini MDCCLXXIV. editi interdixit, ne redditus canonicatuum, et præbendarum, de quorum acquisitione contendebatur iis, qui collationes a præpositis reportaverant, concederentur, ac subinde carissimus in Christo filius Noster itidem Ludovicus Galliarum modernus rex christianissimus per simile decretum sub die xiv. septembris proxime evoluti, agnito exploratissimo jure apostolicæ Sedis canonicatus eosdem in octo anni mensibus vacantes conferendi, instantiam præpositorum eorumdem omnino rejecit.

Jus nominandi reservatum fuit favore sanctæ sedis pro octo mensibus, pro reliquis quatuor regi Galliarum tributum.

§. 3. Cumque Nobis nuper nomine ejusdem Ludovici regis a venerabili fratre Nostro Francisco Joachimo episcopo Albanensi Sanctæ RomanæEcclesiæ cardinale de Pierre de Bernis nuncupato enixae oblatæ fuerint preces, ut ipsum Ludovicum regem jure ad canonicatus eosdem in quatuor ex octo mensibus reservatis vacantes apostolicæ Sedi nominandi, ut infra, donaremus. Nos perpendentes eumdem Ludovicum regem avitarum regiarum virtutum æmulatorem eximium, filialem erga Nos, et apostolicam Sedem reverentiam profiteri, ut ipse in iis quoque regionibus habeat unde ecclesiasticis, benemeritisque personis se munificum exhibeat, quam lubenter paterno, quo eum colimus amore ipsius votis obsecundare studentes, firmo remanente jure Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti competente, canonicatus, et præbendas earumdem quatuor collegiatarum ecclesiarum in octo anni mensibus, nimirum januarii, februarii, aprilis, maii, julii, augusti, octobris, et novembris ex personis illos obtinentium pro tempore vacantes conferendi eidem Ludovico regi, et successoribus suis Galliarum regibus christianissimis jus Nobis, et pro tempore existenti Romano pontifici successoribus Nostris nominandi, et præsentandi personas ecclesiasticas probatæ famæ, et nominis, ac secundum sacros canones, et concilii Tridentini decreta idoneas ad earum-

dem quatuor collegiatarum ecclesiarum canonicatus, et præbendas, qui in mensibus februarii, maii, augusti, et novembris ex personis illos obtinentibus vacaverint, ita ut ab eodem Ludovico rege, ejusque successoribus pro tempore nominati apostolicas literas super præsentatione hujusmodi reportare, et expedire teneantur, quarum vigore in possessionem, et non alias immitti queant, quod quidem initium suum minime sumet, nisi postquam ii, qui ab apostolica Sede de hujusmodi canonicatibus antea fuere provisi similium canonicatuum, et præbendarum pacificam possessionem fuerint assecuti tenore præsentium perpetuis futuris temporibus specialiter, et expresse concedimus, assignamus, et impertimur, quemadmodum canonicatuum eorumdem in aliis quatuor, idest januarii, aprilis, julii, et octobris anni mensibus pro tempore vacaturorum liberam collationem, et dispositionem Nobis, et successoribus Nostris reservatam declaramus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes præsentes Nostras literas, et in eis contenta semper firmas, validas, et efficaces esse, ac fore; ita quoque jus nominandi, et præsentandi ad canonicatus, et præbendas dictarum quatuor collegiatarum ecclesiarum in quatuor enunciatis mensibus, ut præfertur, vacaturos, eidem Ludovico regi, ejusque successoribus competere debere, neo eidem juri nominandi, et præsentandi derogari posse, aut sub quacumque generali, vel speciali derogatione comprehendi, ipsas quoque literas subreptionis, vel obreptionis, aut cujvis alii defectui minime obnoxias esse, vel fore; sicque, et non alias per quoscumque judices quavis auctoritate fungentes, sublata eis quavis aliter judicandi facultate, judicari, et definiri debere; ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus quibusvis apostolicis, et in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et cancellariæ apostolicæ regulis, nec non earumdem quatuor collegiatarum ecclesiarum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eisdem collegiatis ecclesiis, earumque capitulis, et personis quomodolibet concessis: quibus omnibus, et singulis eorum tenores pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præsentium effectum dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 6. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ concessionis, assignationis, impertitionis, reservationis, declarationis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, sexto kalendas martii, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXII.

Dat. die 26. februarii 1777. Anno III.

Confirmatio statuti æditi a capitulo, et canonicis ecclesiæ cathedralis Legionensis, quo cavetur, ut in posterum matutinum, et laudes decantandæ sint hora quarta, et respective quinta post meridiem.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Ex statuto ecclesiæ matutinum, et laudes decantandæ erant media nocte, sed Paulus III eas recitari permisit in occasu solis.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii capitulum, et canonici cathedralis ecclesiæ Legionensis in regnis Hispaniarum, quod cum juxta antiquum morem matutinum, et laudes in cathedrali ecclesia prædicta hora duodecima noctis, seu media nocte decantari, sive recitari assuetum esset: mos, seu consuetudo hujusmodi anno 1536. cum assensu tunc existentis episcopi, atque confirmatione, et approbatione recolendæ memoriæ Pauli papæ III. prædecessoris Nostri rationabilibus ex causis moderationem obtinuit, simulque statutum fuit, ut in posterum matutinum, et laudes decantandæ, seu recitandæ essent in occasu solis quemadmodum usque ad integrum mensem septembris superioris anni reipsa dicti exponentes peregerunt.

Perdurantibus inordinationibus nova statuta fuerunt constituta, ut recitatio, et decantatio prædicta.

§. 2. Quamvis itaque hac attenta reformatione, et mutatione plures sublatæ fuissent inordinationes, quæ antea evenire solebant, nihilominus experientia deinceps compertum fuit,

Seri possit hora quarta post meridiem a mense octobr. usque ad Kalendas junii et hora quinta in reliquis mensibus.

quod hora, ut præmittitur, statuta, nempe occasus solis hyberno præsertim tempore propter nives, pluvias, et locum nimis rigidum dictæ cathedralis ecclesiæ, ac magnam illius distantiam a domibus canonicorum, non solum secum ferebat incommoditatem eorum, verum etiam periculosa reddebatur ob furta persæpe secuta, tenebris foventibus, tam in damnum canonicorum, quam in præjudicium ecclesiæ, cujus januæ usque ad finem recitationis horarum canonicarum hujusmodi apertæ detinebantur; quocirca exponentes prædicti congruum nimis, atque conveniens putarunt nunc constituere, ut futuris temporibus matutinum, et laudes decantandæ, seu recitandæ minime sint in occasu solis, sed in hora quarta post meridiem a mense octobris usque ad kalendas junii inclusive, et in reliquis quatuor mensibus in quinta hora itidem post meridiem, idque non solum ad hoc, ut procul absint inconvenientia, quæ propter nocturnum tempus, ut præmittitur, eveniebant, et ne sublatum, imo concessum videretur congruum temporis spatium post matutinum, et laudes decantatas, quo capitulares omnes levamen aliquod deambulando in propriæ valetudinis commodum, attenta etiam loci qualitate id exigente, possent obtinere.

Episcopus statutum laudavit

§. 3. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, novum hoc statutum, quo præcedens moderatur, seu declaratur; ipsi exponentes venerabili fratri episcopo Legionensi præsentare curaverint, illiusque approbationem ab eo petierint, at idem episcopus, re bene perpensa, statutum prædictum utile, honestum, et necessarium agnoverit, illudque decreto ædito die secunda octobris superioris anni sua ordinaria auctoritate approbaverit, ea adjecta conditione, ut quam primum a Nobis, et ab hac sancta Sede ejus confirmatio petenda esset; hinc dicti exponentes statutum hujusmodi per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Illud auctoritate apostolica confirmatur.

§. 4. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, prædictum statutum super præscriptione horæ, qua in posterum matutinum, et laudes in cathedrali ecclesia Legionensi decantandæ, seu recitandæ sint ab eisdem capitulo, et canonicis, ut præfertur, conditum, et ab eodem episcopo Legionensi suo decreto ædito die xiv. novembris ut præmittitur approbatum, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, atque in posterum statutum hujusmodi servandum, et exequendum esse auctoritate, et tenore prædictis volumus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia planissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, atque ecclesiæ, et capituli hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima sexta februarii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXIII.

Dat. die 28 februarii 1777. Anno III.

Facultas monialibus monasterii sancti Joannis Baptistæ ordinis Sancti Benedicti Sublaci Nullius dioecesis exeundi a dicto monasterio semel in anno.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum porrectarum pontifici Clementi XIV pro facultate exeundi e monasterio ad effectum visitandi ecclesiam sacriSpecus.

§. 1 Nuper pro parte dilectarum in Christo filiarum modernarum abbatissae, et monialium monasterii sancti Joannis Baptistæ ordinis Sancti Benedicti terræ Sublaci Nullius dioecesis in districtu urbis expositum Nobis fuit, quod ipsæ alias supplices porrexerunt preces felicis recordationis Clementi pp. XIV. prædecessori Nostro humiliter postulando facultatem semel in anno exeundi ab earum monasterio, ac recto tramite, comitatu ipsarum abbatis ordinarii, nec non confessarii, adeundi ecclesiam sacriSpecus nuncupatam per milliare circiter dissitam, ut inibi sacra communione refectæ consequi promerarantur thesaurum indulgentiæ plenariæ omnibus ecclesiam prædictam visitantibus concessum; idem vero Clemens prædecessor hujusmodi precibus inclinatus die xix. julii 1771 sequens edidit rescriptum.

Tenor rescripti indulgentis facultatem ordinario juxta preces, et ad triennium.

§. 2 Sanctissimus, attentis expositis, remisit instantiam arbitrio ordinarii cum facultatibus necessariis, et opportunis pro una vice in anno ad triennium; adhibitis tamen omnibus cautelis in similibus circumstantiis servari solitis; contrariis non obstantibus quibuscumque, ac alias prout in libello supplici, et rescripto hujusmodi, quorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur;

Confirmatio rescripti ad decennium.

§. 3. Postmodum vero, cum triennium prædictum brevi expiraturum esset, ipse Clemens prædecessor per suas in simili forma Brevis die III. aprilis 1773 expeditas literas prædictam facultatem semel in anno ab eodem monasterio exeundi, ac præfatam ecclesiam visitandi ad triennium concessam, ad decennium a fine dicti triennii computandum, servatis conditionibus, et cautelis in memorato rescripto contentis prorogavit, extendit, et ampliavit, ac alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, hujusmodi facultatem primum ad triennium, postmodum ad decennium concessam, ut præfertur, dictæ exponentes ad aliud Nobis benevisum tempus sibi concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Prorogatio facultatis in perpetuum, cum clausulis in primo rescripto contentis.

§. 4. Nos igitur ipsas exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et earum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutas fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, eisdem nunc, et pro tempore existentibus monialibus, aliisque in monasterio hujusmodi degentibus, ut ipsæ perpetuis futuris temporibus, de licentia pro tempore existentis abbatis commendatarii, et ordinarii loci, semel in anno a dicto monasterio egredi, et ad ecclesiam præfatam, servatis omnibus conditionibus, et cautelis in præfato rescripto expressis, atque contentis libere, et licite se conferre possint, et valeant, auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus apostolicis atque in universalibus provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima octava februarii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 5 martii 1777. Anno III.

CXXIV.

Confirmatio privilegiorum a Romanis pontificibus consulibus, et universitati mercatorum civitatis Anconitanæ concessorum super privativa jurisdictione dicti consulatus in causis = *di mercatura, di naufragi, di fallimenti* = eorumque ampliatio.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Erectio tribunalis Consulatus, cum suis privilegiis in causis inter mercatores, seu occasione mercaturæ exagitandis.

§. 1. Utilitati, quieti, ac commoditati mercatorum omnium, qui ad Anconitanum portum se contulissent, paterna charitate consulere cupientes Romani pontifices prædecessores Nostri, id unum præ cæteris enixe voluerunt, ut quæcumque lites, et controversiæ inter ipsos quomodolibet orituræ breviori, quo fieri posset tempore definirentur, et absolverentur, ut ita mercatoribus a litium ambagibus celeriter expeditis, commercium in publicum bonum magis magisque ibidem efflloresceret, et augeretur. Hac itaque de re præ cæteris felicis recordationis Clementis pp. VIII. prædecessor Noster per suas sub plumbo anno incarnationis Dominicæ 1584. octavo idus martii expeditas literas apostolica auctoritate confirmavit, omnia privilegia in cognoscendis causis inter mercatores, sive alios quoscumque incolas, sive exteros occasione mercaturæ, et negociorum hujusmodi pro tempore motis tam in prima, quam in secunda instantiis intra civitatem ipsam Anconitanam, nec alibi examinandis, et terminandis per quoscumque prædecessores tunc suos, nunc Nostros quomodolibet concessa; atque insuper præcepit, ut controversiæ, et lites hujusmodi quam citissime, et minimo dispendio terminentur; ibique propterea erexit, atque instituit tribunal Consulatus nuncupatum, injungendo, ut anno quolibet ex numero ibi existentium mercatorum tres consules eligerentur, quorum, vel duorum ex eis conjunctim procedentium judicio causæ omnes inter mercatores invicem, vel inter illos, et alias personas, aut etiam inter alias quascumque occasione mercaturæ quomodolibet tunc motæ, et in posterum movendæ summarie simpliciter, et de plano sine strepitu, et figura iudicii cognoscerentur, audirentur, et deciderentur, ac alias prout in ipsius Clementis prædecessoris literis prædictis; quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Declarationes circa privativam jurisdictionem.

§. 2. Postmodum vero idem Clemens prædecessor, ut procul abessent nonnullæ quæstiones, quæ quoad privativam jurisdictionem consulum hujusmodi usque tunc exordium habuerant per suas in simili forma Brevis die tertia novembris MDXCV. expeditas literas statuit, declaravit, et voluit, non solum eos mercatores, qui merces suas, ut vocant, ad grossum, sed etiam, qui fundos, et apothecas haberent, et exercerent ratione mercium suarum, etiam qui minutim, et dietim venderentur quoscumque eorum debitores, etiam cives Anconitanos, et quantumcumque privilegiatos, et exemptos, tam vigore instrumentorum, quam partitarum librorum mercantilium, aliarumque quarumcumque scripturarum coram dictis consulibus, et judicibus appellationis respective convenire, et vicissim coram iisdem ipsos mercatores conveniri debere, ipsosque consules, et judices appellationum causas quascumque ratione mercium tam quæ ad grossum, quam quæ ad minutum venderentur privative quoad alios quoscumque judices, et tribunalia, et episcopi, et gubernatoris Anconæ, ac gubernatoris etiam provinciæ Marchiæ Anconitanæ, ac tribunalis Rotæ Maceratensis, nec non etiam quoad Rotæ auditores, nec non Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarium, ac thesaurarium generalem, et cameram apostolicam definiri, et terminari posse, et debere, atque rursus præscripsit, et inhibuit episcopis, et gubernatoribus, auditoribus, camerario, thesaurario, et cameræ apostolicæ præsidentibus, et clericis, aliisque judicibus quibuscumque, sub indignationis suæ, et excommunicationis latæ sententiæ eo ipso incurrendæ, nec non aliis arbitrio suo pœnis, ne de cætero in hujusmodi causis sese quoquo modo intromittere, neve inhibitiones, significationes, vel non gravetur, super hujusmodi causis concedere, vel alias quomodocumque judicium, et jurisdictionem dictorum consulum impedire, et retardare auderent, seu præsumerent, simulque eisdem consulibus amplissimam facultatem concessit, ut in causis hujusmodi quibusvis inhibitionibus, aut aliis impedimentis judicum, et tribunalium hujusmodi tunc concessis, et in posterum concedendis minime attentis procedere, et

terminare, atque quoscumque tam auctores, quam reos ad alios judices, vel tribunalia recurrentes per pecuniarias, aut alias eorum arbitrio imponendas, et applicandas pœnas ad eorum judicium trahere valerent.

Leges conditæ ad bonum regimen consulatus, et constitutio circa mercatores qui decocti avasissent

§. 3. Eademque de re claræ memoriæ Petrus, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Aldobrandinus, tunc temporis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarius nonnullas edidit leges in diversis capitulis contentas, ac bonum regimen ejusdem consulatus respicientes, et ab eodem Clemente prædecessore confirmatas, in quibus præ cæteris constitutum fuit, ut in casu, quo mercatores in civitate Anconitana existentes decocti avasissent, statim libri negotiorum, et mercium, ad consulatum transferendi, ejusque cancellario consignandi essent una cum inventario omnium rerum, et mercium, quæ penes ipsos reperirentur; itemque eisdem consulibus facultatem indulsit capiendi opportunas provisiones quoad illas naves, quæ pericula naufragii subire possent, eis non solum auxilium, et subsidium suppeditando, verum etiam merces in illis contentas, quoad fieri posset, conservandi, ita tamen, ut ad solutionem expensarum, quæ in causam hanc erogatæ fuissent Consulatus tribunal cogere posset, ac alias prout in eisdem capitulis, quorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Quas quidem prærogativas, facultates, et jurisdictiones, consulibus civitatis Anconitanæ, ut præfertur, concessas, ac privilegia prædicta alii deinde pontifices prædecessores Nostri, et præsertim recolendæ memoriæ Paulus V., Gregorius XV., Urbanus VIII., Clemens XII., et Benedictus XIV. confirmarunt, ac declararunt, et præ cæteris idem Gregorius XV. per suas literas in simili forma Brevis die xv. octobris 1622. expeditas præscripsit, et mandavit, ut eorumdem consulum tantum cura esset res naufragatas recuperandi, ac alias prout in eisdem literis ipsius Gregorii prædecessoris, quarum quoque tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro confirmatione concessionem, etiam adversus privilegiatos.

§. 4. Nuper autem exponi Nobis fecerunt dilecti filii moderni consules nomine etiam universitatis mercatorum civitatis prædictæ, quod ipsi, ut prærogativæ, facultates, jurisdictiones, ac privilegia eisdem consulibus pro tempore existentibus a memoratis Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris concessa, et elargita in publicam commoditatem, ac quietem, atque in majus commercii incrementum subsistent, et serventur exactius, non solum per Nos quoque confirmari, et approbari, ac quatenus opus sit denuo concedi, sed etiam illa contra quoscumque privilegiatos, cujusvis tribunalis in causis mercaturam, naufragium, ac decoctorum mercatorum bona, et personas respicientibus, extendi, et ampliari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor amplissimæ confirmationis, et extensionis ad omnes privilegiatos.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Joannis Octavii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Bufalini nuncupati ecclesiarum Anconitanæ, et Humanæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis, omnia, et singula privilegia consulatus ejusdem civitatis Anconitanæ super privativa cognitione causarum = *di mercatura*, *di naufragj*, *di fallimenti* = vulgo nuncupatarum a memoratis prædecessoribus Nostris Romanis pontificibus concessa, indulta, ac elargita auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, atque insuper privilegia hujusmodi ampliando, volumus, ac mandamus, ut Consulatus Anconæ in causis prædictis sua privativa jurisdictione utatur contra quoscumque quovis privilegio suffultos, ac etiam si agatur de iis, qui literas patentes obtineant, quique patentati vulgo nuncupantur, inquisitionis adversus hæreticam pravitatem, seu alterius cujuscumque tribunalis, ac de omnibus aliis speciali mentione dignis, quos in præsentibus pro expressis, ac specificatis haberi volumus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque ple-

Dat. die 5. martii 1777. Anno III.

CXXIV.

Confirmatio privilegiorum a Romanis pontificibus consulibus, et universitati mercatorum civitatis Anconitanae concessorum super privativa jurisdictione dicti consulatus in causis « *di mercatura, di naufragi, di fallimenti* » eorumque ampliatio.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Erectio tribunalis Consulatus cum suis privilegiis in causis inter mercatores, seu occasione mercaturae exagitandis.

§. 1. Utilitati, quieti, ac commoditati mercatorum omnium, qui ad Anconitanum portum se contulissent, paterna charitate consulere cupientes Romani pontifices praedecessores Nostri, id unum prae caeteris enixe voluerunt, ut quaecumque lites, et controversiae inter ipsos quomodolibet oriturae breviori, quo fieri posset tempore definirentur, et absolverentur, ut ita mercatoribus a litium ambagibus celeriter expeditis, commercium in publicum bonum magis magisque ibidem effloresceret, et augeratur. Hac itaque de re prae caeteris felicis recordationis Clemens pp. VIII. praedecessor Noster per suas sub plumbo anno incarnationis Dominicae 1584. octavo idus martii expeditas literas apostolica auctoritate confirmavit, omnia privilegia in cognoscendis causis inter mercatores, sive alios quoscumque incolas, sive exteros occasione mercaturae, et negociorum hujusmodi pro tempora motis tam in prima, quam in secunda instantiis intra civitatem ipsam Anconitanam, nec alibi examinandis, et terminandis per quoscumque praedecessores tunc suos, nunc Nostros quomodolibet concessa; atque insuper praecepit, ut controversiae, et lites hujusmodi quam citissime, et minimo dispendio terminentur; ibique propterea erexit, atque instituit tribunal Consulatus nuncupatum, injungendo, ut anno quolibet ex numero ibi existentium mercatorum tres consules eligerentur, quorum, vel duorum ex eis conjunctim procedentium judicio causae omnes inter mercatores invicem, vel inter illos, et alias personas, aut etiam inter alias quascumque occasione mercaturae quomodolibet tunc motae, et in posterum movendae summaria simpliciter, et de plano sine strepitu, et figura iudicii cognoscerentur, audirentur, et deciderentur, ac alias prout in ipsius Clementis praedecessoris literis praedictis, quarum tenores praesentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Declarationes circa privativam jurisdictionem.

§. 2. Postmodum vero idem Clemens praedecessor, ut procul abessent nonnullae quaestiones, quae quoad privativam jurisdictionem consulum hujusmodi usque tunc exordium habuerant per suas in simili forma Brevis die tertia novembris MDXCV. expeditas literas statuit, declaravit, et voluit, non solum eos mercatores, qui merces suas, ut vocant, ad grossum, sed etiam, qui fundos, et apothecas haberent, et exercerent ratione mercium suarum, etiam qui minutim, et dietim venderentur quoscumque eorum debitores, etiam cives Anconitanos, et quantumcumque privilegiatos, et exemptos, tam vigore instrumentorum, quam partitarum librorum mercantilium, aliarumque quarumcumque scripturarum coram dictis consulibus, et judicibus appellationis respective convenire, et vicissim coram iisdem ipsos mercatores conveniri debere, ipsosque consules, et judices appellationum causas quascumque ratione mercium tam quae ad grossum, quam quae ad minutum venderentur privative quoad alios quoscumque judices, et tribunalia, et episcopi, et gubernatoris Anconae, ac gubernatoris etiam provinciae Marchiae Anconitanae, ac tribunalis Rotae Maceratensis, nec non etiam quoad Rotae auditores, nec non Sanctae Romanae Ecclesiae camerarium, ac thesaurarium generalem, et cameram apostolicam definiri, et terminari posse, et debere, atque rursus praescripsit, et inhibuit episcopis, et gubernatoribus, auditoribus, camerario, thesaurario, et camerae apostolicae praesidentibus, et clericis, aliisque judicibus quibuscumque, sub indignationis suae, et excommunicationis latae sententiae eo ipso incurrendae, nec non aliis arbitrio suo poenis, ne de caetero in hujusmodi causis sese quoquo modo intromittere, neve inhibitiones, significationes, vel non gravetur, super hujusmodi causis concedere, vel alias quomodocumque judicium, et jurisdictionem dictorum consulum impedire, et retardare auderent, seu praesumerent, simulque eisdem consulibus amplissimam facultatem concessit, ut in causis hujusmodi quibusvis inhibitionibus, aut aliis impedimentis judicum, et tribunalium hujusmodi tunc concessis, et in posterum concedendis minime attentis procedere, et

terminare, atque quoscumque tam auctores, quam reos ad alios judices, vel tribunalia recurrentes per pecuniarias, aut alias eorum arbitrio imponendas, et applicandas pœnas ad eorum judicium trahere valerent.

Leges conditæ ad bonum regimen consulatus, et constitutio circa mercatores qui decocti evaserint

§. 3. Eademque de re claræ memoriæ Petrus, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Aldobrandinus, tunc temporis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ camerarius nonnullas edidit leges in diversis capitolis contentas, ac bonum regimen ejusdem consulatus respicientes, et eb eodem Clemente prædecessore confirmatas, in quibus præ cæteris constitutum fuit, ut in casu, quo mercatores in civitate Anconitana existentes decocti evasissent, statim libri negotiorum, et mercium, ad consulatum transferendi, ejusque cancellario consignandi essent una cum inventario omnium rerum, et mercium, quæ penes ipsos reperirentur; itemque eisdem consulibus facultatem indulsit capiendi opportunas provisiones quoad illas naves, quæ pericula naufragii subire possent, eis non solum auxilium, et subsidium suppeditando, verum etiam merces in illis contentas; quoad fieri posset, conservandi, ita tamen, ut ad solutionem expensarum, quæ in causam hanc erogatæ fuissent Consulatus tribunal cogere posset, ac alias prout in eisdem capitulis, quorum tenores præsentibus, pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur. Quas quidem prærogativas, facultates, et jurisdictiones, consulibus civitatis Anconitanæ, ut præfertur, concessas, ac privilegia prædicta alii deinde pontifices prædecessores Nostri, et præsertim recolendæ memoriæ Paulus V., Gregorius XV., Urbanus VIII., Clemens XII., et Benedictus XIV. confirmarunt, ac declararunt, et præ cæteris idem Gregorius XV., per suas literas in simili forma Brevis, die xv. octobris 1622. expeditas præscripsit, et mandavit, ut eorumdem consulum tantum cura esset res naufragatas recuperandi, ac alias prout in eisdem literis, ipsius Gregorii prædecessoris, quarum quoque tenorem præsentibus pro plene, et sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur.

Preces porrectæ pro confirmatione concessionum, et iam adversus privilegiatos.

§. 4. Nuper autem exponi Nobis fecerunt dilecti filii moderni consules nomine etiam universitatis mercatorum civitatis prædictæ, quod ipsi, ut prærogativæ, facultates, jurisdictiones, ac privilegia eisdem consulibus pro tempore existentibus a memoratis Romanis pontificibus prædecessoribus Nostris concessa, et elargita in publicam commoditatem, ac quietem, atque in majus commercii incrementum subsistant, et serventur exactius, non solum per Nos quoque confirmari, et approbari, ac quatenus opus sit denuo concedi, sed etiam illa contra quoscumque privilegiatos, cujusvis tribunalis in causis mercaturam, naufragium, ac decoctorum mercatorum bona, et personas respicientibus, extendi, et ampliari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor amplissimæ confirmationis, et extensionis ad omnes privilegiatos.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto dilecti filii Nostri Joannis Octavii Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis Bufalini nuncupati ecclesiarum Anconitanæ, et Humanæ ex concessione, et dispensatione apostolica præsulis, omnia, et singula privilegia consulatus ejusdem civitatis Anconitanæ super privativa cognitione causarum = *di mercatura*, *di naufragj*, *di fallimenti* = vulgo nuncupatarum a memoratis prædecessoribus Nostris Romanis pontificibus concessa, indulta, ac elargita auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, eisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robus adiicimus, atque insuper privilegia hujusmodi ampliando, volumus, et mandamus, ut Consulatus Anconæ in causis prædictis sua privativa jurisdictione utatur contra quoscumque quovis privilegio suffultos, ac etiam si agatur de iis, qui literas patentes obtineant, quique patentati vulgo nuncupantur, inquisitionis adversus hæreticam pravitatem, seu alterius cujuscumque tribunalis, ac de omnibus aliis speciali mentione dignis, quos in præsentibus pro expressis, ac specificatis haberi volumus, et mandamus.

Clausula sublata, et decreta irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque ple-

narios, et integros effectus sortiri, et obtinere, illisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, at per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscomque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et ioane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter cootigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstaotibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quibusvis etiam juramento, coofirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et iononvatis. Quibus omnibus, et singulis illorum teoores præsentibos pro pleoe, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice domtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quinta martii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.



CXXV.

Dat. die 14 martii 1777. Anno III.

Coofirmatio novius capituli addendi statuto universitatis Figulorum de urbe.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ad pastorale fastigiom meritis licet imparibos evecti illa, quæ pro felici, prosperoque artium, ac universitatom artium almæ urbis Nostræ, eujus commodis peculiari paternæ charitatis affectu studemus, regimine, atque gubemio provide constituta, et ordinata esse noscuntur, ut firma semper, ac inviolata persistant, apostolici muoiminis præsidio, cum id a Nobis petitur, libenter eonstabilimus.

Expositio precum porrectarum

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et homioes universitatis Figulorum ejusdem urbis, simulque administratores societatis sub titulo, seu invocatione sanctissimi Sacramenti canonice, ut asseritur, erectæ in ecelesiam sanctæ Cæciliæ Transtyberim urbis prædictæ, quod alias anoo nempe 1761 ejusdem societatis, et universitatis nomine supplices porrectæ fuerunt preces felicis recordationis Clementi pp. XIII. pro superaddendis nonnullis capitulis in statutis universitatis hujusmodi, ac inter cætera illud, quod in ordine est, vicesimum secundum, quo ad aperitionem tam integrarum fornacium, quam etiam medietatis taotum earum, In quo eavebatur, ut io primo casu persolvenda essent scuta viginti quinque monetæ, et scuta tantum duodecim cum dimidio in secundo præstari deberent. Idem vero Clemens prædecessor sibi porrectas preces hujusmodi remisit claræ memoriæ Camillo, dum vixit, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinali Paulutio tunc temporis societatis, at universitatis hujusmodi protectori, qui prædictum capitulom vicesimum secundum in hunc, qui sequitur modum confecit, et exaravit, videlicet.

CAPITOLO XXII.

Delle fornaci, che si mettono di nuovo

Tenor capituli addendi ad statutum.

§. 3. Erigeodosi, o fabbricandosi fornaci di nuovo taoto di rosso, che di bianco, il padrone, ossia erettore, e fondatore della nuova fornace sarà te-

anto a pagare alla nostra chiesa scudi 25, e se la fornace sarà piccola, o di bagettelle, da riconoscersi come sopra dai guardiani, e camerlengo, dovrà pagare solo scudi dodici e baj. 50 oltre le tasse sopra stabilite per ogni cottura. A simile pagamento di scudi 25, e respettivamente di sc. 12: 50 dovranno esser soggetti anche quelli, che volessero succedere, e sottoentrare all' esercizio di qualche bottega, e fornace, di cui fosse mancato, o morto il padrone, purchè questi non fossero figli di esso antico padrone, i quali in tal caso, continuando nell'arte in luogo del loro padre, e continuando perciò nel dominio della stessa fornace, non dovranno considerarsi come nuovi padroni per l'effetto suddetto, nè come tali obbligarsi al detto pagamento; così pure allo stesso pagamento dovrà esser tenuto anche qualunque figlio di padrone, il quale non dimettendo l'antica fabbrica, ossia fornace del padre, voglia aprirne altra nuova per rapporto alla quale dovrà considerarsi come un nuovo padrone, e perciò essere obbligato al detto pagamento.

Postulatur ipsius capituli confirmatio.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, prædictæ universitatis, seu societatis nomine, deinde in judicium vocati fuerint nonnulli artis hujusmodi professores, ad hoc, ut persolverent summam in dicto capitulo præscriptam in casu aperitionis fornacium, seu successionis in illis, acriterque talis solutio in controversiam revocare adnixi sint; hinc dicti exponentes ut procul absint litium anfractus, eorumque impensæ, memoratum capitulum vicesimum secundum, quo firmius subsistat, et ab omnibus dictæ artis professoribus, vulgo *vasellari, e majolicari di arte grossa, e sottile* nuncupatis servetur exactius, illud per Nos approbari, et confirmari plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut in præmissis sibi opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Preces remittuntur arbitrio eminentissimi protectoris cum omnibus facultatibus.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et poenis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, audita super præmissis relatione, et voto venerabilis fratris Henrici episcopi Tusculani Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalis ducis Eboracensis nuncupati ejusdem societatis apud Nos, et Sedem apostolicam protectoris, præinsertum capitulum vicesimum secundum cum omnibus, et singulis in eo contentis auctoritate apostolica tenore præsentium approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus.

Clausulæ sublata et decreta irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac universitatis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis, in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta martii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 24 martii 1777. Anno III.

CXXVI.

Facultas fratribus ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmelo missionariis in insulis Americanis dominio regis christianissimi subjectis dispensandi cum nigris neophitis illarum partium in quocumque gradu affinitatis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Relio, tenor, et conditiones, ac reservationes indulti facultatis.

§. 1. Ut dilecti filii fratres ordinis Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo missionarii degentes in insulis Americanis Guadalupæ, Mariæ Galantæ, sancti Dominici, sancti Christophori, et adjacentibus dominio in Christo filii Nostri Ludovici Francorum regis christianissimi subjectis, a suis superioribus deputati, injuncta sibi munera ad Christifidelium illarum partium utilitatem, adjuvante Domino, facilius exequi valeant; ex commissi Nobis cœlitus sacrosancti apostolatus officio providere volentes, de venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium in tota republica christiana generalium inquisitorum adversus hæreticam pravitatem auctoritate apostolica deputatorum consilio, fratribus missionariis præfatis, cum nigris neophitis earumdem insularum tum indigenis, tum advenis, in quocumque, vel quibusvis consanguinitatis, vel affinitatis gradibus a jure divino non prohibitis, primo tamen excepto, et in eodem primo etiam rectæ lineæ affinitatis, ex copula illicita resultantis, ut matrimonium inter se contrahere, seu in eo etiam scienter contracto remanere valeant; in occultis tamen, et in foro conscientiæ tantum, ac urgentibus justis causis auctoritate apostolica gratis dispensandi, et eos, qui primo affinitatis gradu ejusmodi matrimonium etiam scienter contraxerint, ab excessibus excommunicationis, aliisque censuris, et poenis ecclesiasticis ea de causa incursis, in foro conscientiæ tantum gratis pariter absolvendi, ac prolem inde susceptam, et suscipiendam legitimam decernendi, facultatem ad viginti annos tantum duraturam, donec interim in illis partibus aliquis episcopus constituatur, dicta auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 3. Volumus autem, ut earumdem literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus notarii publici, vel secretarii dicti ordinis subscriptis, et sigillo dilecti filii generalis ordinis præfati, vel alterius personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quarta martii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 8. aprilis 1777. Anno III.

CXXVII.

Declaratio quoad loca, et personas comprehensas in territorio parochialis regiæ capellæ catholici regis.

Charissimo in Christo filio Nostro Carolo Hispaniarum regi catholico.

Pius PP. VI.

Charissime in Christo fili Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Commendatur usus obleganti ad s. Sedem quæstiones de rebus ecclesiasticis.

§. 1. Vetus, atque eximium regiæ pietatis exemplum, quo magnus Constantinus imperator quæstiones, ac lites inter Orientis episcopos vertentes ranuit judicare; causamque Donati, ac Cæciliani cognitioni suæ, et judicio oblatam sao. mem. Melchiadi Romano pontifici Nostro prædecessori discutiendam, ac definiendam esse demandavit: pari regia pietate catholicorum regum Hispaniarum, diebus quoque Nostris, iterum evenisse, ac subortas quæstiones inter cappellanum majorem ex una, et archiepiscopum Toletanum, nonnullosque rectores parochialium ecclesiarum, et ordinum regularium superiores ex altera partibus, reges ipsi catholici definire renuentes, illas ad judicium apostolicæ hujus sanctæ Sedis fuisse delatas in Domino gaudemus, atque lætamur.

Memoratur erectio regiæ cappellæ, et ejus privilegia exponuntur.

§. 2. Alias siquidem fel. rec. Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xxvii junii MDCCLIII literas ad preces cl. me. Ferdinandi, dum vixit earumdem Hispaniarum regis catholici cappellam regiam, cui archiepiscopus pro tempore Compostellanus cappellanus major existit in parochialam ecclesiam cum omnibus, et singulis prærogativis, at honoribus, ac juribus, quibus aliæ parochiales ecclesiæ fruuntur, et gaudent, apostolica auctoritate erexit, ipsique regiæ cappellæ, sic in parochialem ecclesiam erectæ particulare, et separatum territorium, nempe totum ambitum palatii regis, in quo rex Hispaniarum catholicus, ejusque regia familia habitat, et commoratur, ejusdemque palatii officinas, et domus vicinas, adhærentesque, seu adjacentes ab apostolicæ Sedis in eisdem Hispaniarum regnis tunc existente nuntio in album describendas, et declarandas; insuper omnia, et singula palatia in quibus pro tempore existentas dictarum Hispaniarum reges catholici, ubique intra limites ipsorum regnorum Hispaniarum existentia habitari, aut commorari, at hospitari possunt: palatia quoque in quibus dictarum Hispaniarum reginæ viduæ Asturiæ princips, et Hispaniarum infantes habitare, commorari; ac demum cætera loca in quibus ipsarum Hispaniarum reges domos, et palatia pro sua, suæque familiæ habitatione habere solent, et poterunt, omnesque ecclesias, et cappellas palatiis, domibusque regiis hujusmodi annexae, at connaxas, et in illis existentes, nec non hospitale vulgo *della Corte* nuncupatum seu *Buon Successo*, aliudque hospitale ragium Aragoniæ, Montis Serrati, alterum sub invocatione nationis Belgicæ, seu Belgicorum vulgo *li Fiammenghi*, et reliquum sancti Aloisii, seu Ludovici nationis Gallicæ, ac conventum sanctæ Elisabethæ una cum collegio puellarum educandarum ipsi conventui annexo, et aggregato; demum collagium educandarum beatæ Mariæ Virginis Lauretanæ nucupatum, omnesque, at singulas personas in dictis hospitalibus, conventu, et collegio pro tempore existentes, ac illorum servitio addictas eadem auctoritate constituit, et assignavit, ac ipsi cappellano majori, seu rectori, et administratori, tunc et pro tempore existenti dictæ cappallæ regiæ in parochialem ecclesiam, sicut præmittitur, erectæ ad dicti separati particularis territorii curam, regimen, et administrationem animarum parochianorum, et subditorum parochialis ecclesiæ hujusmodi commisit, et mandavit. Præterea ne lites, et controversiæ super administratione sacramentorum, aliorumque jurium parochialium hujusmodi inter cappellanum majorem seu rectorem, at administratorem regiæ cappellæ pro tempore, et cæteros parochos, seu rectores pro tempore aliarum parochialium ecclesiarum orirentur, et jurisdictio ad quemlibet eorum de jure spectans confunderetur, auctoritate prædicta voluit, et mandavit, ut parochiani dictæ novæ parochialis ecclesiæ, ac præscripti, et politi territorii separati, in quibus cappellanus major, seu rector, et administrator hujusmodi parochialis ecclesiæ omnimodam jurisdictionem privativam episcopalem, seu quasi episcopalem exercere, et explere, ac curam animarum habere, omniaque ecclesiastica sacramenta administrare possit, et pastor animarum suarum existant, intelligant an sint, et esse debeant rex, at ragina, omnesque personæ regiæ, principes, et infantes Hispaniarum utriusque, cæterique principes sanguinis vulgo nuncupati, si existere contigerit, omoesque domestici, at familiares, domuique regiæ hujusmodi inservientes, at famulatum præstantes, et ratione eorum servitii ab ærario regio stipendium, et salarium percipientes, in album vulgo *Ruolo*, *Catalogo* nuncupatum relati, juxta descriptionem ab ipso, dictæ apostolicæ Sedis nuntio faciendam; nec non omnes domestici, et familiares palatiorum reginæ viduæ, et Infantum Hispaniarum, cæterique ministri, at curiales, nempe ii, qui regem, et curiam sequuntur, quando pro tempore existens Hispaniarum rex iter facit extra oppidum Matriti, omnesque habitatores palatiorum regiorum, ac in illis quocumque modo, causa, ratione, et occasione etiam moræ, apud consanguineos, et affines, qui famulatum dicto regi præstant, seu addicti sunt servitio, sau negotiorum, aut studiorum causa moram trahentes, et commorantes, seu domorum, et apothecarum palatiis regiis adhærentium conductores. Præterea omnes, et singulas functiones, actusque, quos episcopi in propriis respective ecclesiis, sibi subjectis peragere solent, quoties rax catholicus ad quamcumque cathedralem collegiatam, parochialem, et monasterialem ecclesiam, et inibi tum regia cappella quibusvis functionibus peragendis assistere intendat, etiam si subinde

rex prædictus eliquo legitimo impedimento detentus minime accedat, et intersit; similiter exercendi, et peragendi plenam, et liberam facultetem peri auctoritata concessit, et indulsit, ac alies prout in ipsius Benedicti prædecessoris literis prædictis, quarum tenorem præsentibus pro plene et sufficiecter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, fusius continetur.

Describitur quomodo executioni missæ fuerint literæ apostolicæ circa assignationem territorii regiæ cappellæ, in parochialem ecclesiam erectæ, et lites inde subortæ.

§. 3. Deinde vero sicut pro parte majestatis suæ Nobis nuper expositum fuit, quod cum apostolicæ Sedis nuntius, tunc in Hispaniarum regnis apud regem catholicum existens, cui dicta literarum executio comissa fuerat, instante regio fiscali, ad descriptionem, et declarationem particularis, ac separati territorii regiæ cappellæ, seu novæ parochialis ecclesiæ devenerit, exprimens, ac definiens paletia, ecclesias, domos, locaque etiam, quæ intra illius fines recenseri, et homines, ac personas, quæ jurisdictioni dicti cappellani, pro tempore existentis subiecta esse deberent, ejusque decreta executorelia iis quorum interarat, intimata fuerint multæ, et graves quæstiones, ac controversiæ inter bo. me. Aloisium dum vixit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalam de Cordove nuncupatum, tunc temporis archiepiscopum Toletanum, et nonnullos ecclesiarum parochialium parochos, et rectores, ac ordinum regularium superiores ex una, qui novæ parochialis ecclesiæ erectione jure sua graviter læse, atque imminute præter Romani pontificis, et catholici regis mentem, ac voluntatem asserebant, et dilectum nostrum Bonaventuram Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalem de Cordove Spinola delle Cerde nuncupatum pro cappellanum majorem ex altere partibus, qui pro regia cappella acriter se opposuit, nihil existimans ectum fuisse nisi quod maxime æquum, ac conveniens, et necessarium esset, ac apostolicis literis et regiæ voluntati consonum, ortæ ac suscitatæ fnissent.

Hispaniarum rex specialem congregationem lepntavit ut de utriusque partis juribns re cognite referret.

§. 4. Utraque pars ad omnes controversias dirimendas, componendasque satius esse duxit, rationes, ac jura quæ sibi competere autumabat memorato regi catholico Ferdinando in scriptis exhibere; ipse antem rex, ut in re tanti momenti ea maturitate, qua par erat procederet, conventum, seu congregationem vulgo *Giunta* nuncupatam quinque doctorum æque ac proborum virorum deputavit, qui omnibus expensis, consideratis postea ad se referrent. Contigit subinde, ut idem Ferdinandus rex ex hac mortali vita decederet; et universo christiano orbe plaudente, gratiasque immortales Deo agente, quod Hispaniarum regna, et Catholicam Romanam Ecclesiam, tam firmo præsidio, ac potenti amentissimo defensore muniret et provideret majestes tua ad Hispaniarum tronum evectus regui regimen suscepisti.

Resolutione congregationis deputatæ audita negocium ablegatum est definitioni secta Sedis.

§. 5. Congregatio vero seu juncte dictorum virorum, ut præfertur, deputatorum cum munus sibi injunctum explevisset, et resolutionem suem, seu consultationem regiæ tuæ majestati obtulit, majestas autem tue, qua a gloriosis majoribus tuis, non minus regiam dignitatem, quem reverentiam, cultum, atque amorem erga hanc apostolicam Sedem accepisti, et pro singulari tua erga Deum, ejusque Ecclesiam pietate, ac devotione judicium, et sententiam tuam super his interponere recusati; namque totam apostolicæ Sedi examinandam, et dijudicandam ramisisti, aperte obtestens quidquid a Nobis judicabitur, e maiestate tue ea animi riverentia, que cathedram Petri prosequeris, et pari voluntatie assensu acceptum iri.

Declaratio apostolica.

§. 6. Propterea piis animi regis votis, quantum cum Domino possumus obsequi volentes, cupiantesque omnia discordiarum semina, occasiones, et causas, quibus christlana pax perturbatur et charitatis vincnla non sine magno animarum detrimento dissolvuntur penitus auferre, ac submovere motu etiam proprio, et ex certa scientia et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra in perpetuum valitura sanctione ad particulara, et seperatum territorium regiæ cappellæ in novam parochialem, ut præmittitur, erectæ spectare, et pertinere declaramus primarium paletium Matritensis aulæ regiæ destinatum continuæ residentiæ majestatis tuæ, ac ragiæ familiæ seguenti modo videlicet. A porta s. Vincentii in Deambulacrum quod *Floride* dicitur ascendendo per lineam efformatam a sæpedicta peræcia, circumeundem usque ad novem viam ipsius palatii per quam ascenditur tendendo semper dextrorsum usque ad introitum in eliam viam dominæ Mariæ de Aragona; ibi vergitur ad dexteram, et prosequendo per lineem efformatam a domibus unitis monasterio monielium Incarnationis, usque ed frontem ipsins ecclesiæ continuetur per lineam ædificii in quo regia adservatur

bibliotheca, ac intrando in viam Thesauri, semperque ad dexteram tendendo usque ad portam Thesauri pariter dictam, per quam datur aditus ad plateam palatii, ibi transitur ad sinistram, et prosequendo per lineam, quæ efformatur ab ecclesia sancti Ægidii per portam quæ pariter sancti Ægidii dicitur, et aggerem palatii *Petris* nuncupati usque ad arcum magnum per quem intratur in plateam ipsius palatii: inde vero continuando per regia equilia usque ad ingressum in viculum, qui est ad dexteram, ex quo intratur in alium viculum, qui primo ad sinistram occurrit, ac tendendo semper dextrorsum exitur per portam denominatam = *de la Vaga* = Inde vergitur ad domos, quæ sunt ad dexteram, doneo occurrit septum Parci: per illud continuatur usque ad portam *sancti Vincentii*, unde incœpta fuit præfinitio. Intus præfatum ambitum sita sunt regium palatium, solum pro viridariis, bibliotheca, armamentarium, equilia, aliæque officinæ, et ædificia adjacentia, nec non monasterium monialium sancti Augustini, quod Incarnationis nuncupatur, et palatio adjacere reputatur. Totus autem prænotatus circuitus cappellano, aut pro cappellano majori assignatus sit tendendo semper dextrorsum per plateas, et vias indicatas: quæ vero ad sinistram prætereunt ipso etiam solo viarum, platearumque comprehenso subiecta remaneant respective parochiis, quamvis sinistrorsum sitæ sunt nonnullæ domus ad regem spectantes, et ab ipsius familiaribus inhabitatæ. Si in posterum dictarum platearum, et viarum sæpedictarum figuram mutari, et ædificia cum palatio unita, sive ei adjacentia construi contigerit, jurisdictioni cedant pro cappellani majoris etiam si extra hodiernam præfinitionem illud situm modo reperiatur, ac viceversa licet intus eumdem ambitum monasterium monialium Incarnationis, cum domibus ei unitis in quibus illius cappellani, cæterique ministri habitant includatur.

Reservationes peculiares.

§. 7. Nihilominus hujusmodi comprehensio nullum generare valeat præjudicium exemptioni ac privilegiis, quæ regularibus competunt, et ea quoque adjecta daclaratione, quod personæ religiosarum idem monasterium constituentes sive sursum, sive simul communiter sumptæ in omnibus subjectæ esse debeant jurisdictioni pro tempore existentis archiepiscopi Compostellani, tamque cappellani majoris majestatis tuæ in omnibus, et per omnia, sicuti antea fuerunt, ac tempore concessionis, et expeditionis præcedentium literarum ipsius Benedicti prædecessoris reperiebantur; idque etiam in ministris cappellanis, aliisque factoribus nuncupatis, nec non inservientibus dicto monasterio, et communitati locum æque habere volumus, atque sancimus. Similiter ad jurisdictionem dicti cappellani seu procappellani majoris decernimus quidquid regia villa prope Matritum = *Casa del campo* = appellatur cum regalibus ædibus, ceterisque ædificiis, totumque territorium in illius circuitu comprehensum, nil prorsus excepto.

Solicitudini regis commendatur cura animarum, et recta sacramentorum administratio in ambitu territorii cappellæ.

§ 8. Cum vero cappella, et cappellani a rege stipendia accipientes ibi sint costituti, majestatis tuæ solicitudini injungimus, ut animarum cura, et sacramenti administratio ita ibidem stabiliatur, ut qui in toto eo ambitu degunt, quique omnes tibi inserviunt spiritualia opportune inde recipiant. Porro in conventibus, domibus, atque collegiis villæ Matriti, quæ subjecta erant jurisdictioni pro cappellani majoris prædicti ante earumdem literarum expeditionem ipse pro cappellanus dictam jurisdictionem eisdem modo, et forma, ac in omnibus, et per omnia sicut prius exercere solebat, ita et in futurum quoque absque ulla, vel minima diminutiene, seu mutatione exercere libere pariter, ac licite possit et valeat.

Ampliatio territorii parmcimonaliter etc. etc.

§. 9. Præterea ad separatum, et particulare territorium dictæ regiæ cappellæ in parochialem, ut præmittitur, erectæ spectare quoque declaramus palatium, ac locum = *del Buon Ritiro* = vulgo nuncupatum, ubi majestas tua cum regia familia commorari quandoque solet una cum ejus platea, officinis, et habitationibus circum existentibus viridariis, domibus, et cappellis, et oratoriis, aliisque ædificiis, nec non cæteris omnibus positis intra muros, et septa, quæ regium ipsum locum dividunt, et separant, videlicet a fronte ecclesiæ, et januæ monasterii sancti Hieronymi descenditur per lineam efformatam a parietibus, et ædificiis, quæ sunt ad sinistram usque ad rivulum prati, inde prope eumdem rivulum ascenditur ad angulum novi viridarii Verni, inter pratum, et viam de Alcalà, et sequendo lineam, quam septa locum cingentia efformant per septentrionem, orientem, meridiem, et occidentem, sive quæ locum ipsum quatenus novum ei adijciatur solum

circomdare in posterum cootigent usque quo denuo occuret dictum monasterium sancti Hieronymi; licet vero monasterium præfatum cum suis ecclesia claustro, officiols, oliveto, horto, cæterisque intra clausuram regularem comprehensis, neo ooo pars, quæ *Quarto dell'Escorial* dicitur intus præfinitum ambitum sita sint. Nihilominus permanere volumus sicut antebac permanserunt exempta a jurisdictione pro cappellani majoris, suisque superioribus regularibus subjecta; declarantes, quod usus ecclesiæ supradictæ, ejusque sacellorum, saorarii, claustrorum, aliorumque inde dependentium remanere debeat omnino liber cappellaoo, et procappellano majori majestatis tuæ pro omnibus functionibus ecclesiasticis, quæ vel fieri solent, vel io posterum peragi cootingat juxta formam et tenorem prædictarum literarum ipsius Benedicti prædecessoris; et monachi sive sejunctim, ac singulariter, sive simul sumpti, et commuoiter tam quoad jurisdictionem, quam quoad regularia privilegia iu aodem statu, quo tempore expeditioois prædictarom literarum reperiebantur, in postcrum quoque permanere debere statoimus, et jubemus, neque in hoc aliquid ionovatum, vel immutatum asse declaramus.

Assignatio favore proximorum parochorum, et quomodo proximitas sit dimetienda.

§. 10. In altero regio loco Pardi, et Viriculas, ac la Zarzuela cujus territorium vastum est, et cootioet incolas io diversis partibus dissitis quidem a regia cappella regio quod ibi est palatio contigua, pariter io parochialem ecclesiam erigendæ cappellani, seu procappellani jurisdictioni subjiciant ipsom regium palatium, pagus, pomarium, eidem palatio contiguum, nec non omnes regiæ ædes, dumus escubiarum, aliaque ædificia, comprehensa qooque villa quam ducis Arcus nuncupant, dictæ regiæ cappellæ potius quam parochiis circum, si totorum locorum proximiora, quæ veru regiæ aedes, domus escubiarum, et alia ædificia finitimis parochiis, potius quam regiæ cappellæ proximiora sint eisdem parochiis subjecta remaneaot, etiam si hactenus aliis parochiis subjecta fuerint. Volumus etiam subjectionem a majori proximitate dimetiri: quooiam vero hujusmodi ædium inquilioi, ac præsertim excubantes milites in illis permancoter non resident, sed ex uon ad aliud ita frequeoter mntantur, ut in uoni cursu diversarum parochiarum evadant.

Preceptum de remittendo transumpto regio cappellano de sacramentis administratis.

§. 11. Propterea quibuscumqoe finitimarum parochiarum parochiis præcipimus, atque mandamus, quod quotlescumque baptismatis, aut matrimonii sacramenta eos administrare, aut sepulturæ officium peragere contigerit erga aliquem a præfato regio loco depeodentem, sed in ædificiis eorum parochiis subjectis habitaotem teneantur ad cappellanum in parochiali cappella ejusdem regii loci animarum curam exerceotem mittere transumptum partitæ in sois parochialibus codicibus exaratæ, ut parochus dicti loci similem partitam in suo codice adootet. Io hujusmodi autem adnotatiooibus parochi designent, quod baptizati, aut matrimooio conjoncti, vel defuncti a regio loco dependent, et in qua domo, vel situ habitaut, vel respective habitaverint.

Praecipitur deputatio presbyterorum necessariorum ad rectam sacramentorum administrationem

§. 12. Quia vero ad nostram perveni notitiam quod in cappella dicti regii loci cappellanus jam constitutus reperitur, ideo majestatis tuæ zelo sedulo concredimus, ut ibidem reliquos, qui necessarii fueriot ad rectam sacramentorum admioistrationem, verbique divini suis parochianis prædicationem presbyteros costitui curet.

Exemptio Cappuccinorum a jurisdictione cappellani regii, et præfinitio districtus provincialis ipsius ordinis.

§. 13 Denique a jorisdictione pro cappellani majoris exceptum esse volumus fratrum ordinarii Cappuccinorum ouncupatum conventum duo fere milliaria a pago distaotem, cujus subjectionem superioribus regularibus dicti ordiois præservamus palatium, quod de Fransuez deoomioatur pariter cappellani, seu pro cappellani majoris separatæ jurisdictioni subjciatur, ejusque districtum provincialem sequentibus termiois præfinimus, videlicet per pontem ratibus supra Tagum efformatum, flumen ipsum transgrediendo linea recta contiouatur, usque ad initium viæ Infantum, per quam asceodendo intratur io viam Gubernationis, quam sequendo usque ad viam sancti Antooii illac descenditur, dooec ad arcus, et ecclesiam ejusdem sancti Antonii perveuitur. Ibi ad orientam, mox ad meridicm ejusdem ecclesiæ vergendo traositur ad meridiooale, et occidentale latera regiorum equilium, e quorum angulo ioter occidentem, septemquetriones dncta linea recta usque ad viam arborum, quam Toletanam vocant cootra stativa excubantiam militum Vallonensium continuatur per viam Toletaoam, donec alia via arborum occurit, quæ de la *Es-*

quadra • dicitur, per quam descendendo ad Tagum per ejus ripam adscenditur ad pontem ex ratibus, a quo ambitus incœptus fuit. Quoad hujusmodi circuitum territorii illius continentia censenda semper erit dextrorsum per vias, domosque, ita ut extra definitos terminos remaneat quidquid sinistrorsum extat cum ipso viarum solo. Intus hunc ipsum ambitum continentur regium palatium, et viridaria, illo quoque comprehenso, quod insulæ dicitur, domus officiorum, etequitum appellatæ, ædes Infantum, platea, arcus, et ecclesia sancti Antonii, domusque ei unita stativa peditum Hispanorum, et Vallonensium, aliaque minora ædificia,totum itaque designatum territorium semper, ac permanenter ad jurisdictionem cappellani,seu pro cappellani maioris spectabit, subjectum parochialitati regiæ cappellæ, etiam si neque regem, neque ullam regiam personam ibi degere contigerit; eidem quoque jurisdictioni, et parochiali districtui subiiciantur, stativa custodum corporis, et æquilia regia, licet ambo ædificia a dicto ambitu sint separata; conventus vero sancti Paschalis fratrum ordinis minorum sancti Francisci discalceatorum nuncupatorum in dicto territorio comprehendatur quidem, sed tum conventus, tum ecclesia,hortus, et quidquid intra clausuram est, nec non regulares personas ibi degentes suis superioribus regularibus subiiciantur. Quidquid autem illius territorii licet intra limites dicti regii loci, eique unitum sit, nec tamen intra sic præfinitos terminos extat simul cum primario pago ecclesiæ Beatæ Mariæ Virginis de Alpagy nuncupatæ, et quæcumque alia, quam in posterum construi contigerit, omniaque ædificia vel unita, vel dispersa nunc constructa, vel pro tempore construenda cum castello de Aceca et oratorii, vel ædiculis ibi existentibus, et in futurum ædificandis exempta sint a jurisdictione cappellani, seu pro cappellani majoris, prout ante expeditionem dictarum literarum prædecessoris prædicti extabant.

Præservatio jurium regalium super loco pertinentibus.

§. 14. Præservatis tamen majestati tuæ, tuisque successoribus juribus, jurisdictione, et præeminentiis in dicto loco competentibus uti administratori perpetuo militarie ordinis sancti Jacobi de Spatha, nec non suis quoque respectiva vener. fratri Nostro archiepiscopo Toletano, uti diœcesano in regio loco ad sanctum Laurentium, quem *del Escorial* vocant ad jurisdictionem pariter cappellani, aut pro cappellani majoris, durante tamen ibidem regis permanentia, et non ultra, pertineat tota ea ædificii pars,in qua rex ipse, et cæteræ personæ habitare solent, et reliquum, quod palatium appellatur, scilicet a janua, quæ descendens a claustro principaliori aditum præbet ad aulam in qua extant tribunæ Philippi II. Inde vargitur ad regia cubicula, et ad cætera quæ orientale latus, partesque septemtrionales occupat usque ad ingressum collegii, comprehensis omnibus officinis, et habitationibus in hujusmodi ambitu per omnes dicti ædificii partes existentibus, nec non tribunis regiis, ac iis, quæ palatinis matronis pro sacello inserviunt, cæterisque membris, quæ occurrunt intrantibus ostium, per quod ab aula præliorum aditur ecclesiæ chorus: ad eamdem quoque jurisdictionem pertineant monasterii cellæ in quibus regiæ personæ degerint, non autem quæ ab illarum familiaribus habitentur. Præter hujusmodi ædificium, præfatæ subiiciantur jurisdictioni, dum rex ibidem resideat, et non ultra, duæ officiorum domus, item alia dominorum Infantum, at altera continens equilia regia, at balistaria, ecclesia, monasterium, et collegium semper prioris jurisdictioni subsint, prout etiam qui regem comitantur, quatenus in monasterio aut collegio hospitentur, nec non quæcumque alia loca hic non designata, licet ad regem ipsum pertineant, ejusdem tamen prioris sub jurisdictione remaneant. Quo vero ad præfatam ecclesiam sancti Laurentii, quidquid ibi, in usu, et praxi erat ante expeditionem prædictarum literarum memorati Benedicti prædecessoris in suo robore consistere, at permanere debere volumus, atque mandamus. In loco etiam apud sanctum Hidelfonsum ad jurisdictionem quoque cappellani, aut pro cappellani majoris, durante tantum regis aut alicujus regiæ personæ ibi permanentia spectent palatium, ac vigilum stationes intrinsecus, et tribunæ ex eodem palatio in ecclesiam respondentes; cætera nil ulterius reservato, abbatis jurisdictioni subsint, etiam si regem ibidem residere contigerit. In aliis autem locis, palatiis, ædibusque, quæ, et quas majestas tua in diversis urbibus,cæterisque regni tui partibus possidet,cappellanus,seu pro cappellanus major tantum jurisdictionem obtinebit, quatenus vel regem, vel regiam personam in eis moram facere contigerit. In qui-

bus casibus ejus subdantur jurisdictioni ipsa dumtaxat palatia, officinæ, et hospitia propria cjusque adjacentia; extra hujusmodi casu parochiis, in quarum districtibus existant, subiiaciantur.

Peculiares jurisdictiones cappellani majoris exercendæ occasione itinerum regis.

§. 15. Præterea occasione itinerum a majestate tua, tuisque successoribus, seu regiis personis aliquando fortasse suscipiendorum cappellanus, seu pro cappellanus major animarum curam exercebit in regios familiares actu familiaritatem exercentes; sed etiam in quasvis alias personas comitatui inservientes, solis exceptis, quos suorum negotiorum, aut proprii solatii causa, idem peragere iter contigerit. In hujusmodi autem itineribus a majestate tua peragendis idem pro cappellanus major eligere poterit ecclesiam sibi magis benevisam, licet alteri, sive episcopo, sive ordinario subiectam, in qua ipse vel celebrare, vel celebrari facere possit sacrosanctum missæ sacrificium, aliosque actus, vel functiones peragere valeat, quas episcopi, cæterique prælati, in propriis ecclesiis exercera solent; dempta tamen metropolitana ecclesia Toletana, cæterisque exceptis ecclesiis cathedralibus regnorum Hispaniarum, non solum quia metropolitana ecclesia prædicta, utpote primum locum obtinens in eisdem regnis; minime id circo conveniens videtur, quam paulisper aliis, quam suo proprio præsuli, subiecta sit, verum etiam quia metropolitana ecclesia Toletana prædicta, nec aliæ cathedrales ecclesiæ comprahensæ reperiuntur in memoratis literis ipsius Benedicti prædecessoris; ac animo insuper Nos advertentes, quod quatenus Hispaniarum reges catholici in eis velint interesse, illarum sane episcopi id suo tributuri erint honori obsequia eisdem regibus debita præstando, ad hæc, ne ulla unquam quoad jurisdictionem respicientem personas, quæ pro tempore cappellano, seu pro cappellano majori subjectæ esse debent, oriatur dubitatio, eidem tamquam parochiani personaliter subiiciantur, quiqui in territoriis, ædificiisque supradicto cappellano, seu pro cappellano majori superius assignati degerint.

Distributio decimarum, et juris sepeliendi mortuos.

§. 16. Itaque familiares quamvis regii, extra tamen quamvis degentes, parochiis suorum respective domiciliorum subdantur: viceque versa qui in territoriis, atque ædificiis præfinitis degerent, etiam si regis familiares non fuerint ad curam dicti cappellani, seu pro cappellani majoris omnino pertineant. Qui vero in præfinitis locis habitaverint, paschale adimplere teneantur præceptum in eorumdem respective locorum cappellis regiis, aut in oratoriis in regiis palatiis ibidem existentibus, aut in ecclesiis a cappellano, seu pro cappellano majori destinandis, etiam si ad ipsius jurisdictionem dictæ ecclesiæ minime pertineant, si in hujusmodi cappellis regiis juris baptismatis in fonte proximioris parochiæ; et quamvis prædiales decimæ, quo ad prædicta separata territoria ad novam parochialem cappellam ibi existentem spectare deberent; nihilominus ut procul absit cujuscumque querelæ occasio, simulque præ oculis habito, quod universis majestatis tuæ ministris regia sane liberalitate, ac redundanter consultum sit, hinc easdem decimas integre ad parochialem ecclesiam magis proximam regiis palatiis, ac ad alias parochiales ecclesias, quæ decimas hujusmodi ante earumdem ipsius Benedicti prædecessoris literarum expeditionem percipiebant spectare ac pertinere declaramus. Ne autem quo ad futura etiam ad sepeliendi jus ulla unquam valeat oriri quæstio, seu dubitatio per præsentes statuimus, et demandamus, quod cadavera eorum, qui in regiis palatiis, aut territoriis separatis ejusmodi decesserint, juxta disposita, atque præscripta a memorato Benedicto prædecessore in eisdem suis literis, a parochiali ecclesia magis proxima, non vero alibi sepelienda sint, excepto casu electionis sepolturæ ab ipsis morientibus peractæ, quo sane casu eidem parochiali ecclesiæ magis proximæ associationem cadaverum eorumdem defunctorum perpetuo salvam esse volumus, atque statuimus. Cumque propterea cadavera eorundem defunctorum in regiis palatiis, ac territoriis separatis prædictis tumulanda sint in dicta parochiali ecclesia magis proxima, (quod tamen locum sibi vindicare poterit, et debebit, sive morientes eligant ibidem sepolturam, sive absque ulla sepulturæ electione decedant) Quoties electio sepulturæ in aliena parochia sequatur tam tumulationis, quam associationis jura memoratæ ecclesiæ magis proximæ debita esse sancimus et mandamus. Pro cujus executione a vice parocho, et ministris novæ parochialis cadavera eorundem defunctorum consignanda erunt vice parocho et beneficiatis parochialis ecclesiæ magis proximæ, in januis plateæ princi-

palium regiorum palatiorum a quo sane loco juxta disposita in præfatis literis ejusdem Benedicti prædecessoris funebrem cantum, et exequias incohandas esse volumus, et jubemus; cappellanos demum, cantores, aliosque actu majestati tuæ inservientes, ac dotem habentes, sive stipendium consequentes a regia cappella in parochialem erecta, in eorum causis demptis tantummodo beneficialibus in memoratis literis ipsius Benedicti prædecessoris exprefse exceptis, foro passivo frui, et gaudere decernimus, et mandamus. Decernentes ipsas literas etc. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die 8. aprilis 1777. pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 8. maii 1777. Anno III.

CXXVIII.

Nova commissio unionis ordinis sancti Antonii Viennensis cum Hierosolymitano ordine, ac nonnullæ concessiones, et declarationes ad utriusque ordinis connexionem opportunæ.

Pius Papa VI.

Pius episcopus servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Apostolicæ providentiæ ratio postulat, ut ad feliciorem procurandum rerum concessarum, eventum submovendasque quaslibet dubitandi causas aliquibus juxta supplicum vota immutatis, quæ præscripta erant utilius, et apertius demandare, pariterque nova beneficentiæ dona impartiri curemus.

Tenor aliarum literarum ad eumdem effectum expeditarum.

§. 2. Nuper quidem post maturum particularis congregationis quinque venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium consilium Nobis præstitum per alias Nostras literas sub datum videlicet apud sanctum Petrum decimo sexto kalendas januarii pontificatus Nostri anno secundo, prævia confirmatione conventionum inter ordinem Hierosolymitanum, ac alium sancti Antonii de sancto Antonio Viennensi denominatum initarum, quibus Hierosolymitano ordini gravibus de causis ordinis sancti Antonii professores in comitiis generalibus se se dederant, illos ad Hierosolymitanum ordinem in gradu fratrum cappellanorum transtulimus, atque utrumque ordinem insimul univimus, ut in futurum pro tempore existentes Hierosolymitani ordinis magnus magister ordinibus sic unitis præesset, et usque tunc ordinis sancti Antonii professores tamquam fratres cappellani servientes curæ, gubernio, et jurisdictioni ipsius magni magistri in omnibus, et per omnia subessent, prout eatenus eorum abbati generali suberant, illique tamquam membra capiti obedirent, ac viginti sex ejusdem ordinis sancti Antonii monasteria, domus, commendas, præceptorias, et alia loca quomodolibet nuncupata in Galliarum regnis sita cum omnibus illorum membris, granciis, fundis, dominiis, proprietatibus, fructibus, redditibus, proventibus, et bonis, ac semoventibus, bibliothecis, juribus, actionibusque universis, nec non ecclesiis, non tamen parochialibus ad ordinem sancti Antonii eatenus spectantibus, una cum earum sacris suppellectilibus ipsi ordini sancti Joannis Hierosolymitani perpetuo addiximus, anneximus, et incorporavimus. Quo vero ad parochiales ecclesias ordinis sancti Antonii a præmissa unione separatas illarum naturam, statum, et essentiam omnem regularem ipsius ordinis etiam perpetuo suppressimus, et extinximus, easdemque parochiales ecclesias ad statum sæcularem sub omnimoda venerabilium etiam fratrum Nostrorum archiepiscoporum, et episcoporum, in quorum diœcesibus respective sita sunt, jurisdictione, ita quod citra præjudicium aliquod eorum presbyterorum ordinis sancti Antonii professorum, qui eas tunc possidebant, illæ deinceps, et cum vacaverint, juxta canonicas sanctiones, et concilii Tridentini decreta presbyteris sæcularibus conferri deberent, etiam perpetuo reduximus, et immutavimus. Insuper expresse declaravimus, quod cum sæpedicti ordinis sancti Antonii professores in regulari statu sint permansuri, et singulorum substentationi satis consultum sit, nullumque idcirco ex bonis ante regularem professionem patrimonialibus, vel alias ratione sanguinis ipsis delatis alimenta petendi jus ipsis competere posset.

§. 3. Præterea eisdem venerabilibus fratribus Nostris archiepiscopis, et episcopis, nec non dilectis filiis abbatibus jurisdictione quasi episcopali pollentibus, in quorum diœcesibus, ac respective territoriis monasteria, ecclesiæ, aut bona quæcumque ordinis sancti Antonii, ut præfertur, uniti sita sunt, injunximus, Jura episcoporum super monasteriis in singulis diœcesibus existentibus.

et præcepimus, ut ipsi tamquam a Nobis, et ab apostolica Sede delegati Nostras literas solemniter publicantes, Hierosolymitanum ordinem, et pro eo legitimos procuratores in veram, realem, et actualem possessionem monasterii Viennensis, præceptoriarum, ecclesiarum, et bonorum quorumcumque ordinis sancti Antonii in Galliarum regnis, ut præfertur, consistentium juxta earumdem literarum seriem immitterent, eique in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes facerent auctoritate Nostra ipsas literas, et in eis contenta quæcumque ab omnibus, ad quos spectat inviolabiliter observari, contradictores quoslibet cujuscumque status, ordinis, vel præeminentiæ fuerint per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, et legitimis super his habendis servatis processibus, sententias, censuras, et pœnas ipsas etiam iteratis vicibus aggravando, invocatoque pariter ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio, prout inter cætera in eisdem Nostris literis contenta plenius exprimitur.

Preces porrectæ pro consequenda declaratione præcedentium literarum.

§. 4. Cum autem Nobis modo nomine dilecti filii Nostri nobilis viri Hierosolymitani ordinis magni magistri novæ oblatæ fuerint preces, atque præsidium suum denuo præstans carissimus in Christo filius Noster Ludovicus Galliarum rex christianissimus efficacissima officia sua erga Nos adhibuerit, ut nimirum ea, quæ in præmissis Nostris literis statuta sunt, ut infra, declarare, nec non quædam alia ad feliciorem utriusque ordinis connexionem edicere, et statuere, præcipue vero, ut earumdem literarum cunctis archiepiscopis, et episcopis, nec non abbatibus, ut præfertur, delegatam executionis commissionem antequam eædem literæ alicui fuerint, prout minime fuerunt præsentatæ, aliis injungere dignaremur. Etenim sicut accepimus, si in quibuslibet, in quibus ordinis sancti Antonii sita sunt monasteria, domus, commendæ, præceptoriæ, vel bona quæcumque eorumdem regnorum diœcesibus publicatio ipsarum literarum, et exequutio expleri deberet, plurimis, gravibusque curis, et solicitudinibus Hierosolymitanus ordo obnoxius foret, actorum in immensum augeretur numerus, atque in eam rem sumptus magni insumerentur. Cumque uterque ordo jamdiu a quorumvis ordinariorum jurisdictione fuerit penitus exemptus, et apostolicæ Sedi immediate subjicia-tur, si absque eorumdem ordinariorum opera ipsis literis executio impertiretur minime læsa eorumdem jurisdictio haberi poterit.

Tenor declarationum.

§. 5. Nos itaque singulis, quæ a Nobis modo expetita sunt variationibus, et declarationibus, novisque concessionibus serio perpensis, signanterque causis, ut supra, expositis, ut priorem executionum literarum alias demandaremus, atque animo reputantes vota ejusdem Ludovici regis, qui haud minorem, quam regii sui prædecessores fovet studium de catholica religione benemerendi eo collimare, ut exoptata unio illa concordia, et tranquillitate suum tandem sortiatur effectum, qua in florentibus ipsius regnis, et dominiis ejus subditi gaudent, quam libenter eisdem votis morem gerimus, et enixas ipsius magni magistri preces benigne adimplere non detrectamus.

Conceditur ordini s. Joannis Hierosolymitani monasterium Viennense.

§. 6. In primis igitur commissionem priores Nostras literas exequandi ipsis archiepiscopis, et episcopis in Galliarum regnis uti a Nobis, et ab apostolica Sede specialiter deputatis attributam propter expositas Nobis rationes penitus, et omnino immutantes, ac de medio tollentes, perinde ac si in prioribus Nostris literis minime fuisset singulis venerabilibus fratribus Nostris archiepiscopis, et episcopis in Galliarum regnis, ac dilectis filiis eorum vicariis, et officialibus in spiritualibus, generalibus, nec non abbatibus jurisdictione quasi episcopali pollentibus, ac cathedralium ecclesiarum dignitatibus, et canonicis, aliisque personis in ecclesiastica dignitate constitutis earum Nostrarum literarum serie committimus, injungimus, et mandamus, ut ipsi, vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios in simili ecclesiastica dignitate constitutos, seu constitutum specialiter ab eis, vel eo eligendos, seu eligendum priores, et præsentes Nostras literas legitime, ut moris est, solemniter publicent, seu publicet, et promulgatis utriusque ordinis incorporatione, et conditionibus, quibus illa peracta fuit, ordinem sancti Joannis Hierosolymitani, ac pro eo legitimos ejus procuratores in veram, realem, et actualem monasterii Viennensis, simulque omnium domorum, commendarum, præceptoriarum, ecclesiarum, non tamen parochialium, membrorum, et bonorum quorumcumque cujuscumque sint conditionis, et naturæ ad ordinem sancti Antonii hactenus pertinentium, et in Galliarum regnis existentium immittant, seu im-

mittat, immitti faciant, seu faciat, atque eis efficacis dafensionis præsidio assistentes, seu assistens easdem priores Nostras literas juxta tamen præsentas ab omnibus, ad quos spectat, auctoritate Nostra inviolabiliter observari mandent, seu mandet; contradictores quoslibet cujuscumque status, ordinis, et præeminentiæ fuerint per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita, compescendo, ac legitimis super his habandis servatis processibus, sententias, censuras, at pœnas ipsas etiam iterata aggravando, invocatoque pariter ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio.

Conceduntur æque cuncta alia loca, quæ fuerant unita monasterio s. Antonii.

§. 7. Porro ad alia modo expetita progredientes, cum sicut accepimus, monasterio sancti Antonii Viennensis prioratus sancti Antonii Marnantii vulgo Marnans denominatus alias a prædecessoribus Nostris auctoritata apostolica perpetuo fuerit unitus, ac forsan alia monasteria, præceptoriæ, prioratus, commendæ, aliaque loca in Galliarum regnis, quæ antea vel sancti Benedicti, aut aliorum regularium ordinum erant variis temporibus, diversisque ex causis a prædecessoribus Nostris eidem ordini sancti Antonii unita comperiantur, na ob connexionem sancti Antonii cum Hierosolymitano ordine hæsitari contingat, peractas antea uniones resolutas fuisse, per præscutas expresse declaramus, tam illud sancti Antonii Marnantii, quam quæcumque monasteria, præceptorias, prioratus, commendas, aliaque loca olim quorumvis aliorum ordinum in connexiona utriusqua ordinis comprehendi, et quatenus opus sit, extincta, et abolita eorumdem monasteriorum, præceptoriarum, commendarum, prioratuum, aliorumqua locorum in ipsis regnis primæva regulari qualitate, nullaque ratione habita causarum propter quas ordini sancti Antonii fuerant, ut præfertur, unita illa modo, et ex intagro Hierosolymitano, et sancti Antonii unito ordini auctoritate Nostra unimus, annectimus, et incorporamus.

Consulitur personis qui ordini s. Antonii nomen dederant.

§. 8. Insuper, ut ii, qui ordinis sancti Antonii nomen dederant, at illum profitentes provectam assecuti sunt ætatem, habeant quoque aliquem honorificentiæ gradum, ad quem juxta merita, et labores adspirare valeant præcipimus modo, at statuimus, ut ambæ præceptoriæ da Ruffers, et da Perpinian, quæ in sextodecimo ex enunciatis articulis, durante uniusque, qui modo moderantur, præceptoris vita, illis præservantur, deinceps et iis cedentibus, vel decedentibus una ex altera præcaptoriæ aliis ejusdem ordinis sancti Antonii professoribus presbyteris in ordinem Hierosolymitanum adlectis, quamdiu vel unus superstes reperietur a dilecto filio abbate hactenus generali ordinis sancti Antonii quoad vixerit, conferri dabeant, eodem vero abbate generali defuncto, ordo Hiarosolymitanus suparstites, qui erunt, presbyteros jam ordinis sancti Antonii alumnos iis præceptoriis pro tempore vacantibus recta agendi rationa præficiet. Qui autem eisdem præceptoriis pro tempore erunt moderaturi quemadmodum decet onera consueta subira, legata adimplere, ædes restaurare, prædia colere, et servare teneantur, atque ad effectum hujusmodi visitationi, et ordinationibus Hierosolymitani ordinis subjecti sint.

Præstituitur congrua parochialis juxta taxam synodalem in parœciis sæcularibus erigendis

§. 9. Præterea cum in eisdem articulis sub numero nono, parochiales ecclesiæ sancti Antonii a præmissa unione exemptæ fuerint, atque ad sæcularem statum redactæ, neo non integrum onus eorumdem parochorum substentationi consulendi ab ordine Hierosolymitano in se susceptum noscatur, ideo per priores Nostras literas expresse demandavimus illas sæcularibus presbyteris juxta canonicas sanctiones cum omnibus earum respectivo bonis, redditibus, annuisque assignationibus, prout in enunciato articulo cautum erat, esse conferendas. Ne autem in dubium revocetur, Hierosolymitanum ordinem ad traditionem teneri bonorum, quæ cujuslibet parochialis ecclesiæ propria censeri possent, neve animorum dissidium aliquod suboriri contingat, antaquam præfigatur quam summam onus ab ordina Hierosolymitano susceptum pertingere debeat, præsentium literarum vigore expresse declaramus, ac etiam statuimus, et præcipimus cuilibet ex futuris parochis parochialium ecclesiarum ad sæcularem statum redactarum Hierosolymitanum ordinem non quidem ad traditionem omnium bonorum teneri, sed quatenus vellet ultro illam, vel illarum partem aliquam tradere posse, verum quod compertum, absolutumque habendum erit illum ad annuam præstationem in summa juxta taxam synodalem, probatamque consuetudinem un'uscujusqua diœcesis parochis ipsis pendendam obnoxium fore.

Declaratur quo modo professores ordinis s. Antonii exigere possint

§. 10. Ita quoque ad consulendum ordinis sancti Antonii professorum in Hierosolymitanum ordinem adscitorum indemnitati, quamvis ipsis jus aliquod

limenta ex bonis patrimonialibus, vel ratione sanguinis.

alimenta petendi ex bonis ente regularem professionem patrimonialibus, vel alias ratione sanguinis sibi ipsis delatis minime competere declaratum fuerit, nihilominus præmissæ declarationi adiicimus, eam fuisse, et esse animi Nostri sententiam, ut nil officeretur iis annuis assignationibus, quas ii, qui ordini sancti Antonii nomen dedere ante solemnem eorum professionem super patrimonialibus bonis sibimetipsis reservarunt, quin imo illas integras, et illæsas vigere præcipimus.

Quid de privilegiis, et oneribus ordinis s. Antonii sit sentiendum præfinitur.

§. 11. Cæterum cum ob unionem ipsam uterque ordo unum corpus constituat, non ideo intendimus ordinis sancti Antonii prærogativas, et privilegia a prædecessoribus Nostris concessa deleta, vel perempta fuisse, sed illa integre permanere, et permansura decernimus, ac si utrique ordini elargita fuissent. E converso vero unitus ordo utriusque munera complectens prout in prioribus Nostris literis statuitur incumbentia onera adimpleat, ac præcipue hospitalitatem juxta primævam ordinis sancti Antonii servet institutionem, quæ ad pauperes, et egenos igne sauciatos, et tactos excipiendos, alendos, et curandos fuit ordinata, et usque modo laudabiliter servata.

Præcedentium literarum observantia demandatur in partibus in quibus nihil fuit innovatum.

§. 12. Ac damum quemadmodum ipsas Nostras literas in reliquis innovantes eas juxta tamen præsentes in omnibus exequi præcipimus, et jubamus, ita magnam in spem, fiduciamque adducimur sub ejusmodi magni magistri ordinis Hierosolymitani provido, sagacique regimine, ac validissimo ipsius Ludovici regis præsidio ex unione ipsa novum utrique ordini accessurum decus, et ornamentum.

Omne juris remedium tollitur adversus novas literas.

§. 13. Præsentes autem literas, omniaque, et singula in eis expressa, et a Nobis præscripta, declarata, et concessa nulli subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio subjacere, suosque integros effectus sortiri, et obtinere debere decernimus, prout in prioribus Nostris literis illas valere decrevimus.

Illas exequendas esse præcipitur contrariis derogatis.

§. 14. Non obstantibus apostolicis constitutionibus, et cancellariæ apostolicæ regulis, ac omnibus, et singulis, quæ in prioribus Nostris literis non obstare voluimus, ac etiam ordinum, seu congregationum, quorum prioratus sancti Antonii Marnantii, et forsan alia monasteria, præceptoriæ, prioratus, commendæ, aliaque loca existebant, quovis titulo concessis privilegiis, indultis, et literis apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque

Fides habenda transumptis.

§. 15. Volumus autem, ut earumdem præsentium transumptis etiam impressis, charactere alicujus notaril publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat, novam hanc paginam Nostræ commissionis, injunctionis, mandati, declarationis, unionis, annexionis, incorporationis, præcepti, statuti, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, septimo idus maii, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXIX.

Dat. die 22. maii 1777. Anno III.

Denunciatio obitus Josephi I. Portugalliæ, et Algarbiorum regis.

Venerabiles fratres

Proemium.

§. 1. Quoniam de prævaricatoris semine omnes nascimur, propterea omnes mortis lege constringimur; et supremus ille opifex, qui omnes de una terra plasmavit, novit qualia, et quando conterat vasa. Igitur summi, ac præpotentis Dei voluntate, et collapsæ naturæ necessitate, effectum est, ut luctuosum spectaculum vobis bodie, venerabiles fratres, cogamur objicere.

Laudes regis fidelissimi.

§. 2. Amisimus carissimum in Christo filium Nostrum Josephum Lusitaniæ regem fidelissimum. Ille molesta diuturnaque captus ægritudine oculis fidei mortem respexit, cernensque proxime jam adfuturum, qui justitias etiam judicabit, inter aliorum lamenta, et ploratus ipse non indoluit, non animo concidit; sed impense se convertit ad ea corrigenda, quæ toto regni sui tampore censuit fuisse minus recte præsumpta,

collatisque cum piissima conjuge regina consiliis, voluit, ut e custodia dimitterentur, qui diuturna oblivione inclusi detinebantur: inter quos egregius ille hierarcha fuit, quem per vim jampridem constrictum, et tamdiu eh ejus ecclesia sponsa desideratum, rex ab amaro exemit jugo: atque sacro pastorum ordini sic aliquo satisfecit honore, ut Bernardus nunc forsan repeteret:(a) *Tristitia nostra versa est in gaudium... sacerdotem Domini, in quem ausi sunt mittere manum, cum honore remittunt.* Alia quoque rex peregit, per quæ turbatam, convulsamque ecclesiarum dignitatem, et in eis levitarum munere comprehensa, in pristini status decorem restituit; hisque omnibus ostendit, quam recto fuerit corde, quantave semper religione flagraverit: dum quidquid e vetere disciplina corruptum interciderat, non adverso illi regis animo, sed nimiæ de proprio judicio diffidentiæ debet adscribi.

In extremo agone sanctæ Sedis jura magis magisque recognovit.

§. 3. Cum vero magis magisque sensus hebescere inciperet, accersiri ad se voluit archiepiscopum Petreosem hujus sanctæ Sedis in Lusitania nuncium; ab eoque extrema pontificiæ benedictionis officia recepit. Quinimmo, ut ab eo novissime gesta animo suo consentire percipiamus, asserere convenit, tacite reipsa significesse (nam vi morbi lingua captus erat) sibi probatum non fuisse quidquid septemdecim abhinc annis in alium apostolicum nuncium fuerat nefarie commissum.

Quoad vixit incrementum catholicæ religionis præ corde habuit.

§. 4. Interea dum animæ suæ prospiceret, se aliorum orationibus commendaret, veniamque deprecaretur; publicam etiam utilitatem recogitans, principi filiæ suæ ornatissimæ, quam regnorum hæredem agnovit, præclara, et numquam intermoritura præcepta tradidit, quæ typis jam evulgata, splendidiorem regionomini coronam imponunt: ut scilicet populos regeret in spiritu pacis, et lenitatis; temporalem, et æternam eorum felicitatem promoveret; divinarum legum servandarum curam gereret; veram religionem tueretur; ac semper imperium cum sacerdotio consociaret.

Obiit die 24 februarii 1777.

§. 5. His editis solidæ virtutis indubiis argumentis, rex Josephus longa infirmitate confectus, ineunte die vicesima quarta elapsi februarii ab hec sæculi contagione migrevit. Ecquis jam illustrius documentum reliquit omnibus, qui populis præsunt, ut saperent, et intelligerent, neminem posse se ab omnipotentis imperio subtrahere, anxiumque dominationis exitum exertoros, si Ecclesiæ Christi sponsæ jure comminuerint?

Hæreditatem, et regni successionem filiæ transmisit.

§. 6. Ah! si tempus extincto regi datum fuisset perficiendi, quæ ad populorum tranquillitatem, et ecclesiastici ordinis decorem jam fuit aggressus; profecto regnum a trepidetione ad jucunditatem revocasset, benevolumque subditorum obsequium sibi comparasset; sed quod ipse non potuit, a dilectissima filia perficiendum confidit. Nos item acceptis humanissimis hujus literis, quibus obitum patris, simulque regni successionem sibi delatam nunciavit, cogitatione Nostra in eam conversa, statuimus a mœstitie temperandum; certo enim scimus castæ, integræque religionis fœminam in omni posteritate futuram esse veræ virtutis exemplar. Jamque studiose inhærens monitis a genitore injunctis, alium antistitem in suam restituit Sedem; pluresque extrahi jussit magnates, sacros ministros, et cujusvis ordinis detentos homines, qui sub ærumnarum acervo a florenti ætate usque ad senectam contabuerant. Hi, statim ut in eorum conspectum prodire datum fuit, non secus ac gens nova, et populus redivivus, omnium oculos pervaserunt.

Jam conversa, et commutata Lusitanarum rerum facie, impetuque represso, quanta nunc animorum concordia, quanta populorum tranquillitas consequetur! Quæ erit imperantis celebritas! Quæ gloriæ ac felicitatis pro meritis remuneratio! Charitatis enim, atque concordiæ cupidos, et retinentes protegit, augetque mitissimus Dominus.

Fidelissima regni moderatrix unicam catholicæ fidei professionem in sui ditos admisit.

§. 7. Sed emori pietatique obrequuta, haud neglexit fidelissima regni moderatrix pro sua propense in omnem justitiam voluntate animadvertere in aberrantes ac noxios, eosque in custodiam duci jussit; quos autem a sæculi potestate novit exemptos, archiepiscopo Patrensi constringendos reliquit, ac judicandos. Hujusce porro justitiæ, ac sacrarum legum cultus sicut sine religionis firmitate exerceri non potest, ita ex regia voluntate a longinquis Lusitaniæ regionibus aures Nostras perculit illud Theodosii Augusti, suorum-

(a) *Epist. CXXXVI. Tom. 1. Oper. col. 144. Edit. Paris. A. 1690.*

qua in imperio collegarum celebratum edictum ad populum urbis Constantinopolitanæ, quo sancitum legimus: *Cunctos populos, quos clementiæ Nostræ regit imperium, in tali volumus religione versari, quam divum Petrum apostolum tradidisse Romanis, religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat.*(1) Propterca ex rebus hactenus gestis consequuturum non dubitamus, ut ab illarum ditionum finibus plurimæ ejiciantur execrabiles lucubrationes, quæ venenatas opiniones insinuant; et dominantium majestati insidiosæ, omnium fere animos errorum fœditate contaminant. Nos certe ad id piissimam reginam adhortabimur; ac omnino confidimus Nostris suasionibus animum adhibituram, prout ab ea cum ipsius indolis præstantia, animi robur, et virtutis amplitudo, tum publica regni populorumque salus videntur postulare. Cuncta Nos invicem, quæ ed illius gloriæ, ac felicitatis incrementa pertinere, atque a Nobis conferri potarunt, summa semper fide, studio, benevolentiaquo præstabimus.

Suffragia decernuntur pro expiatione animæ defuncti regis.

§. 8. Enarretis jam his carissimæ in Christo filiæ Nostræ Mariæ Franciscæ inclytis regni exordiis, speratieque progressibue, nibil profecto, ex ejus laudibus decerpi orbitramur, ai easdem magna ex parte referamus arepto regi; qui cum ipsam ad pulcberrima quæque consectanda educasset, postremis etiam illis monitis voluit ed susceptum jam virtutis cursum adhuc magis inflammare. Quam ob causam cum dulcis sit Nobis illius commemoratio, minus graviter ferendum putamus desiderium de ipso Nostrum, neque tam dolendum esse de eventu omnibus constituto, qui ad vitam caducam producimur; quam, collatis una precibus contendendum, ut, quidquid in ipso vitæ exitu eluendum illi superfuit, et expiationis tempus contrahatur, et pœnarum ardor mitigetur: *Qui adhuc vivit*, ait Leidradus Lugdunensis, (1) *consideret unde possit prodesse mortuo; quia qui mortuus est, non eget infructuoso luctu, sed fructuoso suffragio.* Quapropter et privatim nos ipsi pro defucti regis anima paternæ charitatis officium, quod nunc unicum illi reddi potest, persolvimus; et die post hanc tertia jam indicta, in pontificio Nostro sacello solemni ritu vobiscum persolvemus, ut Nostris, vestrisquo suffragiis regem mortali exutum corpore, terrenisque compagibus, misericors Dominus inter beatissimas optimorum hominum animas, in cœlestem conventum recipiat.

(1) *Leg. I. tit. I. lib. 1 cod. Justinian.*

(1) *Epist. 2. ad Soror.*

CXXX.

Dat. die 4. juna 1777 Anno III.

Dismembratio duorum conventuum provinciæ Mediolanensis tertii ordinis sancti Francisci, eorumque unio provinciæ Bononiensi ejusdem ordinis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam

Proemium.

§. 1. Quæcumque ad salutorem religiosorum ordinum, familiarumque observantiam sive inducendam, sive confirmandam, sive provehendam, tam e fundatoribus suis, quam ab instauratoribus olim provide, sapienterque statuta, atque diuturna experientia etiam proficua fuisse constat, non est ambigendum, quin eadem tot, tantisque rerum, ec temporum vicissitudinibus obnoxia sint, ut aliter, quom eb initio fuerunt, deinceps statui, atque ordinori oporteat.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Exponi siquidam Nobis nuper fecit dilectus filius modernus procurator generalis tertii ordinis sancti Francisci, quod licet duo conventus, unus nempe beatæ Mariæ virginis Lauretanæ intra, et alter sancti Antonii abbatia respectiva nuncupati extra civitatem Placentinam existentos ed provinciam Mediolenensem dicti ordinis pertineant, et ab ee modo possideantur, nihilominus, cum in maximam regularis observantiæ, et conventuum hujusmodi utilitatem cessurum fore dignoscatur, si conventus prædicti a memorata provincia dividontur, et provinciæ Bononiensi ejusdem ordinis aggregentur, atque uniantur; Nobis propterea humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor, et leges concessionis.

§. 3. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque eccle-

siasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati a dicta provincia Mediolanensi tertii ordinis sancti Francisci prædictos duos conventus beatæ Mariæ virginis Lauretanæ intra, et sancti Antonii abbatis extra civitatem Placentinam, ut præfertur existentes, illorumque ecclesias, fratres, ac bona tam mobilia, quam immobilia, nec non fructus, redditus, et proventus, jura, obventiones, et onera illis annexa, et connexa auctoritate apostolica tenore præsentium dividimus, dismembramus, et in perpetuum separamus, conventusque beatæ Mariæ virginis Lauretanæ, nec non sancti Antonii abbatis hujusmodi sic per præsentes a prædicta provincia Mediolanensi divisos, et separatos cum omnibus, et singulis illorum bonis mobilibus, et immobilibus, nec non fructibus, redditibus, et proventibus, juribus, obventionibus, ac oneribus illis annexis, et connexis eidem provinciæ Bononiensi ordinis hujusmodi auctoritate, et tenore prædictis unimus perpetuo, et incorporamus; ita ut supradicti duo conventus postquam uniti, et incorporati fuerint, omnibus, et singulis privilegiis, prærogativis, et honoribus, quibus alii conventus provinciæ Bononiensis prædictæ tam de jure, usu, et consuetudine, quam alias quomodolibet utuntur, fruuntur, et gaudent, ac uti, frui, et gaudere possunt, ac poterunt in futurum, pari modo uti, frui, et gaudere libere, et licite possint, et valeant auctoritate, et tenore similibus concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac ordinis, et provinciarum hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die quarta junii millesimo septingentesimo, septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXI.

Dat. die 25. junii 1777. Anno III.

Præscriptio regularum, quæ servari debent in promovendis clericis Melitensis diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Ea semper fuit Romanæ Ecclesiæ, summorumque pontificum prædecessorum Nostrorum solicitudo indeficiens, ut in omnibus ecclesiis longe, lateque per universum terrarum orbem diffusis omnes unum, idemque pacis, et charitatis vinculum uniret, atque devinceret. Quia vero inimicus homo inter Dominicam segetem assuevit superseminare zizaniam; hæc idem apostolica Sedes in id unum impensa sua omnia intendit studia, ut quantum in Domino potuit, evelleretur. Illud tamen non voluit magnopere non dolere, plerumque inter clerum, et populum excitata fuisse jurgia, motasque contentiones, ab iis, qui pro sui status conditione potius compescere, et extinguere debuissent.

Memorantur abusus irrepti circa admissionem clericorum ad statum ecclesiasticum non servatis præscriptis.

§. 2. Dudum siquidem accepimus non sine intimo cordis dolore in insula Melitensi plurimos irrepsisse abusus, eosque forsan originem habuisse ab excessivo clericorum numero in sortem Domini adlectorum absque ullo requi-

ptionibus; Tridentinae synodis.

sitorum examine a sacro concilio Tridentino praescriptorum; quamobrem eorumdem clericorum plurimi conjugalem statum assumebant, ut se, suaque bona fori privilegio tuerentur. Neglecta prorsus Tridentina lege in cap. VI. sess: XXIII. de reformat:, et constitutione ibidem innovata sanctae me: Bonifacii VIII. praedecessoris Nostri in cap. unic. de cleric: conjug: in VI: rem veram probavit eventus: mota quippe nuperrimis hisce temporibus populi colluvie adversus equites, et praedefunctum magnum s. religionis magistrum, occupataque arce, in ipsa non paucos admemoratos fuisse fautores clericos, qui pacis, et concordiae conciliatores esse debuissent pro certo comperimus, et ingemuimus. Hinc multiplex clericorum numerus sicuti intollerabilem reddidit magno magistro Melitensi personalem immunitatem, ita aeque intollerabilem eidem reddidit ecclesiarum, aliorumque sacrorum locorum immunitatem, unde non semel, sed iterum, ac pluries ad apostolicam Sedem delatae sunt querelae, et ad Nos novissime, ut praesentibus malis, et in dies impendentibus periculis apostolica auctoritate occurrere dignaremur.

Praecipitur neminem admittendum esse ad tonsuram nisi ad titulum beneficii, et cappellaniae respondentis taxae patrimonii esset.

§. 3. Quapropter Nos, quibus maxime cordi est, antiqua decreta ad pristinam revocare observantiam, ne in clerico abusus exoriantur, exorti vero convellantur omnino, et hospitalis etiam militiae sancti Joannis Hierosolymitani, cujus generosi milites ab omnium finibus pyratas hilariter, professo ex voto sanguine arcere conantur, nec non dilecti filii Nostri magni magistri religionis, quem summa benevolentia complectimur, ejusque saecularis fisci indemnitati consulere, ut omnis in posterum jurgiorum, litium, et aemulationum inter clerum, et saecularem potestatem praecidatur occasio quoad utramque immunitatem tum personalem, cum localem, haec quae sequuntur omnino observanda praecipimus, decernimus, et mandamus. Itaque ad coercendam in futurum clericorum licentiam in usu fori, contrahendamque ipsorum multitudinem de apostolicae auctoritatis plenitudine, et ex certa scientia innovantes, et approbantes decreta alias pro insula Melitae edita a congregationibus Concilii, et Immunitatis ea observari expresse praecipientes in omnibus, in quibus praesentibus Nostris literis non adversantur districte jubemus, ut nullus ad primam tonsuram promoveri possit, nisi ad titulum beneficii, vel cappellaniae perpetuae, quorum fructus, detractis oneribus, medietatem saltem aequent taxae in dioecesi constitutae pro eorum patrimonio, qui ad sacros ordines sunt promovendi.

Taxa synodalis ampliatur ad ducatos octaginta.

§. 4. Quia vero non ignoramus taxam patrimonii sacri perexiguam esse in dioecesi Melitensi vix ascendentem ad ducatos quadraginta quinque, qui ferme pro medietate decrescunt a ducatis Neapolitanis, clericorum indigentiae, et decori providere volentes, mandamus venerabili fratri Nostro episcopo Melitensi, ut cum dilecto filio in insula inquisitori taxam patrimonii pro sacris ordinibus ad medietatem pro prima tonsura a ducatis quadraginta quinque plusve, minusve ad ducatos octaginta Meliteoses adaugeant. Sedulo tamen vigilent, curentque maxime, ne consanguinei, universa bona clerico ordinando in patrimonium constituant, sed ita temperentur patrimoniorum constitutiones, ut ex communi asse tantum sit, reliqui pro fratribus, sororibus, aliisque, ut ex eo singuli ali, dotarive possint.

Episcopus, constituto de utilitate ecclesiae, et reporta licentia congregationis Concilii aliquos ad tonsuram promovere potest pensione adsignata respondente medietati taxae synodalis.

§. 5. Episcopus adolescentes aliquos, qui modestam indolem, et ingenium non mediocre sortiti sunt, ad primam tonsuram promovere poterit, si id Ecclesiae utile duxerit, etiam sine beneficio, aut cappellania, dummodo de utilitate Ecclesiae quandocumque constare fecerit apud congregationem Concilii, et pensionem ecclesiasticam perpetuam in promptu habeant, quae medietatem taxae in dioecesi statutae pro patrimonio sacro saltem attingat, aut integrum habeant patrimonium diligentissime ab ipso episcopo tabulis, probationibusque concludentibus confirmandum. Quod in posterum ad praecavendas fraudes, nonnisi super bonis stabilibus, et super annuis certis, seu fixis redditibus constituendum esse volumus, nec minoris sit redditus ducatorum octaginta Melitensium.

Nemo promoveri poterit, qui post decimum aetatis annum per triennium ecclesiae non inservierit.

§. 6. Praeter requisitum beneficii, cappellaniae perpetuae, pensionis ecclesiasticae perpetuae modo praedicto, aut integri patrimonii, non liceat episcopo primam ulli conferre tonsuram, nisi adolescens, postequam exegerit decimum suae aetatis annum, per triennium manserit in aliquo seminario, aut convictu ecclesiastico, aut saltem si id fieri nequeat, per triennium habitum clericalem induerit de episcopi licentia, atque in toto triennio, vel in majori saltem parte anni, in festis de praecepto cujuscumque anni ecclesiae inser-

vierit, modo, et forma sibi ab episcopo præfiniendis, supputato isto ecclesiæ servitio cum mora, quæ in seminario, aut ecclesiastico convictu trahenda fuisset. Quisquis adolescens possit, si velit, ad publicam aliquam sese conferre universitatem scholarum, at studiorum causa, imputato sibi tempore moræ in ea universitate in requisitum ad primam tonsuram consequendam. Dummodo tamen de licentia episcopi id fecerit ejus literis commendatitiis episcopo loci sistat, a quo sibi ecclesiam, cui inserviat per triennium, aut per majorem triennii partem, eodem prorsus modo, quo propriæ diœcesis inservisset ecclesiæ, adsignari postulet, hac item adjecta conditione, ut ad primam tonsuram non admittatur, nisi reportatis ab episcopo loci, in quo manserit, testimonialibus literis de vita, et moribus, in quibus etiam testimonium perhibeatur, se, quæ sibi præcepta sunt, implevisse, quibuscum poterit ordinari.

Eximuntur ab hoc onere qui ad beneficium ecclesiasticum vocati sint ex lege fundationis.

§. 7 Ab hujusmodi obligatione ii tantum excepti censeantur, qui ex lege fundationis ad beneficium aliquod, seu cappellaniam vero ecclesiasticam vacantem, sunt vocati. Hi prima tonsura poterunt initiari, quin præscriptes regulas observaverint, delationis nempe habitus clericalis, frequentiæ scholarum et sacramentorum, et triennalis ecclesiæ servitii, tametsi præfinitam ætatem non habeant, dummodo patroni nominationem, et præsentationem ad eadem deferre nequeant ultra tempus a sacris canonibus præstitutum, et dummodo beneficii, et cappellaniæ hujusmodi redditus, detractis oneribus, medietatem æquent saltem fructus patrimonii sacri juxta taxam in diœcesi constitutam.

Dum plures ad idem beneficium vocati sunt, omnes ad tonsuram sunt admittendi.

§. 8. Cum autem contingat non raro, ut ad unum, idemque beneficium aut ecclesiasticam cappellaniam multi ex testatorum voluntate sint vocati, compellaturque proinde episcopus omnes ad primam promovere tonsuram, ut omnes beneficii, et cappellaniæ ecclesiasticæ capaces officiat, unde inutilis exurgit clericorum numerus, cum beneficium, aut cappellania nonnisi uni possit conferri. Volumus ideo, ut in posterum, quoties id contigerit, quicumque, qui se ad beneficium, seu cappellaniam jus habere putaverit, congruo tempore coram ordinario sistat, qui si eum idoneum quoad scientiam, et bonos mores, omnique canonico impedimento carere compererit, literas testimoniales ejusdem favore super idoneitate ad primam tonsuram expediat, quarum vigore jus habere prætendens, etiam in concursu clericorum, causam agere valeat coram judice ecclesiastico, perinde ac si prima tonsura fuisset initiatus, quæ demum illi conferri poterit, qui in causa victor extiterit, et per judicis sententiam, beneficium, seu cappellaniam obtinuerit, reputabiturque ad hunc effectum arctatus, ut arctatorum privilegiis potiri valeat.

Tonsurati promoveri ad sacros ordines non possunt nisi sedulam deinde operam navaverint studiis, et pietatis exercitiis.

§. 9. Postquam vero prima tonsura fuerint initiati, ad sacros ordines promoveri non poterunt, nisi toto tempore, quod illam inter, et alios ordines intercedit, sedulam, diligentemque studiis, et pietatis exercitiis operam navarint. Quamobrem morari debebunt aut in aliquo seminario, aut ecclesiastico convictu, vel per majorem anni partem juxta alias præmissa ecclesiæ illi inservire, quæ ab ordinario fuerit eis adsignata, et legem implere servitii. Quod si in aliqua universitate, aut alio in loco scholarum, et studiorum causa manserint, implere omnino debebunt quæcumque supra præcepta sunt, et implenda ab iis, qui prima tonsura initiari debent.

Item evincere tenentur servasse requisita circa habitum et tonsuram.

§. 10. Omnes clerici sive in prima tonsura, sive in minoribus ordinibus constituti initio cujuscumque anni teneantur vindicis præbere documentis coram episcopo se sacri concilii Tridentini requisita servasse circa habitum, et tonsuram clericalem, aliaque omnia superius constitute, testificatione scilicet proprii rectoris, et superioris seminarii, aut convictus ecclesiastici, et quoad illos nec in seminario, neque in convictu permanentes, testificationibus parochorum, et rectorum ecclesiarum, quibus adscripti sunt, circa delationem habitus, et tonsuræ clericalis sacramentorum frequentiam, et ecclesiæ servitium; nec non testificationibus ludimagistrorum, aut lectorum circa continuationem scholarum, et studiorum, ac delationem habitus, et tonsuræ clericalis. Districte proinde episcopo præcipimus, ut in sacrario ecclesiæ cathedralie ab omnibus facile inspiciendam et commode legendam retineat appensam tabellam requisitorum numerum juxta præmissa, et clericorum nomina præseferentem, et secundum illam perpensis, libratisque testificationibus sibi a clericis initio cujuscumque anni exhibendis, quæ in propria cancellaria adservari debebunt. Eos ab albo deleat, quos requisita omnia non observasse

compererit, iis dumtaxat scriptis remanentibus, quos eadem punctim observasse constiterit. Quibus proinde quotannis fratris declarationem scriptam tradere teneatur, ut sine contentione omnibus clericalibus privilegiis potiantur. Queis nullo modo ii clerici, sive prima tonsura, sive minoribus ordinibus initiati gaudebunt, qui ob neglectam requisitorum observantiam fuerint e tabella in sacrario retinenda expuncti, et memorata episcopi declaratione destituti.

Prohibetur ne literæ dimissoriales concedantur causa beneficii, aut cappellaniæ, non nominatio facta fuerit a majori patronorum numero.

§. 11. Interdicimus ne in posterum vicarii capitulares literas dimissoriales concedant laicis, licet vere arctatis causa beneficii, aut cappellaniæ vere ecclesiasticæ, aut prima tonsura initiatis qui fuerint ob beneficium aliquod, aut cappellaniam, quæ certum ordinem requirant, præsentati, absque consensu majoris partis capituli referendo in actibus capitularibus, eliciendo per majorem partem suffragiorum calculandorum juxta morem, nec non cum expressa conditione, quod in utroque casu, qui promoveri postulat, alias a decessore episcopo non fuerit rejectus. Quod si de personis agatur, quæ vere arctatæ secundum præmissa non sunt, ejusmodi dimissoriales literæ, nec post annum quidem luctus ecclesiæ concedantur absque expressa congregationis sacri concilii Tridentini interpretis facultate.

[illegible] poenales.

§. 12. Ut autem omnia quæ hactenus in Domino salubriter constituere studuimus, plenarium suum consequantur effectum, decernimus, ut quicumque contra formam præmissarum nostrarum ordinationum, sive ad primam tonsuram, sivo ad minores, sive ad altiores ordines fuerit deinceps promotus, præter recensitas poenas ab exercitio ordinis sibi conlati perpetuo sit suspensus. Episcopus vero, qui cum ordinaverit, per annum a collationis ordinum, et pontificalium exercitio suspensus remaneat.

De fori privilegio.

§. 13. Ne vero, quas ob adauctum clericorum numerum, præcidere apostolica Nostra auctoritate intendimus, contentiones in futurum reviviscant, mandamus, ut in posterum, exceptis veris clericis, qui requisita habeat a sacris canonibus præstituta ; personis religiosis utriusque sexus, quæ propriæ religionis habitum induunt, tametsi extra claustra ex superiorum auctoritate ad necessaria munera obeunda morentur, veris, et actualibus episcopi familiaribus, cursoribus, seu, ut ajunt, alariis curiæ episcopalis, ac denique clericis conjugatis, cum infrascriptis declarationibus, qui omnes fori privilegio potiri debent, nullus alius, se a foro laico immunem esse, aut exemptum prætendere valeat. Quoad clericos autem conjugatos, qui requisita habent a concilio Tridentino præfinita ses. XXIII. cap. IV. de reform. artes mechanicas, et negotia clericali statui indignas non exercentes, ii fori privilegio gaudere quidem debebunt, sed in iis solum causis pure criminalibus, pro quibus criminaliter agitur, non autem in aliis, quæ partium interesse respiciunt, quæque in forma judicii civilis pertractantur, sicuti in omnibus aliis causis civilibus, quæ a laicis judicibus erunt cognoscendæ, et definiendæ ; qui tamen super bonis tantum executionem judicatorum peragere poterunt.

De exemptione a vinculis ob deficientiam bonorum.

§. 14. Nullus autem ex bonorum deficientia in vincula conjiciatur, sine præcedenti judicis ecclesiastici exequatur, quod non erit denegandum ; sed ut ejusdem clerici conjugati fori privilegio pacifice potiantur, jubemus, ut ipsi curent omnino quotannis legittimo coram episcopo probare, se concilieria omnia requisita servasse, ut scriptam declarationem gratis concedendam reportare possint.

Qui crimen assassinii patraverit omni fori privilegio privatur.

§. 15 Eorum vero uxores, et filii, sive constante, sive soluto matrimonio nullo prorsus gaudeant fori privilegio. Si clericus, aut quævis alia persona ecclesiastica assassinii, quod absit, crimen admiserit, si judex laicus in rei capturam perveoerit, eumque in carceribus laicalibus retineat, nomine ecclesiæ, conficiatque processum, debebit ante sententiam, ejusque executionem, declarationem judicis, et curiæ ecclesiasticæ super assassinii qualitate ab eadem vulgandam omnino præstolari, perpenso processu curiæ laicæ, servatis servandis, et audito, defensoque reo. Idaoque judex laicus intra quatuor menses judici ecclesiastico processum ipsum exhibere teneatur. Episcopus ad sui, suæque curiæ servitium docem cursores, seu alarios retinere poterit, quibus arma a legibus, et constitutionibus non interdicta deferre permittatur, dum cursoris munere funguntur, et eorum nomina describenda erunt in tabella, quæ continuo appensa retineri debebit in cancellaria episcopali in loco, e quo commode ab omnibus intervenientibus videri, et nomina descripta legi queant. Hujusmodi alarii durante officio, et exercitio quoad proprias personas fori privi-

legio gaudeant in causis civilibus mixtis, et criminalibus, pro quibus poena ultimi supplicii, aut triremium non est infligenda, et si aliquando contingat in causis cursorum a sententia episcopi esse appellandum ad Sedem apostolicam, et congregationem Immunitatis appelletur, quæ vel alios deputabit judices in partibus ad causam finiendam, vel ipsa judicium dabit, prout ei expedire videbitur.

In cancellariis episcopalibus uti præcipitur ministris clericis.

§. 16. Ad contrahendum item, quoad fieri potest, exemptorum numerum volumus, ut deinceps episcopus pro suæ cancellariæ ministris utatur clericis, quod si tales non habeat, qui obeundo muneri præponi valeant, laicis uti poterit, inter quos solus cancellarius, seu primus officialis fori privilegio, durante officio, gaudebit, et præter hunc, ac veros actuales familiares, et cursores nullus alius laicus, et quibusvis patentibus literis muniti, quocumque nomine, et titulo fori privilegio perfruentur.

Consulitur immunitati ecclesiasticæ, et eliminantur abusus.

§. 17. Sed quamvis saluberrimis hisce Nostris ordinationibus, omnibus propemodum abusibus in Melitensi diœcesi vigentibus ex multiplici clericorum numero occurrisse videamur; haud tamen satis, et illis occurrisse putamus, qui ab ecclesiarum, et sacrorum locorum immunitate originem ducunt. Cum enim plerumque scelesti, perditique homines causam facilius delinquendi ex præsenti spe confugii, et ecclesiarum proximitate desumant; idcirco, ut et crimina coerceantur, et ut in flagitiosos homines digne, ut oportet, animadvertatur de apostolicæ potestatis plenitudine sequentes regulas pro immunitate locali in posterum observandas præscribimus.

Quomodo sit procedendum in extractione reorum a loco immuni

§. 18. Si quis laicus reus excepti delicti in locum immunem confugerit instante sæculari magistratu, eum judiciis ad capturam de licentia episcopi, aut vicarii generalis extrahatur a loco immuni cum præsentia personæ ecclesiasticæ ab ipsis deputandæ, et curiæ sæculari tradatur, præstito juramento in scriptis retinendi reum nomine ecclesiæ, eumque reddendi in casu, quo ab episcopo illum ecclesiastica immunitate gaudere decisum fuerit, et reo non reddito, episcopus contra sæcularem magistratum ad canonicas pœnas procedat, veluti contra ecclesiasticæ immunitatis violatorem. Quod si postulata, modo quo supra, licentia extrahendi denegetur; liceat judici laico, absque censurarum timore, reum a loco immuni extrahere, eumque, facta, ut supra, jurata declaratione episcopo transmittenda, retinere, proviso, ne scandala oriantur.

De modo procedendi contra reos in laicales carceres detrusos.

§. 19. Reo in laicales carceres detruso, studeat judex sæcularis inter quatuor menses processum informativum super crimine omnino conficere, et episcopo exhibere, qui intra mensem super immunitate pronunciet, ecclesiastica necne reus immunitate fruatur, satque eidem erit episcopo, ut reum ecclesiastico confugio non gaudere sententiam dicat; si ad torturam indicia concurrant, statim ac episcopus reum ecclesiastica immunitate non gaudere pronuntiaverit, obligatio ab iudice laico in actu consignationis facta cessabit quæ e contra rursus modo, quo supra, facienda erit, reddendi nempe reum ecclesiæ, si iste in suis defensionibus super qualitate excepti delicti indicia purgaverit; et super hoc ipsius judicis laici conscientiam graviter oneramus. Ab ejusmodi vero episcopi judicio nullum competere recursum decernimus, præter quam si ad Sedem apostolicam, et congregationem Immunitatis deferatur, quæ si expedire videbitur, vel pro impinguatione processus, vel alterius confectione respondebit.

Enumerantur qui excluduntur a beneficio immunitatis ecclesiasticæ.

§. 20. Hi vero, qui sequuntur, nulla in posterum ecclesiastica immunitate fruantur, nimirum incendiarii, qui scilicet dolo malo, et data opera ignem injecerint, injicereve fecerint in quamcumque ecclesiam, locum sacrum, quascumque domos tam in civitatibus, et locis habitatis, quam extra sitas, in tuguria, domorum instar constructa, in armenta, vineas, sata, oliveta, sylvas, sive in quemcumque alium fundum cultum, fructiferum, arboribusque consitum. Receptatores, ii nempe, qui vi, doloque de loco ad locum, viros, ac mulieres abducunt, et custodiunt, ut pecuniis sese redimant, atque etiam ii, qui nuncio pecunias, aliaque postulant, comminata morte ni fecerint, dederintve. Quemadmodum, et qui scienter dolo malo, et nocendi animo venenum componunt, vendunt, propinant, tametsi ejus, cui propinatum est, mors sequuta non fuerit, nec forte fortuna ab eo deglutitum, sicuti grassationem mandantes, mandatum exequentes, auxilium, consiliumve dantes, præbentesque, quantumvis mors sequuta non fuerit, dummodo tamen ad actum proximum deventum sit, ad insultationem scilicet, et vulnus: similiter et grassatores, latronesque viarum tum publicarum, cum

vicinialium, etiam pro prima vice, seu primo pro crimine hujusmodi ab aliquo commisso nulla licet spoliati noxa intercesserit; qui noctu clavibus adulterinis, aliisque id generis instrumentis januas domorum, officinarum, tabernarum, promptuariorum aperiunt, aut seras disrumpunt, incendunt, aut per tecta, fracturas murorum, et fenestras intrant, totamque rerum quantitatem furantur, ut secundum juris dispositionem, at municipales sanctiones capite sint plectendi; ita et qui noctu sese falso justitiæ ministros esse jactantes ad domorum portas sibi aperiendas habitatores cogunt, intrant, furantur, vimque inferunt mulierum inibi habitantium honestati. Cædularum, et aliarum scripturarum, sacrarum ædium, publicarumque nummulariarum falsificatores, nec non ordinum quibuscumque in aliorum perniciem, et bonæ fidei detrimentum, alienam in publica nummularia depositam exigunt pecuniam, atque etiam mercatores frauda decocti, qui decoctionam simulantes in creditorum fraudem bona sua obducunt, occuluntque; thesaurarii, aliique publicæ pecuniæ recaptores furtum committentes, pro quo de jure ultimo supplicio sunt afficiendi. Ita qui alicujus nummulariæ publicæ præsunt arcæ officiales, et ministri, qui tantam auferunt pecuniam, ut pœnæ ordinariæ fiant obnoxii, nec non pignorum conservatores, omnes officiales, et ministri publicorum montium, qui pignora in ea abripiunt quantitate, ut eadem poena sint plectendi, sicuti publici arcarii universitatum, pecuniam ex arca publica detrahentes in ea summa, ob quam memorata pœna digni fiant. Majestatis Dei in primo et secundo capite; in quo quidem secundo capite, quoad personales injurias, quibus afficiuntur ministri, at officiales officii causa, ii tantum comprehensi censeantur, qui personali non verbali injuria eos inurunt, officiales, et ministros, qui justitiæ administrationi præsunt, exercantque jurisdictionem sibi a principe demandatam. Extrahentes, aut extrahere facientes reos ab ecclesia, aut quovis alio loco immuni, qui in ecclesiis, cœmeteriis, aliisque locis immunibus homicidia, membrorum mutilationes, aliaque crimina perpetrant, quæ de jure communi, vel capitis, vel triremium poena plectuntur. Ii, qui ab ecclesiis, locisque immunibus egressi eadem delicta committunt.

De iis qui abutuntur confugio, et arma

§. 21. Qui confugio abutuntur etiam pro prima vice, ab eo, jubente episcopo extrahentur, eodemque mandante, in aliam transferantur ecclesiam, quin sub pœna violatæ immunitatis a judice sæculari rei valeant in minimo molestari. Reis tamen ipsis indicetur, quod si pro altera vice confugio abutentur, episcopus ad declarationem procedet, se non amplius ecclesiastica immunitate esse potituros. Curent omnino episcopus, vicarii, aliique locorum in diœcesi ecclesiastici superiores, ut a confugientibus ad ecclesias, et loca immunia statim auferantur arma, implorato, si opus fuerit etiam auxilio curiæ sæcularis, quæ si apud ecclesiasticos superiores instet, ut ab ecclesiis quoque, locisque immunibus ejusmodi auferantur arma, facultas extrahendi cum interventu personæ ecclesiasticæ concedatur. Si denegetur, magistratui sæculari eadem extrahare liceat; et quæ ablata sunt a superioribus ecclesiasticis laico magistratui tradantur, protestatione præmissa a persona ecclesiastica facienda ad formam cap. prælatis de homicid. in VI.

deferunt in loco immuni.

De perquisitionibus faciendis in loco immuni.

§. 22. Quod si in ecclesia, aliove loco immuni perquisitio facienda sit de furto, de scripturis, de pecuniis, daque aliis rebus a contumacibus occultatis, at ad fiscum quoquomodo pertinentibus ab ejus ministris, relicito loco præciso ab episcopo, aliisque superioribus ecclesiasticis perquirendi facultas impetratur, haud quaquam ab eis denegaoda (sanctimonialium cœnobiis, et mulierum conservatoriis exceptis) eaque obtenta, perquisitio fieri poterit cum præsentia personæ ecclesiasticæ, atque inventæ res furto ablatæ, at id generis alia præmissa protestatione a persona ecclesiastica, ut supra facienda extrahi ab ecclesia poterunt, et curiæ laicæ consignari, quæ per se sola ad perquisitionem et extractionem procedere valebit, si a superioribus ecclesiasticis petita facultas denegabitur: sanctimonialium tamen cœnobiis, et mulierum conservatoriis semper exceptis.

De loco immuni, et extensione immunitatis

§. 23. Loca vero, quæ in posterum ecclesiasticæ immunitatis beneficio gaudebunt, sunt, quæ sequuntur. Omnes ecclesiæ parochiales, earumque filiales, in quibus animarum cura exercetur: aliæ vero erectæ in civitatibus, et oppidis eæ dumtaxat immunitate fruantur, in quibus sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum asservatur, prout etiam existentes extra civitates, et oppida, in quibus pariter sacrosancta synaxis retinetur. In ejusmodi autem ec-

clesiis sive intra, sive extra civitates, et oppida sitis, non ultra beneficium asyli protendatur exterius quam ad atrium muro, porticibus, scholis, januis anterioribus, et lateralibus circumdatum, nec ultra anteriorem earumdem ecclesiarum faciem, cappellæ, et oratoria in privatorum domibus extantia, turris campanariæ ab ecclesiis, ipsarumque mœnibus separatæ, horti, viridaria, aliaque ecclesiarum, religiosarumque domorum loca, quæ mœnibus non sunt circumdata, nec in clausura comprehensa, immunitate non gaudebunt, neque pariter apothecæ, et domus ecclesiarum, monasteriorum, aliarumque religiosarum habitationum parietibus hærentes quamvis internam cum ipsis comunicationem habeant, dummodo tamen clausuræ partes non censeantur, parochorum tamen domus, et eorum ecclesiasticorum, qui ecclesiarum custodiæ præsunt. Si ab ipsis non ab aliis inhabitantur, et proximam habeant interiorem cum ecclesiis communicationem sacri jure perfruantur asyli, licet per januam egressum in viam publicam habeant. In insula denique Melitensi futuris temporibus constitutiones felicis recordationis Gregorii XIV = Cum alias = Benedicti XIII = Ex quo divina disponente clementia = atque Clementis XII. = In supremo justitiæ solio = prædecessorum Nostrorum quoad homicidia, et immunitatem localem iniis, quæ Nostris hisce ordinationibus non adversantur, locum habeant.

De clericis in seminariis recipiendis.

§. 24. Verum tamen quia a corruptis nonnullorum ecclesiasticorum moribus quandoque malorum semine in laicos recidunt, ut nequeant ab ipsis exempla perspici virtutis. Idcirco venerabilem fratrem Nostrum episcopum Melitensem serio monemus, ut in clericorum seminarium omne suum impendat studium secundum dispositionem sacri concilii Tridentini sess. XXIII. cap. XVII. de reform:, in eoque nonnisi eos recipiat adolescentes, qui laudabiles mores præferant, et quorum indoles, et voluntas spem afferat, ipsis ecclesiasticis ministeriis perpetuo esse inserviturós. Quod si seminarium sufficientibus non sit ditatum proventibus, ecclesiasticos ei addicat redditus, impetrata a Nobis facultate, et si redditus applicandi ad sacram religionem pertinebunt, accedente expresso magni magistri consensu.

Interpretatio literarum in facilioribus materiis episcopo committitur, in reliquis sanctæ Sedi reservatur.

§. 25. Cupientes autem, ut omnia prorsus, quæ hactenus statuimus pro felici Melitensis ecclesiæ regimine, proque arctius servando inter utramque potestatem pacis foedere, executioni mittantur, omnisque auferatur, longiorum, quoad fieri potest, disputationum causa, mandamus, ut dubia, quæ in posterum circa præmissas ordinationes exorienter in iis, quæ facilioris sunt examinis, ac celerem postulant executionem ad venerabilem fratrem Nostrum Melitensem episcopum, ac dilectum filium in eadem insula inquisitorem, eorumque successores deferantur, quibus præsentis Nostri motus proprii omnimodam executionem perpetuo committimus et demandemus; quique simul super ipsis dubiis de jure respondebunt, eorumque decretis, omni prorsus appellatione remota, standum esse decernimus. In aliis vero gravioribus, difficilioribusque quæstionibus ad Sedem apostolicam recursum habendum esse præcipimus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 26. Decernentes ipsas præsentes literas firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissima suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque, et non aliter in præmissis omnibus, et singulis contentis in præsentibus Nostris literis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 27. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, ac individua, non autem per clausulas generales idem importantes expressio, seu quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret,

illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima quinta junii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXII.

Dat. die 26. martii 1777. Anno III.

Suppressio duorum monasteriorum ordinis Carthusianorum in Helvetia, ac unio eorumdem collegio studiorum in pago Friburgi Lausanensis diœcesis in Helvetia cum diversis pactis, et conditionibus.

Pius episcopus
servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium

§. 1. Catholicæ religionis incolumitati summopere interest, ut collegia in quibus adolescentes pietate, ac scientia imbuantur ubique locorum, maxime vero in regionibus hæretica labe infectis instituantur, et floreant. Nos igitur qui universo Ecclesiæ regimini licet immerito præsidemus, ne hoc saluberrimum opus re familiari pessumdata, ac deficiente eventu, collabi, aut inutile fieri contingat sedulo providere satagimus.

Status collegii describitur.

§. 2. Nuper quidem accepimus collegium studiorum in pago Friburgi Lausanensis diœcesis in Helvetia jamdudum institutum, et pro catholicæ religionis puritate servanda, eaque propaganda admodum opportunum postquam illius, et ecclesiæ s. Michaelis archangeli illi annexæ regimen non uni regulari cœtui personarum in communi viventium, sed singularibus ecclesiasticis personis commissum fuit in illud incidisse discrimen, ut illius annui redditus ad sustinendas assignationes, et onera, quibus modo illud gravatur impares prorsus comperiantur, et ne regiminis varietate secuta studia deficerent ex publico ærario cui jam collegium illud ex vetusto jure in conspicua summa debitor censebatur necessarii hausti sumptus usque modo fuere suppeditati.

Preces porrectæ pro suppressione monasteriorum ordinis Carthusianorum.

§. 3. Quare a dilectis filiis Sculteto senatu, et majori consilio Friburgi, qui ab assiduo ad supplendas impensas onere sese nimis gravatos sentiunt primum rec. me. Benedicti pp. XIV. prædecessori Nostro, et deinde Nobis quam enixæ oblatæ fuerunt preces, ut idem collegium ad jugi tandem, et perenni providentia fulciendum ex duobus monasteriis ordinis Carthusiaorum in eorum ditione sitis, uno videlicet = Vallis Sanctæ = et altero = Partis Dei = respective denominatis alterutrum arbitrio Nostro ad sensum dilecti etiam filii prioris generalis ejusdem ordinis, ut illius bona studiorum collegio addicantur supprimere dignaremur.

Laudatur consilium, et illius prudentia commendatur.

§. 4. Quæ cum ita se habere non ambigamus, et pro pastoralis officii Nostri debito perpendentes quentum intersit, ut in regione catholicorum a populis diversæ religionis circumspecta studiorum servetur collegium, ac optime sit habilibus instructum præceptoribus, qui veras doceant docrinas, ne forte juvenes ad proximas acatholicorum scholas cum maximo errores audiendi periculo sese conferendi causam arripiant: aliisque deficientibus mediis, quibus præmissa onera subiri queant, et Ecclesiæ ministri sustentari, oblatis propterea precibus annuendum fore animo reputavimus, et audito ipso priore generali intelleximus, eum in votis habere, ut monasterium = Partis Dei = danominatum, utpote sub cœlo salubriori, et loco minus aspero, et injucundo situm superstes servetur.

Deputatio executoris literarum apostolicarum.

§. 6. Indubiam igitur spem foventes in Domino cujus est errantes in unum ovile cogere, et dispersiones Israelis congregare, quod bene instructo, quin imo aucto illic studiorum collegio, ii, qui orthodoxa dogmata, et scientias in illo percipient doctrina catholicæ Ecclesiæ, quæ est columna veritatis corroborati alios, atque alios quoque erunt lucraturi; ideo monasterium ordinis Carthusianorum = Vallis Sanctæ = nuncupatum, ejusque titulum, et qualitatem regularem ipsius ordinis illud ab omni subjectione, et superioritate pro tempore existentis prioris generalis ejusdem ordinis penitus, et omnino eximentes, et sejungentes una cum ecclesia, domo regulari, omnibusque et singulis bonis, juribus, actionibus, creditis, ac etiam substitutionibus, ita quod supra ecclesiam, domum hactenus regularem, et bona, jura, actiones, credita, ac etiam substitutiones, et in illis singulis nullum amplius jus ordini Carthusianorum com-

petat ad infrascriptos effectus apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium in perpetuum supprimimus, et extinguimus.

§. 6. Quoniam vero haud alias quam ut in meliorem usum bona, et proventus convertaremus ad hæc peragenda fuimus fore impulsi, ideo ad rem juxta mentem Nostram in singulis suis partibus perficiendam venerabili fratri Nostro Joanni Baptistæ archiepiscopo Iconiensi Nostro, at epostolicæ Sedis apud pagos Helvetiorum catholicos nuntio per præsentes committimus, et mandamus, ut ipse Nostro, et apostolicæ Sedis nomine veram, realem, et actualem possessionem ecclesiæ, domus, bonorum, et rerum omnium mobilium, et immobilium modo suppressi monasterii = Vallis Sanctæ = una cum illius juribus adipiscatur, ac fidelem, et legalem descriptionem omnium bonorum, et rerum confici curet. Quibus expletis ipsos ordinis Carthusianorum professores, qui in modo suppresso monasterio mansionem habebant, ad alia monasteria illis ab eodem Joanne Baptista archiepiscopo, et nuntio cum consensu prioris generalis presenti assignanda relictis eorumdem professorum particulari usui libris, et rebus mobilibus, conclavimque incolebant decentar transferat, expensas vero ad hoc quomodolibet opportunas ab studiorum collagio subministrandas asse præscribat, et de facto ab illo subiri faciat.

Concessio ecclesiæ, et bonorum suppressorum monasteriorum favore Sculteti, senatus, et consilii.

§. 7. Porro ecclesiam illius monasterii = Vallis Sanctæ = Omnipotenti Deo in honorem s. Andreæ apostoli dicatam, nec non ædificium, claustrumque Carthusiam constituens, ac etiam bibliothecam, et communia suppellectilia monasterii, nec non partem aliquam suppellectilium, et vasorum sacrorum etiam ex argento, quæ ipse Joannes Baptista archiepiscopus ad decorem ecclesiæ duxerit convenientia, cum hoc tamen quod divinus in illa cultus saltem diebus festis servetur ipsis Sculteto, et senatui, ac consilio auctoritate Nostra in perpetuum concedat, et elargiatur. Præterea quoddam creditum, aire credita, quæ extra territorium Friburgense ad monasterium Vallis Sanctæ competere asseritur, una cum eorum fructibus decursis, et non solutis in eosdem Scultetum, senatum, et consilium auctoritate etiam Nostra transferat, ita quod ex juribus monasterii suppressi ipsi Sculteto senatui, et consilium credita hujusmodi tamquam publici ærarii effecta illa non modo, sed etiam fructus decursos, et non solutos rita exigere queant, et valeant, utque ad effectum hujusmodi omnia authentica documenta credita præmissa concernentia Sculteto, senatui, et consilio prædictis tradenda erunt, e converso vero pro parte ipsorum Sculteti, senatus, et consilii cedi debeat in favorem ejusdem collegii studiorum quoddam partim vetustum publici ærarii creditum viginti mille coronatorum illarum partium monetæ, et quodcumque aliud creditum adversus idem collegium prætensum, cessum, et extinctum censeatur sumptibus quoque ejusdem ærarii sustentari debeat quidam ordinis Carthusiani professor cognomine Moret, qui modo est mente captus, atque ad id ærarium teneatur usque ad expletam illius curationem.

Consulitur indemnitati monasterii Partis Dei.

§. 8. Ad consulendum autem indemnitati elterius monasterii = Partis Dei = denominati, ac etiem in illius profectum idem Joannes Baptista archiepiscopus, et nuntius omnes vineas, quas in territorio, et ditiona Bernæ suppressum monasterium Vallis Sanctæ possidebat, cum hoc tamen quod expensis monasterii Partis Dei sustentari debeant ii ordinis Carthusiensis professores, qui ex suppresso monasterio alio translati fuerint, ac etiam supranominatum Moret si convaluerit, exceptis ex ipsis prout infra duobus eidem monasterio Partis Dei simili auctoritate perpetuo uniat, annectat, et incorporet, eidem pariter monasterio Partis Dei illa concedat, at tribuat sacra supellectilia, et vasa ecclesiæ cujuscumque speciei, et qualitatis, quæ in suppresso monesterio non duxerit relinquenda.

Dispositio subsidii favore episcopi Lausanensis.

§. 9. Satis tamen apostolicum ministerium Nostrum explevisse minime videremur, nisi atiam modo venerabili fratri Nostro episcopo Lausanensi post cuique cognitas bonorum ejus mensæ passas jacturas aliquod quamvis impar compararemus subsidium. Ipsi propterea Joanni Baptistæ archiepiscopo præcipimus, ut redditus, et annuos proventus in pecunia numerata consistentes, qui ad suppressum modo monasterium pertinent, et juxta regionis idioma denominantur = Rentes constituus = aut Constitutions de Rentes = mensæ episcopali Lausanensi in ipsius, et pro tempore existentis episcopi Lausanensis substentationem auctoritate Nostra perpetuo cum infrascripto tamen temporali onere applicet, et appropriet; ac curet, ut eidem moderno episcopo scripturæ omnes et publica documenta, redditus, et pro-

ventus hujusmodi concernentia tradantur io episcopali archivio servanda; onus autem erit ejusdem episcopi aonuam præstationem sexcentum librarum monetæ Galliarum, vel aliam summam ipsi Joanni archiepiscopo benevisam duobus ex ordinis Carthusianorum professoribus usque modo in suppresso monasterio degentibus, et ab eodem Joanne Baptista archiepiscopo designandi, donec illi, et alteruter naturaliter vixerit absque exceptione aliqua persolvere, et effective submioistrare.

Dotatio collegii studiorum

§. 10. Jam vero præscriptis iis, quæ ad feliciorem totius negotii exitum conducere cognovimus, modo ad præcipuum finem nimirum collegii studiorum dotatiooem solicitudinis Nostræ opus convertentes ipsi Joanni Baptistæ archiepiscopo, et nuntio præcipimus pariter, et mandamus, ut omnia, et singula superextaotia bona, prædia, alias vioeas, domus, caoones, census annuos, quascumque præstationes, credita si quæ sunt, præter ea quæ publico ærario, ut supra, cedenda esse disposuimus, et assensi sumus, actiones, jura etiam succedendi, substitutiones quoque, et alia quæcumque jura ubique locorum existentia usque modo ad monasterium Vallis Sanctæ per præsentes suppressum, et ab eo, ejusque priore, et ordiois Carthusianorum professoribus prætensa cum infrascriptis tamen, ut infra, præscribendis oneribus, et obligationibus eidem studiorum collegio in illius dotis augumentum præsentium Nostrerum literarum vi perpetuo pariter uniat, annectat, et incorporet, atque ejusdem collegii moderatoribus libros, scripturas, et documeota quæcumque bona, et jura unita concernentia tradat; onera autem necessario subeunda ea erunt, ut præcipue legata pia etiam celebrationis missarum, si quæ sint, ut antea adimpleantur sumptibus siquidem collegii duobus concionatoribus uni videlicet Gallicæ, in propria ecclesia s. Michaelis, et alteri Germanicæ nationum in collegiata ecclesia s. Nicolai ejusdem pagi solitum honorarium impendi debeat.

Ampliatio cathedrarum in eodem collegio.

§. 11. Item præter scientias, quæ actu in eodem collegio edocentur, duæ aliæ eddi debeant cathedræ, una nimirum sacræ Scripturæ; et altera ecclesiasticæ historiæ, ad quas sustinendas si antecessor vere idoneus reperiretur, unieidemque personæ tribui possent: sin minus duæ distinctæ eligantur personæ. Ita quoque ad hoc, ut deficientibus præceptoribus alios subrogandos dessa minime contingat, juge erit collegii onos duos juvenes ad percipiendas scientias idoneos, et clericali saltem charactere insignitos ad publicas Germaniæ, et Galliarum studiorum universitates mittere, eisque alimenta congrue suppeditare, ut scientiis, et idiomatibus instructi alios postquam redierint docere valeant.

Mandatum favore nuntii apostolici relatum, ut omnia libere disponere valeat.

§. 12. Ceterum ne aliquod in actu executionis præsentium suboriator dubium eidem Joanni Baptistæ archiepiscopo et nuntio, cujus in Domino plenam fovemus fiduciam omnem tribuimus facultatem, ut ipse pro sui prudentia præmissa gerens, agat quidquid etiam juxta contingentes circumstantias duxerit disponendum, atque præsentes literas solemniter publicans, faciat illas, omniaque, et singula in eis cootenta ab omnibus integre observari, illosque, quorum favorem concernunt, iis pacifice frui, et gaudere, oon permittens eos a quoquam indebite molestari, contradictores quoslibet per opportuna juris, et facti remedia, ac etiam censoras appellatione postposita compescendo.

Tollitur omne juris remedium quod implorari possit ad subvertendam literarum efficaciam.

§. 13. Præsentes antem literas, et io eis contenta quæcumque nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, etiam ex eo quod causæ propter quas præsentes emanaverint sufficienter adductæ, et verificatæ, vel quicumque circa præmissa interesse habentes, vel habere prætendentes ad id vocati, citati, et auditi ooo fuerint, aut quocumque alio defectu etiam substantiali notari, impugnari, limitari, modificari, in jus, vel controversiam vocari, ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus unquam posse; sed semper, et perpetuo firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque pleoarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et e converso ab illis ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum etiam inviolabiliter observari debere, neque illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum generalibus revocationibus, limitationibus, suspensionibus, aliisque contrariis dispositionibus pro tempore factis, vel faciendis numquam comprehendi, sed semper ab illis excipi, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii Nostri apostolici audito-

res, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuntios, sublata eis quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, at definiri debere, et quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de unionibus, et suppressionibus committendis, vocatis quorum interest, et de exprimendo valore bonorum ecclesiasticorum tam uniendorum, quam illius, cui uniri petitur, et quatenus opus sit de jure quæsito non tollendo, ac Lateranensis concilii postremo celebrati suppressiones, et uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in universalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis Carthusianorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis eidem ordini Carthusianorum, ejusque superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie forsan in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut etiam aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret eorum tenores, ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata inserti foret eisdem præsentibus pro insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum tantum latissima, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat præsentium Nostrarum literarum serie derogamus, contrariis quibuscumque. Volumus autem quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis charactere alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 16. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ exemptionis, sejunctionis, suppressionis, extinctionis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei; ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, decimo sexto kalendas martii, Pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXIII.

Dat. die 5. julii 1777 Anno III.

Hortatio, ut capitulum utatur jure sibi competenti eligendi episcopum a sancta Sede confirmandum.

Dilectis filiis capitulo et canonicis cathedralis ecclesiæ Olomucensis.

Pius PP. VI.

Dilecti filii salutem et apostolicam benedictionem

Quum, quæ suscepta jam pridem fuerant ad istius amplissimæ diœcesis utilitatem consilia, nunc ad exitum vergant, damus has ad vos literas, dilecti filii, ut vobis significemus cupere Nos ne amplius vestro eligendi episcopo jure uti differatis, a cujus juris usu, literarum vigore, quas prædecessor Noster mense junii anni 1775 ad vos dedit, hactenus opportune vos retinuistis. Necessariam, quæ intercessit, moram solicitudine jam, ac diligentia vestra pensata, constitutaque comitiorum die, eum vobis per canonica suffragia de more designate episcopum, quem Nos simus Nostræ, et apostolicæ hujus sedis judicio perlibenter approbaturi. Vos ipsi pro vestra prudentia optime cognoscere potestis, qualem, quamque præstantem pietate, virtute, ac religionis studio antistitem hæc tempora præcipue a vobis exigant, atque expectent; et si istius diœcesis fines

pascendo Dominico gregi multo, quam antea erant, in posterum accomodatiores, atque hac ex parte expeditior episcopatus cura, non minus tamen nunc potissimum summa in ipso esse debebit sedulitas, ac vigilantia, summa in custodiendis commissis sibi ovibus fides. Vestrum itaque jam est nunc maxime declarare, omnibus sepositis humanis affectionibus, vos ad divinam promovendam gloriam unice conversos esse, eumque in modum pristinum vestram laudem tueri, ac etiam amplificare, et apud Nosmetipsos, qui id Nobis amplissime de vestra sapientia pollicemur, et apud augustissimam imperatricem reginam, cujus nunc maximæ, potissimæque sunt de istarum animarum incolumitate cogitationes ac curæ. Ac ut divini Spiritus afflatu electionem vestram moderemini, cœlestis gratiæ auspicem vobis, dilecti filii, universoque capitulo vestro, apostolicam benedictionem peramanter impartimur. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris, die quinta julii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 17. julii 1777. Anno III.

CXXXIV.

Dismembratio nonnullorum locorum a diœcesi Ariminensi, eorumque subjectio ecclesiæ Cæsenatensi.

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Grave nimis cum sit etiam angelicis humeris formidandum episcopale onus ad illud aptius ferendum valde noscitur expedire circa quamlibet episcopalem sedem, ita diœcesim adhærere, ut illius pars potius quam ei a quo longius distat limitropho subsit episcopo; hac enim servata propinquiorum locorum assignatione, qui in partem apostolicæ solicitudinis Nostræ sunt vocati, promptius in animarum salutem curam, industriam, et labores suos impendunt, atque uberes in agro Domini eis attributo fructus procurare non desinunt. Quare Nos summa divina bonitate universali præsidentes Ecclesiæ, ut felici, ac expedito populorum spirituali regimini consulamus juxta occurrentes opportunitates hasce diœcesum assignationes unicuique episcopali sedi accomodare non omittimus.

Ratio praecipiendæ dismembrationis.

§. 2. Compertum quidem, exploratumque Nobis est ecclesiæ Ariminensis diœcesim late patentem quam plura oppida, terras, et loca incolis referta complecti, cumque eorum nonnullæ pareciæ, aliæque ecclesiæ una cum publicis oratoriis a civitate Ariminensi plura per milliaria sint dissita, verum civitati Cæsenæ, quæ, ut verbis felicis recordationis Sixti pp. V. prædecessoris Nostri utamur, felicem Nostris dedit ortum natalibus, ita proximæ sint, et fere adjacentes, ut ad illam, quæ remotior est circiter duarum horarum spatio commode possit accedi. Animo propterea reputavimus, quod ea diœcesis pars si Cœsenatensi attribueretur antistiti, cui admodum angusta subest diœcesis magis apposita in ea regione locorum esset distributio, ad hoc, ut cuique præsuli datum sit pastorali suo muneri facilius incumbere, et animarum rectores, clerus quoque, ac populus in spiritualibus, temporalibusque indigentiis quovis anni tempore ad proprium patrem, et judicem absque gravi incommodo confugere valeant.

Tenor dismembrationis, et exemptionis a jurisdictione episcopi Ariminensis.

§. 3. Nos igitur vacante modo Ariminensi episcopali sede, antequam novus a Nobis ordinetur episcopus, ita diœcesim futuro præsuli committendam aptare intendimus, ut quampluribus Ariminensi ecclesiæ remanentibus conspicuis, et uberis redditus paræciis, qui fidelis mysteriorum Dei dispensator erit demandandum munus apprime valeat exercere, atque illius opera magis, magisque in illa diœcesi divinus augeatur cultus, animarumque salus adjuvetur: motu idcirco Nostro proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine in primis sæcularem, et forsan insignem collegiatam, quæ etiam parochialis est sancti Christophori oppidi Longiani et in illius territorio sancti Apollinaris archipresbyteratum nuncupatum Montis Galli, et sancti Andreæ etiam archipresbyteratum nuncupatum de Barignano cum ei annexa sanctæ Mariæ de Massa Teonistæ abbatiam nuncupatæ prope Rigossam a pro tempore existentibus ca-

pitulo et canonicis ecclesiæ Ariminensis dependentem, et in alio territorio sancti Petri Montis Novi filialem dictæ collegiatæ ecclesiæ. Item sanctæ Agathæ archipresbyteratum pariter nuncupatum loci Montiani. Pariter sancti Laurentii loci Gatei, et extra illum alium sancti Angeli. Ac demum sancti Ægidii abbatis archipresbyteratum quoque nuncupatum loci Bosco in territorio Gambettulæ parochiales respective ecclesias, earumque circuitus, et ambitus parochiales per integros eorum limites cum omnibus, et singulis aliis ecclesiis, et oratoriis, conventibus, hospitiis regularium, piisque locis infra limites ipsarum parochialium ecclesiarum modo, et in futurum existentibus. Nec non dictæ collegiatæ ecclesiæ dignitates, et canonicos, ipsarumque parochialium ecclesiarum rectores, ac quoscumque presbyteros, et clerum omnem, nec non populum infra eosdem limites de præsenti commorantes, et commoraturos, quæ, et qui hactenus episcopo Ariminensi pro tempore existenti, ejusque ordinariæ jurisdictioni subjecta, et subjecti, atque de ejus diœcesi fuere ab omni Ariminensis episcopi jurisdictione, et ab illius diœcesi penitus, et omnino apostolica Nostra auctoritate ipsarum vigore præsentium perpetuo dismembramus, sejungimus, separamus, ac dividimus, atque ab Ariminensis episcopi superioritate, jurisdictione, potestate, subjectione, visitatione, ac correctione, et quibusvis aliis juribus episcopalibus Ariminensis ecclesiæ etiam decimas quascumque, proventus, aliaque jura persolvendi prorsus, et omnino perpetuo pariter eximimus, et liberamus,

Loca dismembrata subiciuntur jurisdictioni episcopi Cæsenatensis.

§. 4. Iisque, ut præfertur, dismembratis, eamdem collegiatam, omnesque, et singulas supra enunciatas parochiales, et earum circuitus, et ambitus per integros ipsarum limites cum omnibus, et singulis aliis ecclesiis, oratoriis, conventibus, hospitiis regularium, piisque locis infra limites ipsarum parochialium ecclesiarum modo, et in futurum existentibus: itidemque dignitates, et canonicos, rectores, et quoscumque presbyteros, et clerum omnem, et populum inibi nunc, et pro tempore degentes Cæsenatensi ecclesiæ, illiusque venerabili fratri Nostro moderno, ac pro tempore existenti episcopo, et illius ordinariæ jurisdictioni, auctoritati, et potestati, collationi quoque, et visitationi, ac correctioni, nec non quibusvis omnibus, et singulis actibus, qui episcopalis ordinis sunt, et episcopi in sua quisque diœcesi de jure, usu, consuetudine, aut alias quomodolibet agere, et facere, ac quibus uti solent, et possunt, nec non etiam cum quibusvis juribus, decimis, et proventibus ex ipsis ecclesiis ab antedicto episcopo Ariminensi hactenus percipi solitis etiam perpetuo assignamus, subiicimus, subponimus, et plenarie concedimus, omnibusque, et singulis dignitates obtinentibus, ac ecclesiarum rectoribus, et parochis, ac presbyteris, et clericis, incolisque quibuscumque, ut ipsi moderno, et pro tempore existenti episcopo Cæsenatensi tamquam proprio eorum ordinario in omnibus pareant, et obediant atiam perpetuo præcipimus, et mandamus.

Omne juris remedium tollitur contra tenorem literarum.

§. 5. Præsentes autem literas etiam ex eo, quod quicumque in præmissis interesse habentes, vel habere prætendentes ad id vocati, et auditi non fuerint, sed etiam ex eo, quod Ariminensis ecclesiæ modo pastoris solatio destituta existit, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, seu in jus, vel consuetudinem vocari, aut adversus illas quodcumque juris, vel facti remedium impetrari posse, nec alias sub quibusvis generalibus derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, si quæ fierent, comprehendi, sed tamquam ad prosperum populorum spirituale regimen in salutem animarum editas, et emanatas semper ab illis excipi, validasque, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, sicque ab omnibus censeri.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Ita quoque per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungentes etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Deroga in contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostræ, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, et de unionibus, ac dimembrationibus committendis ad partes, vocatis, quorum interest, ac de præstando consensu in similibus unionibus, et dis-

membrationibus, aliisque constitutionibus apostolicis, ac etiam in universalibus, et provincialibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, ecclesiæque Ariminensis privilegiis; indultis quoque, et literis apostolicis, ejusque præsuli, ac capitulo, et canonicis, ac civitati Ariminensi etiam specifica, et expressa, atque individua mentiona dignis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, et insolitis clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu simili, ac consistorialiter in contrarium præmissorum forsan concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut alia quævis exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores, formas, et clausulas præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, latissime, et plenissime, atque specialiter, et expresse auctoritatis Nostræ plenitudine harum quoque serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 8. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 9. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ dismembretionis, sejunctionis, separationis, divisionis, exemptionis, liberationis, assignationis, subjectionis, concessionis, præcepti, mandati, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc atteotare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, quinto idus julii, pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXV.

Dat. die 11. julii 1777. Anno III.

Suppressio duarum confreternitatum, et applicatio redditruum conservetorio puellarum civitatis Aesinæ.

Pius episcopus

servus servorum Dei.

Venerabili fratri episcopo Æsino salutem, et apostolicam benedictionem.

Memoratur erectio novi conservatorii, et deficientia bonorum pro recipiendis, et alendis puellis.

§. 1. Apostolicæ providentiæ ratio postulat, ut eorum, qui in partem solicitudinis Nostræ vocati sunt Nobis oblata vota quam libenter excipientes illis obsecundare curemus, quam præcipue ad pudicitiam tuendam, et virgines bonis moribus imbuendas, atque artium culturam noscuntur ordinata. Nuper quidem pro parte tue intelleximus, quod deficiente in civitate Aesina aliqua pia domo, in qua puellæ temporalibus subsidiis destitutæ, et mundi illecebris expositæ nedum ali, et ab honestatis discrimine præservari, verum etiam ad muliebrium artium exercitium institui possent. Tu ea, qua polles vigilantia pastorali, et publici boni zelo ædificium ad usum conservatorii in ea civitate jamdiu excogitatum, et concupitum, quod ad centum usque puellas excipiendas satis amplum censetur, opere per sexennium assidue continuato, ingentique tuo sumptu tendem ad complementum perduci curasti, quod sane opus ab omni personarum ordine concelebratur; quare exoptares modo sub expertarum matronarum regimine vel viginti, vel saltem quindecim puellas ad illud admittere. Verum cum ad ejusdem conservatorii dotationem ea prorsus desint auxilia, quæ necessaria forent, atque tu ad novum hoc onus, præter alia, quæ subiisti, et dietim ferre teneris suscipiendum imparem te fatearis, et quatenus aliquid suppeditandum ubi datum esset, id vel exiguum foret, vel in ævum minime perduraret.

Priores, et confratres s. Rochi Æsinæ civitatis et ss. sacramenti castri Moscianni, eorum reditus cedere declararunt favore conservatorii.

§. 2. Ne diutius pium hoc opus nemoretur, eadem tua expositio prosequebatur, quod cum in ipsa Æsina civitate quædam sit dudum instituta laicorum confraternitas sub invocatione sancti Rochi, cujus annui proventus ad sexcentum, et quinquaginta scuta vel circiter ascendunt, et quibus quamvis subministrandi peregrinorum hospitali annis singulis scuta octo, et propriæ

ecclesiæ indigentiis occurrendi, ac missarum celebrationis, puellarum dotationis, et collectarum solutionis, ac forsan aliis oneribus obnoxiis, nihilominus biscentum, et quinquaginta circiter scuta superesse solent, quæ nulli sunt devincta usui, illiusque moderatores æquo animo consensum præstiterint, ut reddituum hujusmodi pars, quæ, deductis oneribus, abunde superest in ejusmodi conservatorii subsidium annuatim cederet, itidemque alterius confraternitatis sub invocatione ssmi Sacramenti in castro Mosciani Æsinæ diœcesis priores cum approbatione rectoris parochialis ecclesiæ illius castri, et singulorum presbyterorum sub spe, quod duæ puellæ ab eo ortum ducentes in conservatorium reciperentur, applicationi superextantium illius confraternitatis reddituum, qui ad centum, et triginta septem, vel saltem ad septuaginta septem similia scuta annuatim ascendere solent, in favorem ejusdem conservatorii assecuti fuerint; ideo Nobis quam enixe supplicari fecisti, ut ope bonorum, et proventuum unius, et ulterius confraternitatum, quarum primam penitus tollere magis opportunum arbitraberis, novo conservatorio dotationis primordia tribuere dignaremur.

Sacra congregatio negociis episcoporum, et regularium præposita, cognitionem et assignationem faciendam, et approbandam esse censuit.

§. 3. Nos autem audito prius dilecto filio Nostro Bernardino Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Honorati nuncupato, tunc congregationi venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis, et consultationibus episcoporum, et regularium præpositorum a secretis, cui negotium hoc maturæ expendendum injunxeramus juxta decretum in audientia Nostra sub die vicesima tertia proxime elapsi mensis maii emanatum votis suis annuendum censuimus.

Episcopo committitur, ut confraternitatem s. Rochi supprimat, et dissolvat.

§. 4. Munus igitur dispensatoris fidelis, et prudentis bonorum temporalium ad ecclesias, et loca pia pertinentium, prout constituit Nos Dominus super familiam suam exequi volentes, atque quam plures ex ejusdem conservatorii institutione eidem civitati, et diœcesi obventuras perspectas habentes utilitates, fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut supra enunciatam confraternitatem sancti Rochi in ipsa civitate, ut præfertur, erectam, illiusque statutum, essentiam, et denominationem, ac omnia, et singula illius officia, et ministeria, nec non statuta, consuetudines, et decreta etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roborata, pariterque privilegia, et indulta generalia, et specialia, si quæ sint, eidem confraternitati sancti Rochi, illiusque confratribus tam in spiritualibus, quam in temporalibus etiam oneroso, aut alias ex quovis titulo forsan necessarie exprimendo apostolica, vel alia quavis auctoritate concessa, quorum omnium tenores præsentibus pro expressis haberi volumus, ipsarum præsentium vigore apostolica auctoritate perpetuo dissolvas, supprimas, extinguas, ac casses, et aboleas.

Dissoluta confraternitate bona, et jura cuncta novo conservatorio adjudicantur.

§. 5. Porro eadem confraternitate sic dissoluta, et extincta omnia, et singula bona mobilia, stabilia, et semoventia in eadem civitate, et ubique existentia in quibusvis rebus consistentia, et undecumque provenientia, et ad suppressam confraternitatem spectantia, jura etiam tam activa, quam passiva, et actiones quascumque reales, personales, et mixtas eidem suppressæ confraternitati nunc, et in posterum quomodolibet forsan competentes, quæque competere possent etiam ad effectum succedendi in eodem gradu in quibuscumque substitutionibus quovis modo forsan ordinatis, jus quoque assignandi, et distribuendi dotalia subsidia puellis eidem suppressæ confraternitati hactenus competens, eidem conservatorio, et pro eo illius deputatis a te deputandis etiam pro tempore existentibus auctoritate Nostra perpetuo pariter concedas, et applices, appropries, ac respective unias, annectes, et incorpores, idemque conservatorium suppressæ confraternitati in præmissis omnibus plenarie subroges, et substituas, ita quod liceat ejusdem conservatorii administratoribus prædictis veram, realem, et actualem possessionem omnium, et singulorum bonorum, rerum, et proprietatum, aliorumque prædictorum ubicumque sitorum, et quocumque vocabulo nuncupatorum, et in quacumque re consistentium per se, vel alium, seu alios ejusdem conservatorii nomine libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere, illorumque fructus, redditus, proventus, jura, obventiones, et emolumenta quæcumque exigere, percipere, levare, arrendare, locare, dislocare, administrare, et supportatis singulis legatis piis, et obligationibus, ac oneribus etiam distributionis dotalium subsidiorum, quod

reliquum erit in ipsius conservatorii usum, et utilitatem convertere debeant, at teneantur.

Eidem conservatorio assignatur quidquid supererit ex bonis alterius confraternitatis ss. sacramenti deductis oneribus.

§. 6. Praeterea cum sequuta praemissorum extinctae confraternitatis bonorum applicatione nimis exiguum illi obventurum sit subsidium, ideo eidem fraternitati tuae per praesentes itidem committimus, ac mandamus, ut eidem conservatorio id totum, quod ex omnibus, et singulis bonis, annuisque proventibus alterius confraternitatis sub invocatione sanctissimi Sacramenti in dicta terra annis singulis, deductis tamen omnibus oneribus, at necessariis expensis supererit in ejusdem conservatorii usum, at puellarum inibi degentium alimoniam controvertendum auctoritate pariter Nostra etiam perpetuo reserves, et assignes, atque ad effectum hujusmodi omnes fraternitati tuae, tuisque successoribus Aesinam ecclesiam pro tempore moderantibus facultates impertimur, eamdem confraternitatem sanctissimi Sacramenti ad redditionem rationis ejus proventuum annis singulis adigendi ad hoc, ut superextantis summae, vel saltem supradictorum annuorum scutorum septnaginta septem ejusdem monetae beneficio idem conservatorium valeat gaudere.

Puellis ex castro Moncani jus conceditur petendi admissionem in conservatorio.

§. 7. Verum ipsam fraternitatem tuam, ac successores praedictos hortamur, ut si puellae aliquae ex eodem castro optimae indolis, bonisque moribus instructae, atque ad muliebres artes addiscendas idoneae, in illud recipi, et optaturae sint, eas voti compotes efficias, et efficiant.

Omne juris remedium tollitur et plena decernitur literarum executio.

§. 8. Praesentes autem literas, omniaque, et singula in eis contenta, etiam ex eo, quod utraque confraternitas, illarumque officiales, et quicumque alii in praemissis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere praetendentes, praemissis non consenserint, atque ad ea vocati, et auditi fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, seu nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostrae, vel alio quovis etiam enormis laesionis defectu notari, impugnari, aut ad terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, facti, vel justitiae remedium impetrari, aut impetrato, vel concesso quempiam uti posse, neque easdem praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, vel aliis contrariis dispositionibus pro tempore faciendis comprehendi; sed semper perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere debere, et si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, at inane decernimus.

Omnibus in contrarium facientibus derogatur

§. 9. Non obstantibus, quatenus opus sit, de non tollendo jure quaesito, de suppressionibus, at dismembrationibus committendis ad partes, vocatis quorum interest, et de exprimendo vero annuo valore, aliisque Nostris, et cancellariae apostolicae regulis, ac postremi Lateranensis concilii dismembrationes, at applicationes perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, nec non felicis recordationis Pauli II., Pauli IV., Pii V., Sixti etiam V., aliorumque Romanorum pontificum praedecessorum Nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, et enustas, ac quindennia camerae, at cancellariae apostolicae solvi praecipientibus, nec non recolendae memoriae Pii pp. IV. praedecessoris itidem Nostri de gratiis interesse ejusdem camerae quomodolibet concernentibus in eadem camera registrandis, et insinuandis, et quibusvis aliis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non quibusvis fundationibus, et erectionibus, nec non quorumvis benefactorum, at testatorum dispositionibus, sive donationibus, aliisque ultimis voluntatibus cum quibuscumque conditionibus, et legibus etiam caducitatis, at subrogationis alterius operis pii adscriptis, etiam statutis, quibus omnibus, at singulis eorum totis tenoribus, et formis, etiamsi de illis specialis, specifice, at individua mentio, seu quaevis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, praesentibus inserti forent, pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse derogamus, illaque ad effectum praesentium commutamus, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, quinto idus julii, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 16. junii 1777. Anno III.

CXXXVI.

Erectio cathedralis ecclesiæ Crisiensis ritus græci.

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad futuram rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Charitae illa, qua Christus Dominus dilexit Nos, quamque ad invicem a Nobis et servari tantopere commendavit, et apostolus gentium vinculum esse perfectionis asseruit, a pastorali quod gerimus exigit officio, ut omnes in Christo filios ita prosequi debeamus affectu, ut si eorum aliquis a matris Ecclesiæ spensæ Nostræ sinu longe aberravit, omnem impendamus laborem, et operam, ut tamquam deperdita ovis, quam coelestis pastor post quam invenerat super humeros posuit, ad Ecclesiam ipsam maximo cum gaudio denique reducatur.

Expositio rationum, quæ ad novam erigendam diœcesim impulerunt.

§. 2 Cum itaque sicut accepimus charissima in Christo filia Nostra Maria Theresia imperatrix vidua, ac Hungariæ et Boemiæ regina apostolica, ut tam ad confirmandos in remotissimis sui regni Hungariæ prædictæ, et illi annexorum provinciarum partibus in sacra unione Christifideles graeci ritus unitos, quam ad alios in sanctæ matris Ecclesiæ sinum reducendos, nec non ad amovendas quascumque schismaticorum præsulum versutias vicariatum apostolicum graecum pro regno Croatiæ jamdiu designatum per Nos, et Sedem apostolicam in episcopatum græco-catholicum in oppido civitate nuncupato Crisiensi ad animas eorumdem Christifidelium orientalis ecclesiæ ritui addictas, adeoque graeco-catholicos erigi vehementer desiderat, prout regiis suis literis Nobis datie clarius exponit.

Tenor erectionis.

§. 3. Nos ad dilecti filii magistri Petri Mariæ Nigroni in utraque signatura Nostra referendarii, et infrascriptæ congregationis secretarii relationem, et auditis prius super hujusmodi petitione congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium rebus consistorialibus præpositæ consilio, ac dilecti pariter filii Nostri, et ejusdem Sedis apostolicæ nuncii in civitate Viennensi commorantis informatione, et voto, tam ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ desiderio obsecundare, ejusque desuper oblatis precibus annuere, ac omnem græci ritus uniti nationem quantum in Domino licuerit specialibus gratiis et favoribus prosequi, ejusque speciali bono consulere volentes, motu proprio, et ex certa scientia officium dicti vicariatus apostolici, illiusque titulum et denominationem apostolica auctoritate perpetuo penitus supprimimus, et extinguimus; illoque sic suppresso et extincto oppidum Crisiense prædictum civitatis episcopalis titulo et honore eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo decoramus; dictumque vicariatum apostolicum per Nos, ut præfertur, suppressum, et extinctum de apostolicæ potestatis plenitudine in episcopatum graeco-catholicum unitum, nec non ecclesiam in dicto oppido sitam, et a prædicto nuncio Viennensi resignandam in ecclesiam cathedralem Crisiensem græci ritus uniti pro uno episcopo Crisiensi præfati ritus græci uniti, qui ejusdem episcopalibus insigniis, privilegiis, et praerogativis eisdem modo, et forma quibus cæteri episcopatus, et respective episcopi graeci ritus uniti perfruuntur, et gaudent cum omnimoda jurisdictione episcopali in Grecos omnes unitos in dicto oppido Crisiensi per Nos episcopalis civitatis titulo et honore, ut præfertur, decorato extantes, aliisque locis, et terris, quæ pro infrascripta diœcesi futuri episcopi Crisiensis graeci ritus uniti hujusmodi, ut infra decernentur perfruatur, et gaudeat dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo erigimus et instituimus.

Constitutio dotis ecclesiæ cathedralis.

§. 4. Ac pro ejusdem cathedralis ecclesiæ Crisiensie per Nos ut præfertur erectæ dote, et ad dignitatem episcopalem decenter tuendam summam sex millium florenorum monetæ illarum partium a prædicta Maria Theresia regina apostolica in tot bonis stabilibus attributam, constitutisque vicario et missionario per Sclavoniam, et comitatum Bachiensem duobus ibidem consistorialibus in qualitate missonariorum.

Erectio seminarii.

§. 5. Ac denique sufficienti clericorum seminario quibus eadem Maria Theresia regina apostolica liberaliter prospexit apostolica auctoritate itidem perpetuo assignamus, decernentes quod in dicta civitate Crisiensi domus episcopalie constituatur pro decenti futuri episcopi Crisiensis græci ritus uniti hujusmodi habitatione, et in prædicta cathedrali ecclesia Crisiensi per Nos, ut

præfertur,erecta, presbyteri sæcularis,seu monachi ejusdem ritus græci uniti,dummodo non adsint ad præsens instituantur, qui in dicta cathedrali ecclesia Crisiensi, et per Nos ut præfertur erectæ capituli, et canonicorum, aliorumque in divinis deservientium ministrorum vices impleant, illorumque officio respective fungantur.

Fines diœcesis præfiniuntur.

§. 6. Pro diœcesi vero ejusdem futuri episcopi Crisiensis græci ritus uniti hujusmodi limites ejusdem diœcesis per Croatiam, et Sclavoniam, nec non districtum Sichelburgensem, partemque Hungariæ, adeoque in diœcesibus Bosniensi,et Sirmiensi,ac QuinqueEcclesiensi, qua parte illa in Sclavoniam protenditur latini ritus, quoad populum tamen orientalis ecclesiæ ritui græco unito prædicto addictum eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo concedimus et assignamus.

Jus præsentandi episcopum regibus Hungariæ conceditur.

§. 7. Ac insuper eidem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in dicto Hungariæ regno successoribus regibus jus nominandi, seu præsentandi infra tempus a jure præfixum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti personam idoneam ad dictam cathedralem ecclesiam Crisiensem per Nos, ut præfertur, erectam, ita tamen ut de illa a primæva erectione prædicta vacante, et pro prima vice, et in posterum in futuris illius vacationibus ad nominationem, seu præsentationem eamdem per Nos, et successores Nostros Romanos pontifices debeat provideri, ea tamen lege, ut tam futurus episcopus Crisiensis in dicta ecclesia cathedrali Crisiensi per Nos, ut præfertur, erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi, ut præfertur, vacante,primo instituendus quam ejus in prædicta cathedrali ecclesia Crisiensi,ut præfertur,erecta,episcopi successores omnes nullo umquam tempore ordinariæ jurisdictioni pro tempore existentis episcopi Zagabriensis præjudicium aliquod inferre præsumant, sed jurisdictionem suam ordinariam in clerum dumtaxat, ac populum Ruthenorum græci ritus uniti, aliosque qui eosdem ritus, et unionem sequuntur, degantque tam in dicta civitate Crisiensi, quam in aliis locis pro diœcesi ejusdem futuri episcopi Crisiensis, ut supra, assignatis simpliciter exercere valeant, exacte servantes et adimplentes decreta omnia congregationis venerabilium fratrum Nostrorum ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium negotiis de Propaganda Fide præpositæ hactenus edita, vel edenda quoadGræcos, qui cum Latinis immixti vivunt,huic novæ apostolicæ provisioni non obstent dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo reservamus.

Declaratio circa jurisdictionem episcopi.

§. 8. Ac ulterius venerabili fratri Nostro moderno, et pro tempore existenti archiepiscopo Strigoniensi motu, et scientia similibus per præsentes mandamus, ut jurisdictionem omnem, quæ jure metropolitico in ecclesias ai suffraganeas illius provinciæ sibi competit in episcopatu quoque Crisiensi dicti græci ritus uniti pro tempore futurum plenarie exerceat; ac propterea eidem moderno, et pro tempore existenti archiepiscopo Strigoniensi, ut ipse toties quoties sibi placuerit ea inquirere, et cognoscere, quæ ad fidei puritatem, animarumque spirituale bonum novarit pertinere libera, et licite possit dicta apostolica auctoritate facultatem tribuimus et impartimur.

Clausulæ salutares.

§. 9. Decernentes etiam præsentes semper et perpetuo validas, et efficaces esse et fore, suosque integros, et plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda et adimplenda, servata, et adimplata non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante,seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore,prætextu, aliaque ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia, privilegiata, et tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus,vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitio-

nis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare posse in judicio, vel extra illud, neque easdam præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus, per quascumqua literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque, et in crastinum assumptionis Nostræ et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, etiam consistorialiter, ex quibuscumqua causis, et sub quibuscumqua verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tanore, ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenaria reintegratas fore et esse.

Decretum irritans.

§. 10. Sicque, at non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quavis auctoritate fungentes, at causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosqua quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumqua judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere; irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignorantar contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum, et in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel genaralibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis suparioribus, at personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, et potestatis planitudine similibus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumqua toto tenore specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantas mentio, aut quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent eisdem præsentibus, pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robora permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse, nec non opportune, et valide harum serie motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Praeceptum de inscribendis redditibus ecclesiæ in libris cameræ apostolicæ.

§. 12. Volumus autem quod ecclesia cathedralis Crisiensis ritus græci uniti prædicti per Nos, ut præfertur, erecta juxta ejus redditus de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat; quodque in exequutorem pro exequutione taman earumdem præsentium dumtaxat nuncius Viennensis cum facultate etiam subdelegandi deputetur.

Sanctio poenalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suspensionis, extinctionis, decorationis, erectionis, institutionis, assignationis, dacreti, concessionis, reservationis, mandati, facultatis, impartitionis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, quinto decimo kalendas julii, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 16. junii 1777. Anno III.

CXXXVII.

Erectio cathedralis ecclesiæ Sabariensis

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Relata semper ab Ecclesia militanti in verbo illius, qui firmam supra petram ædificavit eam contra principem tenebrarum victoria, quemadmodum per elata, quandoque vero per novos et in sinu credentium episcopatus in medio aliorum veluti nova fidei tentoria, ac propugnacula erutos ad custodiendam, et defendendam civitatem sanctam, ac vineam Domini electam fuit omni tempore non sine prædecessorum Nostrorum gaudio a Christifidelium spirituali progressu, ac solamine recognita. Nos itaque quos licet immerentes ipsius Ecclesiæ regimini constituit Dominus animo ceterum revolventes quam facile sit ex nonnullarum diœcesum amplitudine, ut oriantur abusus, quamque difficile eos inde sic ortos eliminare, et evellere. Ex debito idcirco pastoralis officii ne in medium prodeant apostolicæ potestatis gladio præeuntes cuicumque incommodo per novarum cathedralium erectiones, præcipue quum a regiis ac generosis fœminis de catholica fide optime meritis sunt expetitæ viam præcludere satagimus, ut tandem benedicente Domino, qui exiguis incrementum dat lateres nostros omnes populi, et tenebris obvoluti, quod paravit Deus in æternum lumen ad revelationem gentium proprius videre, sicque in universa terra unus tantum pastor, ac unum ovile Altissimo cum gratiarum actione valeant adesse.

Ratio erectionis novi episcopatus.

§. 2. Cum itaque Nobis innotuerit, quod ob unius Veszprimiensis, actu vacantis, ac alius Taurinensis et reliqui episcopatuum Zagabriensis nimis amplas, easque diffusas jurisdictiones fieri non potest, ut unus respective illarum ecclesiarum episcopus per se tantum suum, ut par est, pastorale munus explere, ac singulorum Christifidelium sibi subjectorum spiritualibus indigentiis prospicere, et remedia incommodis quandoque inter ovile Christi contingentibus ea qua decet promptitudine afferre valeat, et idcirco charissima in Christo filia Nostra Maria Theresia imperatrix vidua, ac Hungariæ, et Boemiæ regina apostolica, quæ pro ipsa catholica militanti Ecclesia semper illustrioribus ditanda trophæis contra humani generis inimicum magis in dies se studiosam ostendit, insinuaverit Nobis, ut si a supradictis episcopatibus infrascripti comitatus per Nos ut infra perpetuo dismembrarentur, et intra illos videlicet in oppido infrascripto novus episcopatus erigeretur, opus quidem utile orthodoxæ religioni, ac ipsismet Christifidelibus juxta ejus flagrantia desideria perficeretur.

Dismembratio locorum novæ diœcesi assignandorum, et erectio cathedralis ecclesiæ in oppido s. Martini episcopi.

§. 3. Nos audita prius super his congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium rebus consistorialibus propositæ sententia, nec non attentis peculiaribus circumstantiis, accedente ad hæc omnia venerabilium fratrum Nostrorum modernorum Taurinensis, et Zagabriensis respective episcoporum consensu, tam pia ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ desideria fovere, illiusque desuper per suas literas Nobis datas oblatis precibus clementer annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia dominia comitatus, et districtus infrascripta Veszprimiensis, ac Taurinensis, et Zagabriensis respective diœcesibus penitus ac perpetuo tenore præsentium apostolica auctoritate dividimus, et separamus, ac oppidum Sabariense nuncupatum, quod accepimus beati Martini dum viveret episcopi patria extitit juxta canonicas sanctiones civitatis episcopalis titulo, et honore, dicta apostolica auctoritate perpetuo decoramus; nec non sæcularem, et collegiatam ecclesiam in dicto oppido per Nos civitatis episcopalis titulo, ut præfertur, decorato, illiusque collegialitatis titulum, denominationem, naturam, et essentiam eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo supprimimus, et extinguimus; ipsamque collegiatam ecclesiam per Nos, ut præfertur, suppressam et extinctam una cum illius capitulo et præposito, videlicet præposituram, quæ inibi principalis, ac lectore lectoratum qui secunda, ac cantore cantoratum, qui tertia, ac custode custodiatum, qui quarta respective dignitates canonicatus nuncupatæ existunt composito, ac subinde duobus aliis canonicis participantibus ex destinatis hanc in rem fundis augendo de apostolicæ potestatis plenitudine, in ecclesiam cathedralem Sabariensem, qui omnibus episcopalibus insigniis, privilegiis, et prærogativis eisdem modo et forma,

quibus cætari episcopi præsertim Hungariæ regni perfruuntur, et gaudent eum omnimoda jurisdictione in prædicta civitatc Sabariansi, et in infrascripta diœcesi, ut infra assignanda perfruatur, et guadeat, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo erigimus at instituimus. Nec non præposituram prædictam in majorem post pontificalem; cæteras vero dignitates, seu canonicatus ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos ut præfertur suppressæ, et extinctæ cum dictis duobus aliis canonicatibus, quibus idam capitulum, ut præfertur, augebitur in totidem dignitates, seu raspactiva canonicatus ipsius cathedralis acclesiæ Sabariensis par Nos etiam, ut præfertur eractæ subrogatam, et subrogatas, seu respective subrogatos esse, dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo declaramus.

Constitutio dotis ecclesiæ cathedralis.

§. 4. Et pro dictæ ecclesiæ episcopalis Sabariansis par Nos ut præfartar eractæ dote ad illius futuri episcopi pro tempora existentis pontificalem dignitatem dacenter tuendam, ex bonis videlicet dicti episcopatus Vesaprimiensis dominium Szala Eger-szech, a vero episcopatu Taurinensi hajusmodi dominium Sabariense respectiva nuncupata, et ex eis obveniantes proventus fere vigintimilllum florenorum monetæ illarum partium in prædictis fundis immobilibus, et decimis, quos quidem proventus obtingentes ex parte dominii Sabariensis prædicti illico novus apiscopus Sabariensis præpositus non percipiet; sed statim ac e manibus prædicti moderni episcopi Taurinensis legitimi possessoris pars prædicta bonorum huic episcopatui destinata et liberata fuerit. Eosque vero de alio convenienti subsidio eidem futuro episcopo Ssbariensi prædicta Maria Theresia regina apostolica prospiciet eadam apostolica auctoritata perpatuo quoqua constituimus at assignamus.

Dotatio seminarii.

§. 5. Saminario autem clericorum pro illius manutentione, seu dotationa partim apiscopstus Taurinensis prædicti, partim vero ejusdem, ut præfertur, vacantis episcopstus Veszprimiensis, ac signanter dominii Riiul nuncupati respective redditus apostolica auctoritata prædicta similiter perpetuo applicamus, et addicimus.

Descriptio limitum novæ diœcesis.

§. 6. Et insuper pro diœcesi futuri episcopi Sabariensis prædicti limites per totum comitatum Castriferrei, ac Pre-berensem districtum Szala-Egorszeghiensem, ut præfertur, nuncupatum in comitatu Szaladiensi hucusque ad diœcesim Veszprimiansem prædictam pertinentem, axceptis tamen parochiis Esacsensi, Esabariansi, Szent=Laszloiensi, et Szant-Javaniiensi pro eadem diœcesi Veszprimiensi ultro quoque relictis, adeoqne cum reliquis unica parochiis Bugod, Bonezod=Joldiie, Harzhagii, Mille, Nova, Puszta=Magiiarod, Szala=Egerszegh, Szala=Szent=Giorgii, Salomnar, Scitor, et Tarnok, respective nuncupatis, adeoque parochiis matricibus undecim, earumque filialibus: ex diœcesi vero Zagabriensi in eodem comitatu Szalodiensi districtum Transmuranum nuncopatum eum sexdecim parochiis, earumque filialibus ab eodem episcopatu, ut præfertur, dismembratum, intra cujus diœcasis limites numerabit idem apiscopatus centum et quadraginta quatuor parochiales matrices præter numerosas eisdem parochialibus adnexas filiales ecclesias dicta apostolica auctoritate ibidem perpetuo concedimus, et assignamus.

Jus præsentandi episcopum regibus Hungaricis conceditur.

§. 7. Necnon jus nominandi seu præsentandi a dicta Maria Theresia regina apostolica ejusqua in regno Hungariæ prædicto successoribus regibus infra tempus a jure præfixum Nobis, at successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore eaistentibus personam idoneam ad dictam ecclesiam episcopalem Sabariensem per Nos, ut præfertur, erectam a primæva illius erectione vacantem tam pro prima vice, quam et in postarum in futuris illius vacationibus pari prorsus modo, quo ad Nojaonensem seu Pentanoatensem eamdem episcopi aliarum eathedralium ecclesiarum in præfato regno Hungariæ existentium a Sede apostolica prædicta præfici consueverunt; cum ea tamen lege, quod tam prædictus futurus episcopus Sabariansis in dicta ecclasia cathedrali Sabariensi per Nos, ut præfertur, erecta, et a primæva illius erectione bujusmodi, ut præfertur, vacanta, primo instituendus, quam ejus in prædicta ecclesia cathedrali Sabariensi, ut præfertur, arecta bujusmodi successores omnes, ordinariæ jurisdictioni pro tempore cxistentis archiepiscopi Strigoniensis, uti aorum matropolitano subjecti sint, et esse debeant apostolica auctoritata prædicta similiter parpetuo clementer admittimus.

Itam jus conferendi beneficia.

§. 8. Ac præterea eidem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in prædicto Hungariæ regno successoribus regibus hujusmodi jus omnia beneficia ecclesiastica, omnesque canonicatus et præbendas in capitulo dictæ ecclesiæ cathedralis Sabariensis per Nos, ut præ-

fertur erectæ existentia, et existentes conferendi dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo concedimus, et reservamus.

Tollitur omne juris remedium et literæ apostolicæ plenam consequantur executionem.

§. 9. Decernentes easdem præsentes semper et perpetuo validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, et ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam, talique ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probare posset, notari, impugnari, invalideri, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam et terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomolibet motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, subscriptionibus, limitationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus, et consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis; ac cum quibusvis clausulis et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus earumque toto tenore ac data specialis mentio fiat editas, vel in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 10. Sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritumque, et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit, Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus, conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis, quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma

in illis tradita observate, et inserta forent, eisdem presentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, etiam plenissime adpræmissorum validissimum effectum specialiter et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum serie motu, scientia, et potestatis plenitudine paritus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Præceptum de inscribendo reddita ecclesiæ cathedralis in libris cameræ apostolicæ.

§. 12. Volumus autem quod ecclesia catholicis Saberiensibus per Nos, ut præfertur, erecta juxta ejus redditus de more taxari et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat, quod que in exequutorem pro exequutione tamen earumdem præsentium dilectus filius Noster, et Sedis apostolicæ prædictæ nuncius Viennesis, cum facultate subdelegandi, deputetur.

Sanctio pœnalis.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ divisionis, separationis, dismembrationis, suppressionis, erectionis, institutionis, declarationis, constituti, assignationis, applicationis, addictionis, admissionis, concessionis, reservationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo decimo quinto kalendas julii pontificatus Nostri anno tertio.

CXXXVIII.

Dat. die 16 junii 1777. Anno III.

Bulla erectionis catholicis ecclesiæ Albaregalensis.

Pius episcopus

Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. In universa gregis Dominici cura ab ipso animarum pastorum principe Christo Domino licet immerentes constituti illud ex debito apostolicæ servitutis animadvertere satagimus, ne ubi multiplex ovium numerus adest unus tantum pastor invigilet, qui licet eis in pascendis maxima præstet experientia, vox tamen illius ob agrorum distantiam haud facile potest audiri: Ob id quandoque gregem ipsum dividendo studemus, ut illius una et altera pars in eo in quo patulantur agro proprium habeat pastorem, qui si ovem aliquam longe aberrare contingat, aut lupus insidiator illam devoraturus accedat promptius in ejus ire possit occursum. Atque ad tanto citius ac libentius ad optatum perduci coramus effectum, quantum laudabiliora personarum regia dignitate fulgentium pia vota, ac desideria maxima quidem animi nostri lætitia in idipsum nosci- mus collimare.

Ratio devoniendi ad novam erectionem.

§. 2. Alias siquidem, videlicet de anno proxime præterito eo quod sicut tunc acceperamus, diœcesis Veszprimiensis ea erat amplitudo, et extensio ut unus tantum pastor tam gravi ferendo oneri impar ac spiritualibus singulorum Christifidelium sibi commissorum neccesitatibus adesse nequiret ad charissimæ in Christo filiæ nostræ Mariæ Theresiæ imperatricis viduæ, ac Hungariæ, et Bohemiæ reginæ apostolicæ, quæ pro catholicæ religionis incremento desiderio flagrat preces Nobis tunc per suas literas obletas ab eadem Veszprimiensi diœcesi integrum comitatum Albensem nuncupatum, ac alterius comitatus Pilisiensis etiam nuncupati partem apostolica auctoritete perpetuo dismembrari, et dividi; nec non ecclesiam in regia ac libera civitate Alba-regalensi existentem, in qua olim, sicut etiam acceperamus, vetus aderat capitulum temporum vicissitudine deletum in ecclesiam cathedralem certis modo et forma tunc expressis ex tunc prout ex ea die videlicet postquam præpositura, et custodiatus ipsius ecclesiæ ex personis illam, et il-

lum in titulum tunc respective obtinentium quovis modo vacare contigisset, aut aliqua quacumque ratione de congrua futuri episcopi Alba-regalensis dote provisum fuit dicta apostolica auctoritate juxte unum perpetuo erigi; interim vero et donec vacatio præpositurae, et custodiatus prædictorum advenisset in dicta ecclesia præfatæ civitatis in ecclesiam cathedralem in supradictum eventum, ut præfertur, tunc erigenda capitulum ejusdem ecclesiæ in forma sæcularis et collegiatæ ecclesiæ quod ex præpositura, quæ inibi principalis pro uno præposito, ac lectoratu, qui secunda pro uno lectore, ac cantoratu, qui tertia pro uno cantore, ac custodiatu, qui quarta respective dignitates existerent pro uno custode, ac duobus canonicatibus, totidemque præbendis pro duobus canonicis participantibus nuncupandis constare debuisset, ea tamen lege, ut capitulum prædictum in forma ecclesiæ collegiatæ, sic instituendum una cum diœcesi, et tunc desuper assignata eidem Veszprimiensi diœcesi donec ad realem dictæ cathedralis ecclesiæ Albaregalensis erectionem hujusmodi devotum fuisset subjectum foret juxta alterum decretum congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium rebus consistorialibus præpositæ sub die duodecima mensis novembris ejusdem anni proxime præteriti respective concederetur. Postmodum vero seu nuper cum, sicut accepimus, eadem Marie Theresie regina apostolica loco facto eidem vacationi præfatæ præpositurae cujus dum ille pro tempore vacat collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio ad prædictam Mariam Theresiam reginam apostolicam, ut similiter accepimus, spectat, et pertinet per liberam resignationem dilecti filii Caroli comitis a Nesselrod nuper ipsius ecclesiæ præpositi de illa, quam tunc obtinebat sponte factam, et canonice admissam dictæ cathedralis ecclesiæ Alba-regalensi in supradictum eventum, ut præfertur erigendæ, nec non illius seminario ecclesiastico prospexerit; proindeque Nobis enixe supplicaverit, quatenus dictam cathedralem ecclesiam Alba-regalensem effective ac realiter ex nunc erigere dignaremur, veluti in aliis suis literis Nobis itidem datis ulterius exposuit.

Erectio episcopatus, et ecclesiæ Cathedralis

§. 3. Nos ad præmissorum relationem per dilectum etiam filium magistrum Petrum Mariam Nigronum utriusque signaturæ Nostræ referendarium, ac prædictæ congregationis secretarium Nobis factam, omnibus mature perpensis ejusdem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ votis hac in parte clementer annuere volentes, motu proprio, et ex certa scientia prædictam liberam, ac regiam civitatem Alba-regalensem juxta canonicas sanctiones civitatis episcopalis titulo et honore dicta apostolica auctoritate perpetuo decoramus, nec non præsentem ibidem parochialem ecclesiam de apostolicæ potestatis plenitudine in ecclesiam cathedralem Alba-regalensem pro uno episcopo Alba-regalensi, qui omnibus episcopalibus insigniis, privilegiis, ac prærogativis eisdem modo, et forma quibus cæteri episcopi præsertim Hungariæ regni perfruuntur, et gaudent cum omnimoda jurisdictione episcopali in prædicta civitate Alba-regalensi, et infrascripta diœcesi, ut infra assignanda perfruatur, et gaudeat.

Creatio dignitatum in capitulo

§. 4. Et in ea unam præposituram, quæ inibi post pontificalem major pro uno præposito futuræ ipsius cathedralis ecclesiæ Alba-regalensis ut infra erigendæ præposito, ac unum lectoratum, qui secunda pro uno lectore, ac unum cantoratum qui tertia pro uno cantore, ac unum custodiatum qui quarta respectivo dignitates existant pro uno custode, ac duos canonicatus, totidemque præbendas pro duobus canonicis participantibus nuncupandis, noviter etiam respective futuris ejusdem cathedralis ecclesiæ Alba-regalensis ut infra erigendæ clericis, seu presbyteris, qui capitulum ipsius cathedralis ecclesiæ Alba-regalensis ut infra erigendæ constituant apostolica auctoritate etiam perpetuo ex nunc erigimus et instituimus.

Jurisdictio et congrua episcopi præfinita

§. 5. Ac futuro episcopo Alba-regalensi pro tempore existenti pro congrua sui substentatione, dictique seminarii dote, videlicet pro ejusdem seminarii bona, ac decimas ad prædictam præposituram, ut præfertur, resignatam pertineotla, nec non decimas in districtu Budensi, et Pilisiensi, prout et Albensi districtibus prædictis olim ad episcopatum Veszprimiensem spectantes, et ab eo perceptas. Pro dictæ vero cathedralis ecclesiæ Alba-regalensis per Nos, ut præfertur, erectæ respectiva dote decimas in prædicta civitate Alba-regalensi per pro tempore existentem archiepiscopum Strigoniensem dum adhuc eadem civitas, qua exempta ad jurisdictionem spiritualem dicti pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis pertinebat pariter perceptas, et a venerabili fratre Nostro moderno archie-

piscopo Strigoniensi ad effectum supradictæ erectionis per Nos ut præfertur, factæ respective cassas, et resignatas dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo attribuimus, et respective applicamus et appropriamus.

Fines diœcesis novæ præfiniuntur.

§. 6. Nec non diœcesi futuri episcopi Alba-regalesi prædicti supradictum integrum comitatum Albensem, eamdemque partem alterius comitatus Piliensis prædicti ad diœcesim antea Veszprimiensem pertinentem (in quo terrarum tractu sexaginta, et duo parochiales, et matrices ecclesiæ præter filiales actu, ut pariter accepimus numerantur) prævia illorum a dicta Veszprimiensi diœcesi divisione, ac dismembratione eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus, et assignamus.

Jus nominandi reservatur favore regis Hungariæ.

§. 7. Et insuper jus nominandi, seu præsentandi a dicta Maria Theresia regina apostolica, ejusque in regno successoribus regibus infra tempus a jure præfixum Nobis et successoribus Nostris Romanis pontificibus pro tempore existentibus personam idoneam ad dictam ecclesiam episcopalem Alba-regalensem per Nos ut præfertur erectam a primæva illius erectione vacantem tam pro prima vice, quam et in posterum in futuris illius vacationibus pari prorsus modo ad Rojaonensem, seu Protaonensem eamdem episcopi aliarum cathedralium ecclesiarum in prædicto Hungariæ regno existentium a Sede apostolica prælici consueverant, ea tamen lege ut tam ipse futurus episcopus Alba-regalensis in dicta ecclesia cathedrali Alba-regalensi per Nos, ut præfertur, erecta, et a primæva illius erectione hujusmodi, ut præfertur vacante primo instituendus, quam ejus in prædicta ecclesia cathedrali Alba-regalensi, ut præfertur, episcopi successores omnes ordinariæ jurisdictioni ejusdem pro tempore existentis archiepiscopi Strigoniensis, ut eorum metropolitano subjecti sint, et esse debeant apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo clementer admittimus.

Itemque jus conferendi beneficia.

§. 8. Parique modo eidem Mariæ Theresiæ reginæ apostolicæ, ejusque in prædicto Hungariæ regno successoribus regibus prædictis jus omnia beneficia ecclesiastica, omnesque canonicatus, et præbendas in capitulo dictæ cathedralis ecclesiæ Alba-regalensis, ut præfertur, erectæ prædicto per Nos, ut præfertur, instituto existentia, et existentes conferendi dicta apostolica auctoritate, etiam perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

Clausulæ salutares.

§. 9. Decernentes easdem præsentes semper et perpetuo validas et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter et inviolabiliter observari dabere, ac nullo umquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quamtumvis juridica et legitima, et ex eo quod causæ propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, seu quopiam alio quamtumvis magno, substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servandæ, et odimpleoda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu enormis, et enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa, et quamtumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareat, seu aliter probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris vel facti, aut gratiæ vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus concepto, et impetrato vel emanato quempiam uti, seu se juvare in judicio, at extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, similibus limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas et constitutiones apostolicas aut cancellariæ apostolicæ regulas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus etiam consistorialiter ex quibuslibet causis et sub quibuscumque verborum expres-

sionibus, tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore ac data specialis mentio fiat editas, et in posterum edendas comprehendi; sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse.

Decretum irritans.

§. 10. Sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 11. Non obstantibus, quatenus opus sit Nostræ, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque in contrarium præmissorum quomodolibet, et in synodalibus, provincialibus, generalibus, et universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausolis ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine hujusmodi pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque toto tenore specialis, specifica, expressa, et individua ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio aut quævis alia expressio, seu qualibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis omnibus in suo robore permansuris legitime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat harum serie motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Preceptum de referendo redditu cathedralis in libris cameræ apostolicæ.

§. 12. Volumus autem quod ecclesia cathedralis Alba-regalensis per Nos ut præfertur erecta juxta ejus redditus de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat, quodque in exequutorem pro exequutione tantum earumdem præsentium dilectus filius Noster, et Sedis apostolicæ prædictæ nuncius Viennensis, cum facultate subdelegandi deputetor.

Sanctio pœnal.

§. 13. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ derogationis, erectionis, institutionis, attributionis, applicationis, approbationis, concessionis, assignationis, admissionis, reservationis, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo decimo quinto kalendas julii pontificatus Nostri anno tertio.



Dat. die 12. julii 1777. Anno III.

CXXXIX.

Exemptio trium monasteriorum monialium ordinis s. Francisci in Etruria existentium a regimine fratrum dicti ordinis, et subiectio eorum respective ordinariis.

Venerebili fratri Karolo archiepiscopo Patracensi in civitate Florentina, ac dominio dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi regii Hungariæ, et Bohemiæ principis archiducis Austriæ, Etruriæ sibi subjectæ magni ducis Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerebilis frater Noster salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum, sicut accepimus, tria in istis partibus reperiuntur monasteria monialium ordinis sancti Francisci, unum scilicet sub titulo, seu invocatione santæ Mariæ di Codiponte vulgo nuncupatum, existens prope oppida, seu loca ejusdem nominis Lunen-Sarzanensis diœcesis, aliud vero sub titulo pariter, sed invocatione sancti Hieronymi situm in oppido, seu loco Castilionis Florentini diœcesis Aretinæ, et tertium denique sub titulo quoque, seu invocatione sanctæ Claræ positum in plebe sancti Stephani diœcesis Burgi sancti Sepulchri, quæ quidem tria monasteria subsunt curæ, gubernio, regimini, et superioritati fratrum ordinis minorum sancti Francisci de observantia nuncupatorum; grave autem redditur onus eisdem fratribus gerendi curam, et gubernium dictorum trium monasteriorum, nec non eadem tria monasteria visitandi, idque animadvertentes ipsius ordinis superiores a cura, regimine, gubernio, et superioritate hujusmodi liberos esse desiderent.

Tenor concessionis.

§. 2. Hinc est, quod Nos quieti, ac tranquillitati, tam fratrum prædicti ordinis, quam eorumdem trium monasteriorum, ac dilectarum in Christo filiarum monialium in eis existentium paterna charitate providere volentes, memoratos fratres ordinis Minorum sancti Francisci de Observantia a cura, gubernio, regimine, et superioritate prædictis auctoritate apostolica, tenore præsentium perpetuo eximimus, et liberamus; ac moniales prædictas curæ, gubernio, regimini, superioritati, et ordinariæ jurisdictioni quoad primum monasterium sanctæ Mariæ, venerabilis fratris episcopi Lunen-Sarzanensis, quoad secundum sancti nempe Hieronymi, venerabilis itidem fratris episcopi Aretini, et quoad tertium nempe sanctæ Claræ, venerabilis pariter fratris episcopi Burgi sancti Sepulchri auctoritate, et tenore prædictis pariter perpetuo, ac respective subiicimus, submittimus, et subponimus. Quocirca fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut ad earumdem Nostrarum præsentium literarum executionem, absque ulla mora, retardatione, vel impedimento procedas, illasque exequi omnino cures, et facias; tibique propterea plenam, et amplam facultatem ea omnia gerendi, declarandi, et decernendi, quæ in exequendis eisdem præsentibus magis in Domino expedire judicaveris, auctoritate et tenore prædictis tribuimus, et impertimur.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 3. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit ordinis, et trium monasteriorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro pleno, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut ipsarum præsentium literarum transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in eccle-

siastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima julii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 12. julii 1777. Anno III.

CXL.

Exemptio monasterii monialium s. Pauli ordinis s. Dominici civitatis Pisanæ a jurisdictione, et cura fratrum ordinis Prædicatorum, et subjectio archiepiscopi Pisani jurisdictioni.

Venerabili fratri Karolo archiepiscopo Patracensi in civitate Florentina, ac dominio dilectissimi in Christo filii Nostri Petri Leopoldi regii Hungariæ, et Bohemiæ principis archiducis Austriæ Etruriæ sibi subjectæ magni ducis Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater salutem, et apostolicam benedictionem.

Ratio concessionis.

§. 1. Cum sicut accepimus, in civitate, seu diœcesi Pisana unum reperiatur monasterium monialium ordinis sancti Dominici sub titulo, seu invocatione sancti Pauli ad Hortum, quod quidem monasterium subsit curæ, gubernio, regimini, et superioritati fratrum ordinis Prædicatorum nuncupatorum; grave autem reddatur onus eisdem fratribus gerendi curam, et gubernium dicti monasterii sancti Pauli, illudque visitandi; idque animadvertentes ipsius ordinis superiores a cura, regimine, guberoio, et superioritate hujusmodi liberos esse desiderent.

Concessionis tenor.

§. 2. Hinc est, quod Nos quieti, ac tranquillitati tam fratrum prædicti ordinis, quam ejusdem monasterii, ac dilectarum in Christo filiarum monialium in eo existentium paterna charitate providere volentes, memoratos fratres ordinis Prædicatorum a cura, gubernio, regimine, et superioritate prædictis auctoritate apostolica, tenore præsentium, perpetuo eximimus, et liberamus; ac moniales prædictas curæ, gubernio, regimini, superioritati, et ordinariæ jurisdictioni archiepiscopi Pisani auctoritate, et tenore prædictis pariter perpetuo, ac respective subjicimus, submittimus, et subponimus.

Deputatio executoris literarum cum facultate illas declarandi.

§. 3. Quocirca fraternitati tuæ per præsentes committimus, et mandamus, ut ad earumdem Nostrarum præsentium literarum executionem absque ulla mora, retardatione, vel impedimento procedas, illasque exequi omnino cures, et facias; tibique plenam, et amplam facultatem ea omnia gerendi, et decernendi, quæ in exequendis eisdem præsentibus magis in Domino expedire judicaveris auctoritate, et tenore prædictis tribuimus, et impertimur. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 4. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, ordinis, et monasterii prædicti etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 6. Volumus autem, ut ipsarum præsentium transumptis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die duodecima julii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 18 iulii 1777 Anno III.

CXLI.

Revocatio Brevis Clementis XIV., quo suppressa fuit congregatio Oratorii sancti Philippi Nerii terræ Hyspelli Fulginatensis diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Romanus pontifex curæ gregis Dominici sibi divinitus commissæ more seduli pastoris jugiter advigilans, nonnulla, quæ a prædecessoribus suis concessa noscuntur, justis interdum suadentibus causis, quibus præsertim animarum Christifidelium saluti peramplius consulitur, pro apostolici muneris sui solicitudine moderatur, revocat, et immutat, sicuti, omnibus mature perpensis, conspicit in Domino salubriter expedire.

Benedictus XIII congregationem erexit, plurimisque ditavit privilegiis.

§. 2. Dudum siquidem felicis recordationis Innocentius pp. XIII. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die xxviii januarii MDCCXXIII. expeditas literas congregationem presbyterorum, et clericorum sæcularium Oratorii sancti Philippi Nerii jampridem anno videlicet MDCXLI. in ecclesia sancti Rochi terræ di Spello tunc Spoletanæ, nunc vero Fulginatensis diœcesis auctoritate ordinaria erectam, atque institutam apostolica sua auctoritate approbavit, et confirmavit, ac de novo etiam erexit, et instituit; nec non insuper tunc, et pro tempore existentibus præposito, ac presbyteris ejusdem congregationis, ut ipsi in vinea Domini uberiores afferrent fructus nonnulla privilegia, gratias etiam spirituales, atque indulgentias, et peccatorum remissiones concessit, atque impertitus fuit, et alias prout in ipsius Innocentii prædecessoris literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Clemens XIV. bona ipsius congregationis episcopo Fulginatensi connexuit

§. 3. Postmodum vero recolendæ memoriæ Clemens pp. XIV. itidem prædecessor Noster, cum jam antea eamdem terram, suumque territorium a diœcesi Spoletana, intra cujus limites reperiebatur, separasset, ac alteri diœcesi Fulginatensi univisset, propter auctas ex hujusmodi populi incremento novas pastoralis curæ solicitudines, tunc, et pro tempore existenti episcopo Fulginatensi, redditus quoque illius ecclesiæ, et mensæ episcopalis augere decrevit. Per suas itaque in pari forma Brevis die viii augusti MDCCLXXII. expeditas literas idem Clemens prædecessor memoratam congregationem Oratorii in dicta terra erectam, motu proprio, atque ex certa scientia, et matura deliberatione sua, et de apostolicæ potestatis plenitudine suppressit, atque extinxit, ejusdemque sic suppressæ, atque extinctæ congregationis fundos, jura, et actiones una cum missarum, aliisque adnexis oneribus episcopatui, ac mensæ episcopali prædictæ Fulginatensi sub certis modo, et forma tunc expressis perpetuo univit, adjunxit, et incorporavit, ac alios prout in ejusdem Clementis prædecessoris literis, quarum tenor est, qui sequitur nempe.

Clemens pp. XIV.

Ad perpetuam rei memoriam.

Tenor constitutionis Clementinæ.

§. 4. In apostolicæ dignitatis fastigio, divina sic disponente voluntate, meritis licet imparibus constituti omnes Dominici agri partes, quasi de montis vertice inspicimus, ut quid ecclesiarum omnium conditioni, decori, et firmamento conveniat adjudicemus, et divino fulti præsidio, quo cuncta ex sui benignitate pro populorum suorum Christifidelium salute disponit, ad ea, quæ ecclesiarum hujusmodi statum respiciunt, Nostri ministerii partes utiliter intendere curamus, prout in Domino conspicimus salubriter expedire. Nuper siquidem Nos per alias Nostras in simili forma Brevis expeditas literas ex justis causis animum Nostrum digne moventibus, terram Hyspelli vulgo Spello nuncupatam una cum suo territorio a diœcesi Spoletana, intra cujus limites existebat, dismembravimus, et separavimus, illamque sic separatam, et dismembratam alteri diœcesi Fulginatensi univimus, adjunximus, et incorporavimus, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro expressis, et insertis haberi volumus, uberius continetur. Ex hac autem unione, et adnexione, cum modo Fulginatensis diœcesis latius diffundatur, hinc ex incremento populi novæ tam venerabili fratri Mario episcopo Fulginatensi, quam ejus in episcopatu hujusmodi successoribus adauctæ sunt curæ pastorales, et onera. Ut igitur aucto labore, redditus quoque ecclesiæ, et mensæ episcopalis Fulginatensis aliquatenus augeantur; hinc est, quod Nos ex præmissis, aliisque facti, et rerum circum-

stantiis Nobis bene notis motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine, particularam, angustamque congregationem Oratorii in dicta terra Hyspelli per quondam Justinianum Cambi, aliosve sacerdotes, aut institutoras usque a principio erectam supprimimus, et extinguimus, atque suppressam, et extinctam omnino decernimus, et declaramus; ejusdem vero sic, ut præfertur, suppressæ, atque extinctæ congregationis fundos universos, et proventus cujuscomque generis, et speciei, nec non jura, et actiones ad dictam congregationem quomodolibet spectantes, etiam agendi contra occupatores, et detentores bonorum, ac pecuniarum, rerumque aliarum ad congregationem hujusmodi pertinentium, una tamen cum missarum, canonum, livellorum, taxarum, legatorum, aliisque ad fundos ipsos, ac provantus adnexis oneribus dictæ civitatisFulginatensis episcopatui, mensæ episcopali motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus perpetuo unimus, adjungimus, et incorporamus. Eidemque Mario episcopo facultatem tam moderandi, ac etiam commutandi, et transferendi prædicta omnia, et singula sive pia, sive profana respective onera, quam destinandi usum, et exercitium ecclesiarum ad memoratam suppressam, et extinctam congregationem ex concessionibus capituli collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ dictæ terræ pertinentium, ac demum assignandi dilectis filiis Bernardino Bartocci, ac Vincentio Accorimboni congregationis hujusmodi jam presbyteris, eorumque fratri laico alimenta; quatenus extra aliam, aut proprii, aut alterius instituti congregationem, seu domum religiosam commoraverint, vel aliter provisi non fuerint, ac pro tempore, et quantitatibus, ac sub aliis conditionibus juxta suum æquum, prudensque arbitrium præscribendis tribuimus, et impertimur; ita cæteroquin, ut onera præmissa, si, et quatenus ab ipso Mario episcopo moderata, seu reducta, commutata, vel translata fuerint, non aliter exequi debeant, nisi eo modo, et forma, quibus moderationes, reductiones, commutationes, vel translationes hujusmodi Nobis exponendæ, Nostram in posterum obtinuerint approbationem; ac propterea quamcumque ulteriorem provisionem super cæteris omnibus rem, et negotium hujusmodi quomodolibet concernentibus, præcipue vero super assertibus juribus hæredum, seu legatariorum substitutorum, et respective nominatorum in dispositionibus quondam patris Moder, et presbyteri Fausti Gentili, prout tamen quando, et quatenus opus fuerit, Nobis reservamus. Decernentes ipsas præsentes literas, ac omnia, et singula in eis contenta etiam ex eo, quod presbyteri dictæ congregationis, vel quicumque alii in præmissis interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes illis non consenserint, ac ad ea vocati, et auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et alias justificatæ non fuerint, aut ex alia quantumvis legitima causa, colore, prætextu etiam enormis, et enormissimæ læsionis, nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel quorumvis interesse habentium consensus, aut alio quantumvis magno, et substantiali defectu notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris, restitutionis in integrum, aut aliud quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium impetrari, sed semper validas, firmas et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac dictorum piorum institutorum, testatorum, et disponentium etiam ultimis voluntatibus, nec non pactis, atque conditionibus cum prædicto capitulo collegiatæ ecclesiæ sanctæ Mariæ initis, ac Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus effi-

cacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti deroga ione, de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, ac individua, oon autem per clausulas generales idem importantes meotio, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficieoter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud s. Mariam Majorem sub annulo piscatoris die octava augusti millesimo septingentesimo septuagesimo secundo, pontificatus Nostri anno quarto.

Preces porrectæ pro obtinenda restitutione ejusdem congregationis.

§. 5. Nuper autem pro parte dilectorum filiorum cleri, communitatis, et hominum ejusdem terræ expositum Nobis fuit, plura, ac nimis gravia ex hujusmodi suppressione congregationis prædictæ in maximam æternæ animarum salutis perniciem, damoa, ac præjudicia certo certius obvenisse: clausa namque ut plurimum ecclesia ejusdem congregationis, quæ in medio oppidi, ac in frequentiori loco, et platea majori sita reperitur, universus populus ejusdem terræ tam assidue administratione sacramentorum pœnitentiæ, et eucharistiæ, quam verbi divini pabulo, et quotidiana oratione horis vespertinis, ecclesiasticis viris, aliisque intervenientibus, fieri solita se destitutum ægerrime agnovit. Ut igitur mala hæc omnia, ac præjudicia, quæ experientia rerum magistra testante, inde comperta sunt, modo deficiant, et auferantur, dicti exponentes in suam, ac perpetuam suorum civium, ac incolarum spiritualem utilitatem, eamdem congregationem presbyterorum, et clericorum sæcularium Oratorii sancti Philippi Nerii in terra hujusmodi antea auctoritate ordinaria erectam, et institutam, atque deinde a memorato Innocentio prædecessore apostolica auctoritate confirmatam, et approbatam, novissime vero a dicto Clemente itidem prædecessore suppressam, atque extinctam per Nos restitui, atque reintegrari summopere desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor reintegrationis præcepta.

§. 6. Nos igitur, qui in procuranda æterna animarum omnium salute apostolicæ auctoritatis Nostræ partes desiderare minime patimur, exponentes ipsos specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, eorumque singulares persooas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis, quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, ac etiam motu proprio, et ex certa scientia, ac matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine præinsertas in pari forma Brevis ab eodem Clemente XIV. prædecessore expeditas literas cum omnibus, et singulis in eis contentis, et expressis, ac inde secutis quibuscumque revocamus, cassamus, irritamus, et annullamus, viribusque ac effectu penitus, et omnino vacuamus. Eamdemque propterea congregationem Oratorii sancti Philippi Nerii in dicta terra auctoritate ordinaria dudum erectam, atque a præfato Innocentio prædecessore suis literis prædictis apostolica auctoritate confirmatam, et approbatam, una cum omnibus, et singulis privilegiis, gratiis, indulgentiis, et peccatorum remissionibus dictæ congregationi, suisque pro tempore existentibus presbyteris, ac clericis ab ipso Innocentio concessis, et attributis, ut præfertur, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus in pristinum, ac eum, in quo antequam literæ præinsertæ hujusmodi emanassent, erant statum reponimus, restituimus, et plenarie reintegramus. Ac dictæ propterea congregationi sic per præsentes a Nobis repositæ, et reintegratæ tam præfatam ecclesiam sancti Rochi, atque ædes ei annexas, quam bona omnia stabilia, et semoventia, nec non sacra supellectilia, paramenta, atque mobilia cujuscumque generis, et speciei ad eamdem congregationem, ejusque ecclesiam, et ædes antequam illa suppressa fuisset quomodolibet spectantia, et pertinentia, et in notula, seu inventario tempore suppressionis hujusmodi confecto descripta, atque contenta restitui volumus, præcipimus, et jubemus.

Mandatum de reintegrandis sociis in possessione ecclesiæ, ju-

§. 7. Quocirca venerabili fratri Nicolao episcopo Assisiensi per apostolica hæc scripta committimus, et man-

rium, et bonorum.

demus, ut ipse tamquam a Nobis specialiter ad hunc effectum delegatus per se, vel alium, seu alios ab eo deputandum, seu deputandos dilectum filium Bernardinum Bartocci jam dictæ congregationis presbyterum, ejusque socios in veram, realem, et corporalem possessionem ecclesiæ, aedium, bonorum tam stabilium, quam eorum nunc quoque existentium mobilium, nec non sacrarum supellectilium, aliorumque, omnium prædictorum juxte notulam, seu inventarium, ut præfertur, confectum, nomine congregationis prædictæ sic a Nobis per præsentes restitutæ, ac reintegretæ immittat, immissumque, seu immissos ab omni, et quacumque molestia, ac molestanti persona defendat, et tueatur; pro aliis vero mobilibus, supellectilibus, paramentis, quæ modo quoque existere minime reperiantur, sed post secutam suppressionem prædictem aliis vendita, et quocumque modo alienata fuerint, eidem congregationi jura agendi pro restitutione pretii, et venditione hujusmodi precepti juxte liquidationem coram eodem Nicolao episcopo, vel alio, seu aliis ab eo subdelegando, seu subdelegendis faciendam, contra quos de jure, et prout de jure reservamus, ac reservata, et illæsa esse, et fore decernimus, et declaramus.

Privilegia tribuit.

§. 8. Ut autem ex restitutione, ac reintegratione congregationis hujusmodi uberes, quos enixe optamus, in æternam animarum salutem, benedicente Domino, fructus proveniant, eidem Nicolao episcopo iojungimus quoque, et jubemus, ut juxta præfatas literas ejusdem Innocentii prædecessoris, ordinationes omnes, atque instituta domus congregationis sancti Philippi Nerii de urbe, tam in respicientibus divinum cultum, ac spirituale animarum bonum, quam io iis, quæ pertinent ad regimen, et gubernium hujusmodi congregationis omnino, ac perpetuo exequi, et inviolabiter servari, ac custodiri curet, et faciat; atque propterea ipse desuper id statuat, et decernat, quod juxta datam sibi a Domino prudentiam divini cultus augumento, et animarum utilitati, ac prospero, et felici gubernio prædictæ congregationis restitutæ, et reintegratæ magis expedire judicaverit. Nos enim ad præmissa omnia præscribenda, et exequenda eidem Nicolao episcopo plenam, et amplem facultatem motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concedimus, et indulgemus.

Clausula sublata et derogationes irritans.

§. 9. Decernentes easdem præsentes literas, neque etiam ex eo, quod qoicumque interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad præmissa citati, et auditi non fuerint, aut ex alia quacumque juridica, et rationabili causa, colore, et prætextu ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensu, aliove quolibet defectu notari, impugnari, et in controversiam revocari nullatenus posse, sed easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocomque spectabit io omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observeri; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinerios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 10. Non obstantibus omnibus, et singulis præmissis, ac quatenus opus sit Nostra, et cancellariæ apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, ac efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, etaliis decretis in genere, vel io specie, ac eliis in oontrarium quomodolibet concessis, approbatis, et inoovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servenda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Da-

tum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta julii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 16. julii 1777. Anno III.

CXLII.

Confirmatio transactionum aliorumque gestorum quoad bona ducatus de Ostrog pro hospitali s. Joannis Hierosolymitani.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Expositio precum, et status litis pendentis inter hospitale Hierosolymitanum, ac nonnullos nobiles Polonos.

§. 1. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Jacob Laurus la Tonnelier de Brelevil frater miles expresse professus, eique bajulivus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani, nec non apud Nos, et Sedem apostolicam ejusdem hospitalis orator, quod opera, ac studio dilecti itidem filii Michaelis comitis de Sagremoso fratris quoque militis expresse professi bajulivi dicti hospitalis, qui ejus minister plenipotentiarius deputatus fuerat, ad id adjutrices manus interponentibus aulis Viennensi, Petersburgensi, ac Berolini vetustissima quæstio vigens inter hospitale hujusmodi, ac nonnullos nobiles in regno Poloniæ super possessione bonorum comprehensorum in fundatione, seu ordinatione quondam Joannis d'Ostrog absoluta fuit vigore concordiarum, ac transactionum inter carissimum filium Nostrum in Christo Stanislaum Augustum Poloniæ regem, et dilectos filios nobiles viros reipublicæ Poloniæ, ac memoratum Michaelem ministrum plenipotentiarium ejusdem hospitalis initarum.

Portiones annuæ assignatæ favore militum qui nati essent vel in Polonia, vel in Lithuania et conditiones servandæ in concessione ipsarum portionum.

§. 2. Postmodum vero eadem respublica duas edidit præcipuas constitutiones die XVII decembris MDCCLXXIV. quarum prima statuit, ut ex florenis annuis tercentum mille monetæ illarum partium e possessoribus bonorum ducatus de Ostrog solvendis, ac assignatis pro manutentione militiarum, extrahendi essent floreni centum viginti mille constituti pro dote unius prioratus, et sex præceptoriarum, seu commendarum erigendi, et respective erigendarum favore fratrum militum hujusmodi hospitalis, qui nati essent vel in Polonia, vel in Lithuania, assignando ennuos redditus florenorum quadraginta duorum millium pro dote prioratus, ac quantitate florenorum tresdecim millium pro unaquaque ex dictis præceptoriis, seu commendis, sub conditionibus sequentibus, videlicet.

Tenor ipsarum conditionum.

§. 3. 1°. Quod prior, et primi sex præceptores, seu commendatarii conjugati esse possent. 2°. quod eorum successores statuta, seu regulas hospitalis hujusmodi exequi, seu observare deberent. 3°. quod dictus Michael nomine tam dilecti filii magni magistri ipsius hospitalis, quam hospitalis prædicti solemnem emmitteret renunciationem omnibus prætentionibus jam propositis ex parte prædicti hospitalis super bonis de Ostrog, quodque renunciatio hujusmodi a prædictis tribus aulis defendenda esset. Secunda autem constitutione facultas data fuit fundandi octo præceptorias, seu commendas de jurepatronatus juxta sequentes conditiones nempe 1°. quod fundandæ essent ex bonis liberis, ac æri alieno, et hypothecis minime obnoxiis 2°. quod annui earum redditus minime excedere deberent quantitatem quindecim millium florenorum Polonorum. 3°. quod bona prædicta nequaquam exempta esse deberent ab oneribus, et publicis impositionibus ab eadem republica injungendis. 4°. quod bona prædicta subjecta semper intelligi debeant legi, et jurisdictioni regionis. 5°. ac postremo, quod præceptores, seu commendatarii obstricti sint annuatim persolvere cancellariæ Militensi (id est communi ærario ipsius hospitalis) decimam partem redditnum suarum respective commendarum.

Acceptatio constitutionum, et renunciatio omnia cuicumque alio juri hospitali competenti.

§. 4. Admissis itaque, seu acceptatis a memorato Michaele ministro plenipotentario nomine, atque ex parte magni magistri, et hospitalis præfatorum sub die II. februarii MDCCLXXV præfatis duabus constitutionibus, renunciavit quoque coherenter ad earum primam in perpetuum cuicumque alii titulo, actioni, aut juri, quæ dictum hospitale haberet, seu habere posset in supra relatis bonis Joannis d'Ostrog, super quibus initæ, et absolutæ sunt concordiæ, et transactiones prædictæ,

seque obligavit a Nobis, et ab hac sancta Sede obtinere, quod pro hac vice tantum nempe, primi magnus prior, et sex præceptores, seu commendatarii prædicti conjugati esse valeant cum dispensatione ab oneribus, et obligationibus fratrum militum hospitalis hujusmodi, a quibus conventum fuit, quod exempti remanere deberent, quodque unusquisque ex dictis sex novis præceptoribus, seu commendatariis succedere debeat in locum magni prioris juxta eorum antianitatem computandam a die memoratæ renunciationis, ea tamen conditione, ut eveniente deinde vacatione prioratus, et sex præceptoriarum, seu commendarum prædictarum, nec unum, neque aliæ obtineri possent, præter quam quod a fratribus militibus Polonis ipsius hospitalis jam in tales admissis, atque receptis, juxta leges ipsius hospitalis admissas, et in praxi receptas semper pro aliis præceptoriis, seu commendis dudum fundatis in Polonia, et in Lithuania, ac omni tempore observatas in prioratibus linguæ Alemanniæ dicti hospitalis.

Promissio reportandi Bullas et statuta a magno magistro hospitalis.

§. 5. In quorum omnium sequelam idem Michael se etiam obligavit, quod idem magnus magister hospitalis hujusmodi concessurus esset, non solum necessarias Bullas dicti prioratus, verum etiam earumdem præceptoriarum, seu commendarum, statuta in Bullis prædictis quarta parte respectivi redditus juxta præscriptum a statutis, seu stabilimentis, ac ordinationibus capitularibus ipsius hospitalis auctoritate apostolica confirmatis, quæ usque tunc, ac pro omni tempore semper conventa fuit in tercentis quinquaginta octo ducatis auri Hollandiæ, ac floreuis tribus cum dimidio Poloniæ de ea bonitate, atque onere, quibus nunc vigent, pro priore prædicto, nec non in summa ducatorum centum septuaginta novem similium, ac unius floreni cum tribus quartis pariter Poloniæ pro unoquoque ex sex præceptoribus, seu commendatariis, quæ omnia efficiunt quantitatem in totum ducatorum mille quatuor centum triginta duorum auri de Hollandia, ac quatuordecim florenorum Poloniæ anno quolibet in perpetuum solvendorum pro tempore existenti thesaurario dicti hospitalis Varsaviæ; ac demum promisit, quod intra terminum unius anni a die, seu data prædictæ renunciationis computandum exhibiturus esset ratihabitionem ipsius magni magistri, atque dilectorum filiorum consilii dicti hospitalis ministris ipsius Stanislai regis, ac memoratæ reipublicæ Poloniæ, et alias prout ex serie gestorum hujusmodi relata in monumento, seu documento, cujus tenor est, qui sequitur videlicet.

Tenor decreti editi a magno magistro.

§. 6. Frater Emmanuel de Rohan Dei gratia sacræ domus hospitalis sancti Joannis Hierosolymitani et militaris ordinis sancti sepulchri Dominici magister humilis, pauperumque Jesu Christi custos.

Universis, et singulis præsentes Nostras literas visuris, lecturis, et audituris salutem.

Notum facimus, et in verbo veritatis attestamur, qualiter infrascriptum decretum extractum fuit ex libro conciliorum in cancellaria Nostra conservato, in quo similia notari, et registrari solent; quod quidem in publicam formam extrahi, et redigi jussimus, ut ubique tam in judicio, quam extra eidem plena, et indubitata fides adhibeatur; cujus tenor est, qui sequitur, videlicet, Die vii. mensis maii 1776. l'eccellentissimo, e reverendissimo signor gran maestro, avendo esposto al venerando consiglio essere indispensabile far presentare dal cavaliere fr. Michele Sagramoso ministro plenipotenziario di quest' ordine in Polonia, nella prima dieta da congregarsi, la ratifica della rinuncia da esso cavaliere, e ministro fatta sotto il dì 2. febbrajo 1775. di tutte le ragioni dell' ordine sulli beni del ducato di Ostrog in seguito alle due costituzioni promulgate da quella serenissima republica, l' una relativamente alla erezione di un priorato, e sei commende in Polonia, e Lituania, e l' altra alla permissiono accordata ai vassalli della medesima serenissima republica di criggero sino al numero di otto commende di giuspadronato, il tenor delle quali rinuncia, e costituzioni è questo, che siegue, cioè: Actum in curia regia Varsaviensi Sabbatha post festum Immaculatæ Conceptionis beatissimæ Virginis Mariæ, videlicet die decima septima mensis decembris anno Domini 1774. Ad officium et acta præsentia castrensia capitanealia Varsaviensia personaliter veniens magnificus Florianus Innocens Drewnowski pocillator terræ Lomzensis confœderationis regni generalis, et comitiorum extraordinariorum secretarius eidem officio et actis ejus constitutionem infrascriptam obtulit, et ad ingrossandum acta præsentia porrexit tenoris talis.

Literæ expeditæ in sequelam prælaudati decreti.

§. 7. *Dobrazvoane Ostrogskie terres nommées Ostrog* conservons dans toute sa valeur et vigeur la constitution de la diete de 1766, qui rèsoût la recés confirmé par la diete de 1677. dans l'affaire de biens d'Ostrog, et qui approuve las transactions faites dans le Grod de Sandomi en 1753 per le p. Jannsz Sanguszko comme successeur naturel pour lors heritier de biens susdits, ainsi qu'une seconde constitution de traité en 1768, qui confirme les dites transactions dans leur teneur; ottenduque la commission établia, et entamée dans la constitution susmentionée de 1766 pour faire un dipartiméns proportionel dans les biens nommés Ostrog pour la somme de trois cent mille flor. de Polagne offerts à la rapublique par les heritiers de ces terres dans le vue de former un corps de quelques centaines d'hommes, et pour fournir à leur sustantation n'a pas été accomplie à cause des tronblas survenus dans notre royaume, et que d'ailleurs les calamités publiques, et les revenus endommagés ont mis jusq' à present les heritiers, et possesseurs des dits biens hors d'état da payer cette somme, c'est pourquoi pour accomplir un'ouvrage commencé designons pour commissaires messieurs Jos. Popiel Castellan de Sierps, Karroicki regent d e la couronne, Antoine Sobolegwski Porteenseigne da Volhynia, Falicien Drzewiecki Juga Terestre du Palatinat de Bractau, Stanisl. Malacbowki Stolrik de Krzemieniée, Georga Miatlski Stolnik de Zytomierz, Dluski Woyski da Podolie, Bierzynski notaire terestre de Zytomierz, Wistoki notaire terestre de Braclawie, Bierzynski Stawste de Srawnlis, Jeam Konradrki Juge du Grod de Kowsgrod, Dorozynski notaire du Grod da Laticrew, Orlowski Prodwojewodry de Leopol, Cajetan Wylerynski pontaenseigna da la milico nobla de la republique les quels commissaires aprés an primier de fevrier de l'annéa suirante 1775 a Dubno villas das dites terres, et aprés y avoir formé leur siege de jurisdiction, accompliront à moins qu'il y ent cinq personnes en tout la regle prescrite pour leur conduite, et enoncée dans la constitution de 1766, Yls declareront le rigueur, y marquée contre les transgresseur, et an indiguant à chaque heritier, et possesseur les plus proches Douanner pour le payement de la dite somme da 300000 flor. de Polon. ils assigneront en vigeur de la constitution de 1766 le pramier terme pour le payement an primier octobre de l'année courante 1774. Ce payement se faira deux fois par an, et pour qu'il soit suivi ordonneront en consequence. A l'egard des pretentions de l'ordre das chevaliers de Malthe, attenduque cet ordre n'ait pas demontré par des documents assés convaincents la legalité de ses demandes aux commissaires nommés par les etats da la republique pour connoitre les droits neanmoins en egard à l'interessement des trois cours Voisvner, et voulant que ploslanrs chevaliars de l'ordra de Maltbe ayant leur sustentation dans ce royaume, nous, les états assemblés, et confederés faisons pour ces chevalier de Malthe l'établissament suivant: des à preser il sera fondé un grand prieuré, et sex commanderies en taveur d'un priaur, et six chevaliers, qui touts doivent étre gentils-hommes nes Polonois, et Lithnaniens. Le grand prieur aura une pension de 42000 flor. de Pologne par an, et chaque chevalier commandeur 13000 flor. de Pologne du fond ci dessous marqué. Tous les chevaliers d'aujourdhuy, et le grand prieur, que pone les six cheraliers faisant la montant de 120,000 flor. de Pologne saront dacomptés de la somme de 300,000 flor. de Pologne assignéa au ragiment, orles 100,000 flor. de Polon restants seront employés pour le regiment, qui trourera un desommagement, pour avoir per perdu 120,000 flor. de Polon. dans la regolement militaire. Monsieur Michel de Sagramoso ministre plen. de Malthe faira ou nom du grand maitre de Malthe, et de tout l'ordre une renonciation sollemnellé de tontas pretentions formées par l'orda de Maltbe aux biens d'Ostrog, quelle renonciation sera garantié par las trois puissances actuellement en traité par la voye de leurs excellances leurs ministres, Antonie Ostrowski eveque de Cujavie, præses, Adam Lodria P. Ponienski marechal da la confedaration general de la conrone, at de la diete. Michel Radriwill Porte-Glaire, et marechal de la confederation general de Lithnanie, et de la diete manu propria. Post cujus quidem constitutionis superius præinsertæ in acta præsent. ingrossation em originale ejusdam offerenti prævia officii sui quietotione est extraditum».

Mathias Sobolewski.

Notarius Terris Castr. Varsav.

(L. S.) Pochata. Actum in curia regia Varsaviensi sabbatho post fastum Im-

maculatæ conceptionis Beatissimæ Virginis Mariæ, videlicet die 17 mensis decembris anno Domini 1774.

Sancio regis Poloniæ, vi cujus permittitur erectio octo commendarum

§. 8. Ad officium et acta præsentia castrensie capitanealia Varsaviensia personaliter veniens magnificus Florianus Junosza Drewnouski pocillator tarræ Zomzensis confœderationis generalis, et comitiorum extraordinariorum regni secretarius eidem officio, et actis præsentibus sancitam constitutionem infrascriptam obtulit, et ad ingrossandum in acta præsentia porrexit tenoris talis: *Porwolenie Ustanowiennia Osmin Roman-derisi.* Permission pour l'erection da huit eommenderies. Permettons à huit personnes de fonder des commenderies, et de les établir suivant l'arrangement à faire par ces personnes, et sitôt ces commenderies fondées, nous (suivant la stipulation à faire pour les fondateurs) les approvons à perpetuitó par la loi presente, les quelles commenderies doivent étre fondées de bienfonds libres, et ne point chargé de dettes. Nous ne les exemptons pendant point des droits, et impos publiques a etablir par la republique. Ces fouds de commenderies ne doiveut outre passer la somme da 15,800 flor. de Polon. de reverin annuel., et doivent toujours rester sous la loi, et jurisdiction convenable du Pais-Les commandeurs auront annulléméot à payer à la chancellerie de Malta la dixieme partie la leurs revenus Ant. Ostrovoscki eveque de Cujavie præses, Adam Lodria P. Poninski marcchal de la confederation general de la caurонne, et de la diete. Michel Hironyme RadriwittPorte Glaive, et mareebal de la confederarion generalo de Lithuanie, ot de la diote m. p. Post hujus quidem sancitæ constitutionis superius quæ insertæ in acta præsentia ingrossationem originale ejusdem eidem offerenti prævia officii sui quietatione est extraditum.

Mathias Sobolegwski

Notarius Terris Castr. Varsaviæ (L. S.) Puchata. Stanislaus Augustus Dei gratia rex Poloniæ, magnus dux Lithnaniæ, Russiæ, Prussiæ, Masoviæ, Samogitiæ, Kyovziæ, Volhyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Livoniæ, Smolensciæ, Severiæ, et Osemicchoviæ.

Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest universis, et singulis; quod veniens personaliter ad acta præsantia metrices regnii cancellariæ Nostræ majoris Generosus Casimirus Olechowski obtulit ad inserendum illis literas originales authenticas renunciationem illustris ordinis Militensis prætensionibus ad bona Ostrogentia habitis per Generosum Michaelem comitem de Sagramoso equitem professum provinciæ Italiæ ministrum pleni potentiarium prælati ordinis in idiomate gallico continentes, manu ejus propria subscriptas, et sigillo gantilitio in cera rubra Hispanica expresso munitas, una cum traductiona ipsius in idloma latinum per reverendum in Christo patrem Andream Stanislaum Kosta Mtodriejonski supremum regni cancellarium legalistam; cujus renuntiationis tenor sequitur ejusmodi.

Traductio in idioma latinum renunciationis superius relatæ

§. 9. In nomine Sanctissimæ Trinitatis. Quandoquidem serenissima respublica duabus constitutionibus in acta publica die xxvii decembris anno elapso MDCCLXXIV. inductis controversias ratione bonorum Ostrogensium inter illustrem ordinem Militensem, et possessores dictorum bonorum in perpetuum conclusit; illustris ordo Militensis determinavit se ad renuntiandum per me infrascriptum plena potestate ab eodem ordine die xxvi julii anno MDCCLXXIII. ad id munitum, quemadmodum ego ipso facto renuntio in perpetuum ipsius nomine omnibus cujuscumque tituli, prætentionibus, quas idem ordo instituit ad dicta bona Ostrogentia, et eorum possessores, iteut præfati possessores, eorumque successores nunquam possint molestari, et inquietari ab ordine Militensi quocumque modo directo, vel indirecto: quoniam autem respublica per unam ex dictis constitutionibus mense decembris latam assignavit summam centum viginti millium florenorum annuatim in perpetuum exsolvendam pro redditibus magni prioris, et sex commendatorum, quos instituit illustris ordo Militensis volendo facilioгem reddere hujus novæ institutionis executionem, suamque singularem erga nobilitatem Polonam certari considerationem, promittit obtinere a sancta Sede, ut pro hac sola vice magnus prior, et sex commendatores possint esse conjugati consequenter dispensati ab obligationibus equitum Militansium, et ut quilibet ex dictis sex novis commendatoribus succedat in locum magni prioris, secundum eorum antiquitatem ad præsens institutam, ea conditione nihilominus, ut quoties officia hæc vacabunt impleri non possint, nisi per equites Polonos jam admissos, et receptos secunqum leges ejusdem ordinis receptas, et practica-

tas semper respectu aliarum præfecturarum equestrium antiquitus fundatarum in Polonia, et Lithuania, observatasque omni tempore in aliis magnis prioratibus provinciæ Germanicæ.

Consequenter S. C. E. magnus magister dabit non solum bulles necessarias magni prioratus, prout ex præfecturarum equestrium præscribendo in iis quartam partem proventuum cujuslibet ex dictis præfecturis, conformiter ad leges ordinis Militensis, et secundum conventionem ad præsens factam, per semper tercentos quinquaginta octo aureos Hollandicos, et tres cum dimidio florenos Polonicales justi, et æqui ponderis pro re magni prioris, et centum septuaginta novem aureos nummos similes, et unum cum quadrante floren. ex re cujuslibet ex dictis sex præfecturis, quod universim efficit mille quadringentos triginta duos aureos nummos Hollandicos, et quatuordecim florenos Polonicales quolibet anno in perpetuum thesaurario ordinis Militensis Varsaviæ pro tunc existenti exsolvendos. Pariter etiam idem supremus magister ratificabit præsentem renunciationem in spatio unius anni a data scripti præsentis, illiusque instrumentum publicum transmittet ad ministerium S. R. M. et reipublicæ Poloniæ.

Quoniam autem consideratio, quam serenissima respublica Poloniæ in hoc negotio habuit erga protectionem, quam tres aulæ Viennensis, Petropolensis, et Berolinensis dignatæ sunt præstare ordini Militentium, faciliorem reddit negotiationem inter ordinem Militensem, et possessores bonorum Ostrogentium, hinc, duæ memoratæ constitutiones serenissimæ reipublicæ in acta publica die 17 decembris anno elapso 1774 inductæ, sicut pariter, et præsens renuntiatio erit sub magna, et respectabili assertione trium aularum unitarum.

Varsaviæ die 2 februarii 1775

Fr. Michael comes Sagramoso eques professus provinciæ Italiæ, et minister plenipotentiarius mei ordinis.

Approbatio traductionis, et receptio illius in cancellaria episcopali Posnaniensi.

§. 10 Præsentem traductionem latinam cum originali Gallico lingua scripto fideliter concordare attestor.

Varsaviæ 2 februarii 1775

Andreas Stanislaus Mlodriesowski episcopus Posnaniensis S.R. cancellarius.

Quas ejusmodi renuntiationis literas sicut præmissum oblatas Nos ad acta hæc metrices suscipi, inscribi, et ex illis fideliter rescriptas parti requirenti authentice extra originale Generoso offerenti restitui permisimus. De quo restituto cancellariam nostram quietavit, quietatque præsentibus, ac pro firmiori manu propria se subscripsit.

Casimirus Olechowski m. p.

In quorum fidem sigillum regni præsentibus est appressum. Actum Varsaviæ sabbatho pridie dominicæ septuagesimæ, die scilicet undecima mensis februarii anno Domini millesimo septingentesimo septuagesimo quinto regni vero nostri undecimo.

Andreas Stanislaus Mlodriesowski episcopus Posnaniensis S.R. cancellarius.

Relatio illmi excellentissimi, et rmi dni Andreæ Stanislai Kostha-Mlodriesowki episcopi Posnaniensis abbatis commendatarii Hebdoviensis supremi regni cancellarii.

Joannes Stominski M. præfectus S. R. M. secretarius.

Oblata renuntiationis prætensionibus ad bona Otrogensia ordinis Melitensis.

Acceptatio binarum supra relatarum constitutionum.

§. 11. L'eminenza sua, ed il reverendo consiglio collo scrutinio delle palle senza veruna discrepanza hanno accettato le suddette due costituzioni della prelodata serenissima republica, e nello stesso tempo hanno solennemente ratificato la detta rinuncia fatta sopra dal mentovato cavaliere Sagramoso in qualità di ministro planipotenziario di quest'ordine, incaricando nello stesso tempo il medesimo ministro d'impetrare dalla serenissima republica un'altra costituzione, mediante la quale il venerando priore, e li sei commendatori saranno in perpetuo tenuti, ed obbligati a pagare annualmente a quest' ordine a titolo di responsorio le somme espressamente indicate nell' accennata rinuncia del riferito ministre. Et quia se habet veritas, ideo in præmissorum omnium fidem, et testimonium præsentes manu nostra subscripsimus, ipsisque bullam nostram magistralem in cera nigra imprimere fecimus.

Datum Melitæ in conventu nostro die vii. mensis maii 1776.

Magnus magister de Rohan

Regist. in Cancell.

Fr. Ray.dus Albinus Menville regens cancellariæ.

Loco ✠ Sigilli

Exponitur con firmatio apostolica et singulæ conventiones in transactione, et constitutionibus relatæ firmiusque sisterent.

§. 12. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, conditiones prædictæ executioni demandatæ, et adimpletæ fuerint, quippe quia ipse magnus magister, et consilium prædictum sub die VII. maii proxime præteriti admiserunt, et acceptarunt præfatas duas constitutiones reipublicæ prædictæ ratamque habuerunt renuntiationem initam, atque obligationes susceptas a memorato Michaele ministro plenipotentiario, et super his monumentum, seu probationem exhibuerunt, hinc dictus exponens nomine, et ex parte ejusdem magni magistri, ac præfati hospitalis Nobis humiliter supplicari fecit, ut supra expressas transactiones, constitutiones, renuntiationem, ac ratihabitionem apostolica auctoritate confirmare, nec non primum priorem, primosque sex præceptores, seu commendatarios habiles declarare ad assequendum, et retinendum prioratum hujusmodi, ac respective ad assequendas, seu retinendas sex præceptorias, seu commendas præscriptas in statu conjugali, ec cum eis super obligationibus, a quibus conventum fuit, quod exempti ipsi remanere deberent, dispensare, neo non quoscumque juris, et facti defectus, si qui in præmissis et in toto tractatu hujusmodi desuper quomodolibet irrepsissent, pari auctoritate supplere, ac sanare, et in præmissis opportune providere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor pontificiæ confirmationis.

§. 13. Nos igitur ipsum exponentem specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes et absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, præfatas transactiones, constitutiones, renunciationem, ac ratihabitionem cum omnibus, et singulis articulis, et conditionibus, aliisque in eis contentis, et expressis juxta præinsertorum tenorem auctoritate apostolica confirmamus, et approbamus, illisque omnibus perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque juris, ac facti, et solemnitatum etiam substantiales defectus, si qui super præmissis omnibus quomodolibet intervenerint, seu intervenisse dici, vel censeri posset pari auctoritate supplemus, et sanamus.

Dispensatio singularis pro retinendis præceptoriis, et commendis etiam in statu conjugali.

§. 14 Præterea tam eidem primo priori, quam primis sex præceptoribus, seu commendatariis prædictis, ut licet ipsi in conjugali statu reperiantur, ut præfertur, nihilominus prioratum, ac respective sex præceptorias, seu commendas prædictas ex speciali gratia nunquam tamen in exemplum trahenda, libere, ac licite assequi, obtinere, et retinere quoad vixerint, possint, et valeant, auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus, eosque habiles, et idoneos ad prioratum, et præceptorias hujusmodi respective obtinendas, et retinendas decernimus, et declaramus, atque cum eis super oneribus, et obligationibus fratribus militibus ipsius hospitalis Hierosolymitani juxta præscriptum eorumdem statutorum, seu stabilimentorum et ordinationum capitularium hospitalis hujusmodi incumbentibus auctoritate, et tenore similibus, ex speciali itidem gratia dispensamus

Clausulæ sublata, et decretum irritans.

§. 15. Decernentes ipsas præsentes literas, et omnia præinserta semper, ac perpetuo firma, valida, ac efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac omnibus, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in futurum plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, et Sedis apostolicæ nuntios, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter, contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 16. Non obstantibus omnibus, et singulis præmissis, aliisque apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non dicti hospitalis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis, ac ordinationibus capitularibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicie eidem hospitali, ejusque magno magistro, conventui, et fratribus, ac quibusvis aliis etiam qualificatis, ac speciali nota, et mentione dignis sub quibuscumque verborum tenoribus, et for-

mis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, et decretis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, confirmatis, et pluries innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro sufficienti eorum derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum omnium, et singulorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima sexta julii millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 17. julii 1777. Anno III.

CXLIII.

Confirmatio facultatis liberandi quotannis unum reum capitali pœna damnatum, quæ alias confraternitati ssmi Sacramenti civitatis Beneventanæ concessa fuit.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Pietatis, et charitatis opera, quæ a Christifidelium confraternitatibus sancte, ac laudabiliter exercentur, ut in posterum quoque, benedicente Domino, peragantur, et augeantur, pro commisso Nobis divinitus pastoralis officii munere, jugiter satagentes, privilegia, ac indulta a prædecessoribus Nostris Romanis pontificibus eisdem confraternitatibus concessa, novo Nostræ confirmationis præsidio, dum id a Nobis petitur, communimus.

Concessio facta a Paulo V. cum suis declarationibus.

§. 2. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii confratres confraternitatis ssmi Sacramenti in metropolitana ecclesia Beneventana canonice institutæ, quod alias felicis recordationis Paulus pp. V. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die duodecima decembris MDCV. tunc, et pro tempore existentibus confratribus dictæ confraternitatis, ut annis singulis, feria vi. majoris hebdomadæ, unum reum, quem petiissent a pro tempore existente gubernatore civitatis Beneventanæ, et ab eo obtinuissent, capitali pœna, citra tamen certa tunc expressa crimina, damnatum liberare, at absolvere, dummodo tamen pacem ab offensis habuisset, libere, et licite valerent, facultatem auctoritate apostolica concessit, et impertitus fuit, ac alias prout in eisdem literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Benedict. XIII. et Benedic. XIV concessionem confirmarunt.

§. 3. Postmodum vero tam piæ memoriæ Benedictus pp. XIII., quam rec: mem: Benedictus pp. XIV. indultum, seu privilegium hujusmodi a memorato Paulo prædecessore, sicut præfertur, concessum eidem confraternitati per suas in pari forma Brevis die iv. octobris MDCCXXIV., ac respective die xxix. novembris MDCCXL. expditas literas confirmarunt, at approbarunt, prout in iisdem utriusque Benedicti prædecessorum præfatorum literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, fusius continetur.

Preces porrecta pro nova confirmatione concessionis

§. 4. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, moderni confratres prædicti ejusdem confraternitatis, quo firmius privilegia, ac indulta hujusmodi subsistant, et serventur exactius, apostolicæ confirmationi Nostræ patrocinio communiri plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor confirmationis privilegii.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, facultatem absolvendi, et liberandi quotannis feria vi. majoris hebdomadæ unum reum capitali pœna damnatum a memorato Paulo concessam, et a Benedicto XIII., ac Bene-

dicto XIV. prædecessoribus prædictis confirmatam, seu innovatam, ut præfartur, expeditasque desuper eorumdem Pauli, at utriusque Benedicti prædecessorum literas, cum omnibus, et singulis in ais contentis, auctoritate apostolica, tenore præsentium confirmamus, et approbamus, et, quatenus opus sit, de novo concadimus, et indulgemus.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes ipsas præsentes, et præinsertas literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque planarios, at iotegros effactus sortiri, et obtinera, ac nunc, et pro tempore axistentibus confratribus dictæ confraternitatis in omnibus, at per omnia plenissime suffragari, et ab illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumqne spectabit, inviolabiliter, at omnino observari; sicqua in præmissis per quoscumqne judices ordinarios, at delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores, ac gubernatores, alios que officiales, et ministros quoslibet judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his, a qooquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum

§. 7. Non obstaotibus quibusvis posterioribus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, oec non omnibus, et singulis illis, quæ literis In præinsertis concessa suut non obstare, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris dia dacima septima julii millesimo septiogentasimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLIV.

Dat. die 19. julii 1777. Anno III.

Confirmatio constitutionis sa: me: Pii V. tribuentis primogenito pro tempore existenti familiæ Florantiorum Auximan. juspatronatus ecclesiæ s. Mariæ Castri Baldi dictæ Auximanæ diœcesis, atque jus ad illum præsentandi unum de familia, simulque concedentis titulum abbatiæ eidem ecclesiæ etc.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Memorantur largitiones factæ a Pio V. erga familiam Florentiam, et præsertim concessio juris patronatus.

§. 1. Paternæ, et singularis dilectionis, qua sa: mem: Pius pp. V. gloriosus prædecessor Noster nobilem Florentiorum familiam, ac præsertim bo: mem: Theodosium Florentium, dum vixit, canonicum basilicæ principis apostolorum de urba, et familiarem suum prosequebatur, plura, ac præclara sane adidit argumenta, pluresque in ipsum contulit pontificiæ suæ clementiæ largitates: præcæteris vero per suas sub plumbo anno incarnationis Dominicæ 1571 quarto idus maii expeditas literas idem Pius prædecessor Aotonio Florentio, qui acclesiam Beatæ Mariæ castelli Baldi Auximanæ diœcesis ex suis bonis propriis reparare, seu restaurare, unamque domum presbyteralem reædificare, oec non illius fructus, tunc viginti ducata aurea de camera non excedentas, usque ad octoginta ducata augere intendebat juspatronatus, et præsentandi personam idoneam de familia Florentiorum loci ordinario, seu ejus in spiritualibus vicario generali, quoties illam de cætero perpetuis futuris temporibus, etiam per resignationem, etiam in favore cartæ personæ, et ax causa permutationis, sau per cessum, val decessum, aut quamvis aliam dimissionem, val omissionam, aut privationem, et alias quovis modo, ac ax cujuscumque persona, etiam apud Sedem apostolicam vacare contigisset, per ordinarium, seu vicarium prædictos, ad præsentationem hujusmodi instituendam tam ipsi, quam ejus hæredibus, at successoribus, majori videlicet natu ex linea masculina domus, et familiæ Florentiorum apostolica auctoritate raservavit, concessit, et assignavit, ac juspatronatus, et præsentandi hujusmodi laicorum tantum etiam nobilium, et illustrium ex veris fundatione, et dotatione existere

declaravit; et ut tale sub derogatione jurispatronatus ex privilegio, aut consuetudine nullatenus comprehensum, sed semper ab illa demptum, et exceptum esse, et fore, illisque nullo unquam tempore etiam per Sedem eamdem derogari posse, nec derogatum censeri, nisi derogatio hujusmodi de ipsius Antonii, ac hæredum successorum prædictorum expresso consensu facta fuisset voluit, et mandavit; quod si dicto juripatronatus aliter darogari contigisset, derogationes hujusmodi, nec non quascumque collationes, provisiones, vel alias dispensationes de dicta ecclesia pro tempore quovis modo vacante, seu vacatura etiamsi in Romana curia vacasset, præter quam dictæ personæ idoneæ per patronum pro tempore existentem præsentatæ, eut de illius expresso consensu etiam apostolica auctoritate prædicta per quoscumque Sedis apostolicæ legatos, vice-legatos, vel alios quoscumque, ac etiam per se et prædictam Sedem, Romanos pontifices ejus successores etiam motu proprio, et ex certa scientia nullas, et invalides, nulliusque roboris, et momenti existere, nullumque per eas cuique jus acquiri, vel etiam coloretum titulum possidendi tribui posse decrevit.

Xrectio abbatiæ, illiusque subjectio immediata Sedi apostolicæ

§. 2. Pro majori autem ejusdem ecclesiæ decore, ipse Pius prædecessor voluit, quod illa in posterum abbatia Beatæ Mariæ castelli Baldi nuncupanda esset, atque ejus pro tempore possessor abbas Florentius se vere nominare possit, ipsamque abbatiam, et pro tempore existentem ipsius abbatem in perpetuum, una cum illius territoriis, jurisdictionibus, incolis, et bonis quibuscumque sub peculiari protectione Sedis prædictæ, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum immediate suscepit, et subjecit, ita ut pro tempore existenti ordinario, legato, et vice-legato, aut cuicumque etiam episcopali, seu patriarchali dignitate, archiepiscopali, aut cardinalatus honore, seu etiam legationis munere fungenti, nequequam subiicerentur, sed ab illorum potestate, et jurisdictione abbatiam, atque abbates prædictos peoitus exemit, et omnino liberavit, ita quod eorum, præterquem Sedi, ac sibi, et Romanis pontificibus prædictis parcre tenerentur, ac præterea nonnulla alia privilegia, et gratias quoque spirituales concessit, et indulsit, ac alias prout in ipsius Pii prædecessoris literis prædictis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter, ac de verbo ad verbum contentis, et expressis haberi volumus uberius continetur.

Preces porrectæ pro confirmatione omnium privilegiorum, et indultorum familiæ concessorum.

§. 3. Nuper vero exponi Nobis fecit dilectus filius Franciscus Florentius clericus nobilis Auximanus notarius protonotarius apostolicus nuncupatus, ac modernus abbas ejusdem abbatiæ Sanctæ Mariæ castelli Baldi, quod ipse ad hoc, ut peculiaribus prærogativis, gratiis, ac privilegiis ab eodem Pio prædecessore, sicut præmittitur, concessis novum modo supperaddatur robur, atque illa firmius subsistant, et serventur exactius, ea per Nos quoque confirmari, et approbari plurimum desiderat.

Memorantur literæ expeditæ ad diem 2 augusti 1775 quibus privilegia ampliata fuere, et una cum Piana constitutione confirmantur.

§. 4. Nos igitur, qui familiam ipsam Florentiam ob sua, suorumque in hanc sanctam Sedem merita apostolicæ liberalitatis favoribus jam antea vestigia ipsius Pii prædecessoris sectantes cumulare voluimus, quique propterea per alias Nostras in simili forma Brevis die secunda augusti 1775. expeditas literas post perlustrata, ac serio perpensa privilegia omnia ab eodem Pio prædecessore sicut præmittitur, eisdem abbatiæ, et pro tempore existenti abbati attributa illum novis apostolicæ liberalitatis favoribus magis cumulare decrevimus, nunc vero exponentem ipsum, suosque in abbatia hujusmodi successores amplioris favore gratiæ prosequi volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, memoratas ejusdem sanctæ memoriæ Pii prædecessoris literas ad hæc usque tempora, ut præfertur, judicialiter etiam executas, atque observates una cum omnibus, et singulis in eis contentis, ex expressis auctoritate Nostre apostolica tenore præsentium confirmamus, at approbamus, illisque perpetuæ, ac inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, atque eas futuris temporibus semper, atque inviolabiliter exequi, et servari debere, auctoritate, et tenore prædictis volumus, præscribimus, et mandamus.

Clausula sublata, et decretum irritans

§. 5. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmes, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac moderno dictæ abbatiæ beatæ Mariæ castelli Baldi abbati, illiusque in abbatia hujusmodi successoribus,

cæterisque, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, ac ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus apostolicis, ac in universalibus, provincialibusque, et synodalibus conciliis editis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, nec non quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima nona julii millesimo septingentesimo septuogesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CXLV.

Dat. die 6 augusti 1777 Anno III.

Facultas nuntio Poloniæ erigendi in unaquaque ex parochialibus civitatis, et diœcesis Plocensis, unam confraternitatem de Misericordia nuncupandam.

Venerabili fratri Joanni Andreæ archiepiscopo Chalcedonensi ad carissimum in Christo filium Nostrum Stanislaum Augustum Poloniæ regem illustrem Nostro, et apostolicæ Sedis nuntio.

Pius PP. VI.

Venerabilis frater
salutem, et apostolicam
benedictionem.

Proœmium.

§. 1. Ad ea, per quæ pauperum, et infirmorum procuratur subsidium, libenter intendimus, utque pietatis, et misericordiæ opera erga ipsos augeantur in dies novas Christifidelium sodalitates hac de causa institutas cœlestibus Ecclesiæ thesauris, quorum dispensationem humilitati Nostræ commisit Deus fideli, prudentique liberalitate libenter decoramus, sicut Nos ad augendam, fovendamque fidelium pietatem profuturum in Domino arbitramur.

Expositio precum.

§. 2. Cum itaque, sicut Nobis nuper exponi fecisti, venerabilis quoque frater episcopus Plocensis, quo Christi fidelibus civitatis, et diœcesis suæ Plocensis egestati, et corporis infirmitate laborantibus opportuna præsto esse possint subsidia, unam in singulis ecclesiis parochialibus civitatis et diœcesis prædictæ institui confraternitatem de Misericordia nuncupandam plurimum desideret.

Tenor concessionis.

§. 3. Nos ejusdem episcopi eximiam charitatem, vigilantiam, ac zelum quam maxime in Domino commendantes fraternitati tuæ per præsentes committimus, ut in unaquaque ex ecclesiis parochialibus civitatis, et diœcesis hujusmodi unam utriusque sexus Christifidelium confraternitatem de Misericordia nuncupandam sub aliquo titulo, seu invocatione, vel Domini Nostri Jesu Christi, vel beatæ Mariæ Virginis, aut alicujus sancti ad præmissum effectum, sine tamen alicujus præjudicio auctoritate Nostra apostolica erigas, ac instituas, ac postquam sic erecta, ac instituta fuerit statuta ad ejus regimen condita, seu condenda,

dummodo sacris canonibus, concilii Tridentini decretis, et constitutionibus apostolicis non adversentur, dicta auctoritate approbes, atque confirmes.

Indulgentiæ concessæ iis qui nomen suum alicui ex institutis confraternitatibus dederint.

§. 4 Quo autem fideles, qui confraternitatibus hujusmodi nomen dederint piorum sui instituti operum exercitio ferventius incumbant, omnibus utriusque sexus Christifidelibus, qui unam ex dictis confraternitatibus in posterum ingrediantur, die primo eorum ingressus, si vere poenitentes, et confessi ssimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam, ac tam descriptis, quam pro tempare describendis in dicta coufraternitate confratribus, et consororibus in cujuslibet eorum mortis articulo, si vere quoque pœnitentes, et confessi, ac sacra communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus corde devote invocaverint, etiam plenariam: nec non eisdem nunc, et pro tempore existentibus dictæ confraternitatis confratribus, et consororibus etiam vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui prædictæ confraternitatis ecclesiam, seu cappellam, vel oratorium die festo principali dictæ confraternitatis per eosdem confratres semel tantum eligendi, et ab ordinario approbandi a primis vesperis usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, at ibi pro Christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, at remissionem misericorditer in Domino concedimus.

Aliæ indulgentiæ lucrandæ a fratribus ipsorum confraternitatum.

§. 5. Insuper dictis confratribus, et consororibus vere pariter pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, ecclesiam, seu cappellam, vel oratorium hujusmodi in quatuor aliis anni feriatis, vel non feriatis, seu domidicis diebus per memoratos confratres semel tantum etiam eligendis, et ob eodem ordinario approbandis, ut supra visitantibus, at ibidem orantibus quo die prædictorum id egerint, septem annos, et totidem quadragenas; quoties vero missis, et aliis divinis officiis in ecclesia, seu cappella, vel oratorio hujusmodi pro tempore celebrandis, et recitandis; seu congregationibus publicis, vel privatis ejusdem confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hospitio susceperint, vel pacem inter inimicos composuerint, seu componi fecerint, vel procuraverint, nec non etiam, qui corpora defunctorum tam confratrum, et consororum hujusmodi, quam aliorum ad sepulturam associaverint, aut quascumque processiones de licentia ordinarii faciendas, sanctissimumque Eucharistiæ sacramentum tom in processionibus, quam cum ad infirmos, aut alias quocumque, et quomodocumque pro tempore deferetur, comitati fuerint, vel si impediti, campanæ ad id signo dato, semel orationem Dominicam, et salutationem Angelicem dixerint, aut etiam quinquies orationem, et salutationem easdem pro onimabus defunctorum confratrum, et consororum hujusmodi recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, et ignorantes præcepta Dei, et ea, quæ ad salutem sunt necessaria docuerint, aut quodcumque alind pietatis, et charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum exercitio sexaginta dies de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis poenitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Applicatio indulgentiarum etiam per modum suffragii.

§. 6. Quas omnes, et singulas indulgentias, peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes etiam animabus Christifidelium, quæ Deo in charitate conjunctæ ab hac luce migraverint per modum suffragii applicari posse, etiam in Domino indulgemus. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Revocatio similium indulgentiarum, si quæ existerent

§. 7 Volumus autem, ut si alias dictis confratribus, et consororibus præmisso peragentibus, aliqua alia indulgentia similis perpetuo, vel ad tempus nondum elapsum duratura concessa fuerit, illa revocata sit, prout per præsentes apostolica auctoritate revocamus: utque si dicta confraternitas alicui archiconfraternitati aggregata jam sit, vel in posterum aggregetur, aut quavis alia ratione uniatur, vel etiam quomodolibet instituatur, priores et quævis aliæ literæ apostolicæ illis nullatenus suffragentur, sed ex tunc eo ipso nullæ sint.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus felicis recordationis Clementis pp. VIII. prædecessoris Nostri duas confraternitates ejusdem instituti in eodem loco erigi prohibente, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die sexta augosti millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 12 augusti 1777 Anno III.

CXXXXVI.

Erectio cathedralis ecclesiæ sancti Deodati

Pius episcopus

Servus servorum Dei;

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Relata semper ab Ecclesia militanti in verbo illius, qui firmam supra petram ædificavit eam, contra principem tenebrarum victoria, quemadmodum per inducta quandoque inter populos in mortis umbra sedentes Crucis vexilla, quandoque vero per novos etiam in sinu credentium episcopatus in medio aliorum, veluti nova fidei tentoria, ac propugnacula erectas ad resistendum validius humani generis inimico, ac custodiendam, et defendendam civitatem sanctam, ac vineam Domini electam fuit omni tempore non sine prædecessorum Nostrorum gaudio, ac spirituali Christifidelium profectu ac solamine recognita; Nos ita, quos licet immerentes regimini ejusdem Ecclesiæ constituit Dominus, illam trophæis in dies illustrioribus quantum in Nobis est, et cum ipso Domino possumus, ditare cupientes; dum animo revolvimus, ac deprehensum habemus quam facile sit ex nonnullarum diœcesium amplitudine, ut oriantur abusus, quamque difficile eos inde sic ortos eliminare, et evellere: ex dubito idcirco pastoralis officii, ne in medium prodeant, apostolicæ potestatis gladio praeeuntes quoomque incommodo per novarum cathedralium erectiones, comitante principum christianorum pietate, viam præcludere satagimus, ut tandem benedicente Domino, qui exiguis incrementum dat, labores Nostros omnes populi tenebris licet ignorantiæ obvoluti, quod paravit Deus ante faciem eorum, lumen propius videntes majori et condignos in Ecclesia hujusmodi bonorum operum fructus, ac virtutum flores Altissimo cum gratiarum actione uberius valeant exhibere.

Exponitur ratio, cur nova erectio sit decernenda

§. 2. Cum itaque sicut ex insinuatione charissimi in Christo filii Nostri Ludovici Francorum, et Navarræ regis christianissimi Nobis per suas literas nuper facta, accepimus, diœcesis Tullensis mille et sexcentarum villas inter, ac oppida, et pagos, seu parochiales ecclesias complectatur, illiusque proinde jurisdictionis ea sit amplitudo, et extensio, ut unus tantum episcopus tam gravi ferendo oneri impar existat, et propter quem habitatoribus, et commorantibus in infrarcripta Lotharingiæ parte, maxime vero montium das Voges nuncupatorum incolis, qui cum hæreticis finitimi existunt, varia in spiritualibus detrimenta obvenire soleant, ea quidem ratione, quod pro tempore existens episcopus Tullensis non nisi raro pastoralem ejus visitationem per montes ipsos, stante tum notabili civitatis Tullensis a dictis montibus distantia, tum etiam ad illos pro aspero itinere accedendi difficultate potest explere: et detrimenta hujusmodi facile removerentur, et orthodoxa religio majus quoque incrementum susciperet, si unus in oppido infrascripto episcopatus erigeretur.

Descriptio civitatis s. Deodati.

§. 3. Oppidum vero civitas nuncupatum sancti Deodati in Lotharingia positum Nullius diœcesis provinciæ Trevirensis, quod, quemadmodum et illius totus districtus, seu vallis ab ipso sancto Deodato, dum viveret in terris episcopo Nivernensi collegiatæ ecclesiæ infrascriptæ fundatore excelso traxere nomen, satis amplum existat, ac quinque millium habitatorum numero referatur: et in eo inter cætera infrascripta regimen, seu præfectum ac sedes præsidialis novem officialibus, præside scilicet, ac uno generali, et altero particulari locumtenentibus, ac uno assessore, unoque regio consiliario, nec non pariter regiis advocato et procuratore, ac notario denique, et hypothecarum nuncupato conservatore constans, et in sua jurisdictione alias octo præfecturas seu regimina complectens, cum suis consulari palatio, et qui illud componunt, municipalibus officialibus: ac peculiaris aquarum, et nemorum jurisdictio, cui quinque præpositi sunt officiales: ac una itidem mareschallorum phalanx, uno scilicet exempto, seu prætoriano immuni, ac quatuor equitibus constituta: ac unus latinæ linguæ publicus professor, et duæ inferiores, una videlicet per fratres congregationis vulgo *de saint Jon* nuncupatos pro pueris, et altera scholæ per sorores scholarum etiam nuncupatas respective erectæ pro puellis in primis legendi, supputandique institutionibus seorsim imbuendis respective fundatæ: ac domus insuper seu officium charitatis nuncupatum pro publica eleemosynarum in pauperes ejusdem oppidi facienda distributione sub pro tempore existentis vicarii generalis infrascripti præpositi re-

gimine, et inspectione instituta, seu institutum: et unum viginti quatuor cubilia continens hospitale cum inibi instructo sacello pro eorumdem oppidi et vallis aegrotis pauperibus erectum, quod per infrascriptos capitulum, et canonicos administrari, ac per tres ex sororibus hospitalariis deserviri solet, et alia demum pia opera per alias tres ex aliis pro tempore existentibus sororibus congregationis sancti Vincentii a Paulis, pro visitandis oppidi et vallis prædictorum infirmis, præsertim illis egestate versantibus, opportunis etiam medicamentis subministrandis provide quidem fundata respective reperiantur.

Nobilitas ecclesiæ collegiatæ.

§. 4. Et in eo præter duas canonice erectas laicorum confraternitates, et unam parochialem ecclesiam sancti Martini, sæcularis et insignis adest collegiata nobilis nuncupata, quæ parochialis existit ecclesia sancti Deodati tribus navibus extructa, per quarum alteram, quæ ducit ad claustrum ubi infrascriptorum canonicorum adest sepulcrum, ad inferiorem Beatæ Mariæ Virgini dicatam, in qua præsenti infrascripti capitulum, et canonici divina bis in annum peragunt officia descenditur ecclesiam: ac quatuordecim majori et præpostero comprehensis altaribus exornata, cum fonte baptismali, choro, organo, campanis, sacrisve suppellectilibus ad divina peragenda et pontificalia etiam exercenda munia sufficienter instructa, in qua integrum ejusdem sancti Deodati corpus in urna ex argento quinquaginta librarum pondere congesta reconditur; ac cujus inter præpositos, qui pro tempore dudum fuere sanctus Leo pp. IX. prædecessor Noster, ac tres Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales, tres itidem archiepiscopi, et novem episcopi, pluresque insimul de claro Lotharingio sanguine principes recensentur: et cujus collegiatæ ecclesiæ pro tempore existens præpositus præfecturam dignitatem inibi principalem exercentem, ad quam dum illa pro tempore vacat nominatio personæ idoneæ Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti facienda ad eumdem Ludovicum regem vigore indulti dicto Ludovico regi apostolica auctoritate concessi spectat et pertinet, obtinens prelatus ordinarius simul et comes vulgo *de saint Diez* nuncupatus existit, ac jurisdictionem quasi episcopalem in oppido et districtu seu valle prædictis exercet, ac synodum convocare, et in ea examinatores deputare consueverit, nec non dominus etiam in temporalibus uti cessionarius regii dominii in una ejusdem oppidi parte esse dignoscitur.

Excellentia districtus, et privilegia quibus fruitur.

§. 5. Capitulum vero, (quod uti dominus pariter in temporalibus alterius seu majoris ejusdem oppidi partis, totiusque illius districtus prædicti, seu vallis hujusmodi jure gaudet in iis supremæ, et mediæ, ac inferioris respective justitiæ vulgo *de haute moyenne*, et *basse justice* nuncupatæ, ac solus est decimator, et primitivus parochus in oppido et districtu seu valle prædictis, et duo habet tribunalia, unum videlicet sub Petræ audacis nomine vulgo = *La Pierre hardie* nuncupatæ, in quo singulæ ejusdem capituli subditorum causæ in prima deciduntur instantia, ac alterum tribunalia hujusmodi sub vulgari vocabulo *du Buffer* respective cognita, ad quod causarum earumdem feruntur appellationes, et in quo illius assessores ad et juxta utrius in jure doctoris sensum judicium ferunt, ac cujus capituli et præpositi prædicti collectivo nomine per communes eorum respective officiales dicti oppidi gubernium, seu regimen exercetur) decano scilicet qui ejusdem capituli caput existit, eique præest, quique decanatum secundum, ac cantore qui cantoriam tertiam, ac scholastico, qui scholastriam quartam respective in dicta collegiata ecclesia dignitates existentes, ad quem, et quas dum illæ pro tempore etiam vacant, electio personarum idonearum de gremio dicti capituli, et canonicorum infrascriptorum dictæ collegiatæ ecclesiæ desumendarum ad eosdem capitulum et canonicos pro tempore existentes collegiatæ ecclesiæ hujusmodi, cessantibus tamen reservationibus, et affectionibus apostolicis etiam spectat, et pertinet.

Capituli insignitas

§. 6. Ac qui decanatus, et quæ cantoria, ac scholastria hujusmodi respective per unum et eumdem ex prædictis infrascriptis canonicis una cum suis canonicatu, et præbenda ipius collegiatæ ecclesiæ absque dispositione apostolica obtineri solent; nec non viginti quatuor canonicis, qui totidem canonicatus, totidemque præbendas, qui, et quæ nonnisi personis quatuor probata ex latere paterno graduum nobilitate præstantibus conferri debent, ac ad quos, et quas dum illi et illæ in octo videlicet Sedi apostolicæ reservatis mensibus pro tempore similiter vacant, nominatio quoque personarum idonearum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, ut supra facienda prædicto Ludovico regi vigore similis indulti eidem Ludovico regi dicta apostoli-

ca auctoritate concessi: et quorum, ac quarum etiam dum illi et illæ in quatuor nempe cujuslibet anni mensibus ordinariis collatoribus competentibus pro tempore vacant, collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio ad eosdem pro tempore existentes ipsius collegiatæ ecclesiæ capitulum, et canonicos, excluso tamen supradicto præposito, turnatim respective itidem spectat et pertinet, respective obtinent; quique ex indulto eis pariter apostolica auctoritate prædicta concesso rocchetum, cum suis manicis, ac cappam magnam lanei panni nigri coloris quadam holoserici vulgo *velours* nuncupati tænia refertam: nec non mozzettem cum caputio ad talos usque descendente, cum pellibus in ejus anteriori parte, præpositus videlicet armellinis, decanus, vero, et cantor, ac scholasticus antedicti, armellinis pariter et cinerei coloris mixtis pellibus: canonici demum præsenti similibus pellibus cinerei coloris hujusmodi tantum hyemali, æstivo autem temporibus simile rocchetum, et almutiam respectivo tamen earumdem pellium colori analogam deferunt, et gestant, componitur; ac mensam capitularem ab ea tamen supradicti præpositi divisam, et separatam, satis redditibus dotatam: ac sacristiam, et fabricam pro ordinariis occurrendis ejusdem collegiatæ ecclesiæ reparationibus erectam cum suis respective annexis proventibus, habet; et in ipsa collegiata ecclesia præter capitulum hujusmodi quinque etiam canonici honorarii existunt; nec non unum administratoris parochialis ecclesiæ prædicti oppidi eidem mensæ capitulari, dudum perpetuo canonice unitæ: ac aliud vicarii ejusdem parochialis ecclesiæ sancti Martini, qui vicarius choralis etiam existit; ac alia quatuor totidem vicariorum choralium respective nuncupatorum: ac aliud subcantoris; ac reliquum officia ad nutum tamen eorumdem capituli et canonicorum amovibilia secretarii, bibliothecarii, qui simul claustri parochus, seu capituli, et canonicorum hujusmodi confessarius existit, ac sedem etiam habet in choro dictæ collegiatæ ecclesiæ respective reperiuntur erecta.

Musici cantores, et symphonistæ.

§. 7. Ac denique unus phonascus, et unus organista: nec non sex chori nuncupati adolescentuli, et decem musici cantores, sex itidem symphonistæ, ac duo clerici sacristiæ, duoque pariter scoparii, ac tres campanarii, aliique inservientes sunt ex redditibus ejusdem mensæ capitularis mensuali mancipati stipendio; ita quod ob præmissa dicti oppidi ea sit insignitas, dictæque collegiatæ ecclesiæ ille sit splendor, ut jure merito dignum reputari posset, quod oppidum ipsum civitatis episcopalis titulo, et honore donetur, prædicta vero ecclesia collegiata pro ejus celebritatis complemento ad cathedralis ecclesiæ statum, et dignitatem sublimetur.

Desiderium Ludovici regis pro erectione episcopatus consequenda.

§. 8. Et ipse Ludovicus rex, qui de orthodoxæ fidei propagatione semper existit, et in dies studiosus eo magis ostenditur, pro catholici principis pietate considerans quanta obveniret in populis sibi subditis non solum in prædicto ejusdem oppidi, sed in aliis etiam infrascriptis districtibus per Nos ut infra dismembrandis respective degentibus in spiritualibus utilitas, ac etiam commodum et consolatio ex nova in dicto oppido unius episcopatus erectione, ob id ex sui regii cordis intimo tam utile opus in ecclesia Dei alias ut infra felicibus inceptum auspiciis post tot annorum curriculum rite perficere, et ad effectum, coadjuvante Domino, perduci vehementer exoptet.

Votum congregationis consistorialis, quæ censuit constare de causis pro erectione

§. 9. Nos igitur, qui attendentes, quousque, et sub die vigesima octava martii anni Domini millesimi septingentesimi deciminoni congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium rebus consistorialibus præposita, audita relatione eorum, quæ fuerant ex processu in partibus tunc desuper confecto deducta, aliisque matura perpensis, censuit constare de causis, propter quas ad erectionem, videlicet, ejusdem oppidi in civitatem episcopalem dictæ collegiatæ ecclesiæ cathedralem deveniri posset: prout in decreto ipsius congregationis desuper edito, et a felicis recordationis Clemente pp. XI. etiam prædecessore Nostro tunc approbato plenius continetur, erectionem ipsam ac omnia, at singula per Nos ut infra disponenda catholicæ fidei propagationi, Christifidelium ædificationi, et spirituali consolationi, divinique cultus incremento valde profutura confidimus, eximium ejusdem Ludovici regis zelum, ac religiosa desideria plurimum in Domino laudantes, eaque apostolicæ Nostræ benignitatis ministerio prosequi volentes.

Ecclesiæ collegiatæ immutatio.

§. 10. Motu proprio, et ex certa scientia collegiatam ecclesiam prædictam illusque titulum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam collegiatæ; ita ut illa ex nunc collegiata esse desinat, et utitalis amplius

denominari, inscribi, censeri, et reputari non possit.

Suppressio præposituræ, et jurisdictionis illius.

§. 11. Nec non præposituram hujusmodi, et illi, ut præfertur, annexam jurisdictionem quasi episcopalem; illiusque titulum collativum, ac simile nomen, denominationem, naturam, et essentiam, ita quod illa ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, et de cætero uti talis in titulum collativum, seu commendam quavis auctoritate conferri, aut commendari, seu de illa quovis modo disponi amplius nequeat: et si illam deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, aut commendari, vel alias de illa disponi contigerit, collationes, impetrationes, commendæ, aliæque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ, nullæ et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam coloratum titulum possidendi tribuant, ex nunc de dicti Ludovici regis, ac dilectorum filiorum modernorum ejusdem collegiatæ ecclesiæ præpositi, ac capituli, et canonicorum consensu apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Oppidum s. Deodati in civitatem episcopalem erigitur.

§. 12. Illisque sic per Nos suppressis, et extinctis, prædictum oppidum in civitatem episcopalem ejusdem sancti Deodati, ut antea nuncupandam, cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ, et earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt, quomodolibet in futurum.

Collegiata in ecclesiam cathedralem vertitur.

§. 13. Dictam vero collegiatam ecclesiam per Nos, ut præfertur, suppressam, et extinctam, de apostolicæ potestatis plenitudine in cathedralem ecclesiam sancti Deodati etiam nuncupandam archiepiscopo Trevirensi pro tempore existenti suffraganeam, illique metropolitico jure subjectam, ac sub titulo ejusdem sancti Deodati ut prius extituram: et in ea sedem, ac (ex hujusmodi per Nos, ut præfertur, suppressa, et extincta præpositura) dignitatem episcopalem pro uno deinceps episcopo sancti Deodati pariter nuncupando, qui simul et comes ipsius sancti Deodati existat, ac eidem ecclesiæ in cathedralem, illiusque oppidi in civitatem per Nos ut infra erigendæ, et diœcesis prædicti sancti Deodati per Nos etiam, ut infra, constituendæ præsit, abbates inferiores, prælatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, exerceat, cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa episcopali, cæterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ illarumque partium, earumque præsules quomodolibet (non tamen titulo oneroso, seu ex indulto, aut privilegio particulari) similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum de ipsius Ludovici regis, ac eorumdem modernorum ejusdem collegiatæ ecclesiæ sic per Nos, ut præfertur suppressæ, et extinctæ præpositi, ac capituli, et canonicorum respective consensu prædicto ad omnipotentis Dei laudem et gloriam, dictique sancti Deodati honorem, nec non fidei catholicæ exaltationem apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo erigimus et instituimus.

Erectio dignitatum capituli.

§. 14. Nec non supradictum capitulum ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ et extinctæ in capitulum dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati similiter per Nos, ut præfertur, erectæ; et extinctæ dictum vero decanatum, qui secunda, in majorem post pontificalem hujusmodi, ut præfertur erectam, ac prædictam cantoriam, quæ tertia, in secundam, ac dictam scholastriam, quæ quarta respective dignitates in dicta collegiata ecclesia per Nos, ut præfertur, suppressa, et extincta hactenus, ut putatur, existere, in tertiam respective etiam dignitates: easque nunc, et pro tempore respective obtinentes in decanum, et cantorem, ac scholasticum: nec non eosdem viginti quatuor canonicatus, totidemque præbendas, eorumque, et earum pariter modernos, et pro tempore existentes possessores in totidem canonicatus, et præbandas totidemque canonicos ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati: parique modo supradicta administratoris, et vicariorum, ac subcantoris, nec non secretarii, bibliothecarii respective officia, in totidem officia in ipsa cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos ut præfertur, erecta, sita, et illa pariter nunc et pro tempore respective obtinentes in ejusdem parochialis ecclesiæ dicti oppidi in civitatem episcopalem etiam per Nos, ut putatur, erecti ad-

ministratorem in prædicta cathedrali ecclesia sancti Deodati sic erecta, et in illius respective vicarios chorales itidem nuncupandos, ac subcantorem, et secretarium, bibliothecarium, seu parochum claustri ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati sic per Nos, ut præfertur, arectæ, at nunc perpetuis futuris temporibus dicta apostolica auctoritate substituimus, et subrogamus: ac subrogatas, et subrogatos, nec non subrogata esse, et fore.

Concessio privilegiorum

§. 15. Ipsosque omnes, et singulos modernos tam decanatum, et cantoriam, ac scholastriam, quam singulos canonicatus et præbendas, nec non officia per Nos, ut præfertur, subrogatas, et subrogatos, ec subrogata hujusmodi respective obtinentes in eorum respective dignitatum, ac canonicatuum, et præbendarum, nec non officiorum etiam, ut præmittitur, subrogatarum, et subrogatorum hujusmodi per eos ad præsens respective habita possessione absque alia eis desuper respective facienda provisione: et in eadem fructuum, reddituum, et proventuum, quos de præsenti etiam respective percipiunt, fruitione libere, et licite remanere posse, et debere: salvis, firmis, et illæsis perpetuo remanentibus favore eorumdem capituli, et canonicorum dictæ collegiatæ ecclesiæ, ut prefertur, suppressæ in capitulum, et canonicos ejusdem sic erectæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut putatur, subrogatorum hujusmodi privilegiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, præeminentiis, insignis, prærogativis, honoribus, indulgentiis, aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus, et mixtis: præsertim vero correctivam, et contentiosam jurisdictionem super omnibus et singulis tam dignitates hujusmodi respective obtinentibus, quam canonicis, aliisque membris, et deservitoribus ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, ac in ecclesiam cathedralem etiam per Nos, ut præfertur, erectæ, ut prius exercendi: nec non coadjutores in respectivis dignitatibus, ac canonicatibus, et præbendis ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur erectæ cum futura in illis respectiva successione ab apostolica Sede, ut antea pro tempore petendi, præstito tamen interesse habentium consensu: ex aliis respective juribus eisdem capitulo, et canonicis apostolica, val alia quavis auctoritate hactenus quomodolibet concessis, ac etiam de jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus (dummodo tamen sint in usu, et revocata non sint, ac sacris canonibus et constitutionibus apostolicis, nec non juribus, et dignitati episcopalibus essentialiter non repugnent) in omnibus et per omnia, perinde ac si status collegialitatis hujusmodi in dicta cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erecta minime immutatus foret: admissa tamen subjectione eorumdem capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ nunc, et pro tempore existentium ordinariæ jurisdictioni ipsius futuri episcopi sancti Deodati, prout ills sibi in vim præsentis erectionis competere debet, eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo decernimus, et declaramus.

Divisio decimarum.

§. 16. Ipsosque insuper modernos capitulum, et canonicos dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, ut ipsi veterem, quo hactenus præfulserunt, atque in honore semper habiti fuerunt, splendorem etiam deinceps conservare valeant, ulteriori benignitate prosequi volentes: specialiter et expresso, quatenus opus sit, et eorumdem modernorum, et pro tempore existentium capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ favorem, prædictam per eos hucusque habitam qualitatem solius et unici parochi primitivi, ac solius et unici etiam decimatoris in districtu prædicto, seu prædicta valle ejusdem sancti Deodati: et respective jus in eo, vel ea, percipiendi grossas decimas, ex quibus, ut similiter accepimus, ipsi capitulum, et canonici pro tempore existentes dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ nonnullas statutas in vim decreti consilii status tribuere tenentur pro tempore existentibus vicariis perpetuis parochialium ecclesiarum ejusdem districtus, seu vallis hujusmodi, et cum quibus vicariis perpetuis hujusmodi capitulum, et canonici pro tempore existentes prædicti minutas quoque decimas præsertim illas vulgo *pommes de terre* nuncupatas dividere solent: exceptis decimis unius videlicet ejusdem oppidi in civitatem episcopalem, ut præfertur eracti, et alterius parochialium ecclesiarum dicti sancti Martini in suburbio ejusdem oppidi in civitatem episcopalem hujusmodi sic erecti existen-

tis, attenta illarum unione eidem mensæ capitulari alias, ut pariter accepimus perpetuo canonice facta. Quarum quidem parochialium ecclesiarum pro tempore respective existentes administratores ab eisdem capitulo, et canonicis pro tempore existentibus ipsius cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ subrogatis hujusmodi congruam eorum respective portionem, ad tramites regiorum edictorum annuatim, ut etiam accepimus, recipiunt.

Jurisdictio temporalis ecclesiæ cathedralis.

§. 17. Parique modo (dummodo tamen ad hoc prædicti Ludovici regis accedat assensus) respectu scilicet eorumdem capituli, et canonicorum nunc, et pro tempore existentium dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ subrogatorum hujusmodi temporalem jurisdictionem prædictam, seu exercitium triplicis supradictæ temporalis justitiæ superioris videlicet, ac mediæ, et inferioris vulgo *haute moyenne, et basse justice*, ut præfertur, nuncupatæ, quam ipsi capitulum, et canonici dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ subrogati hujusmodi semper majori parte, seu duobus tertiis ejusdem oppidi in civitatem episcopalem, per Nos, ut præfertur, erecti, illiusque toto districtu prædicto, seu valle hujusmodi hactenus, ut præfertur, exercuerunt: respectu vero ipsius futuri pro tempore episcopi sancti Deodati similem temporalem jurisdictionem, quæ dictus etiam pro tempore exercens præpositus dictæ collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, ut præfertur, gaudebat supor altera parte ejusdem oppidi in civitatem episcopalem similiter per Nos, ut præfertur erecti; in modum, ut temporalem ipsius oppidi in civitatem episcopalem hujusmodi per Nos, ut prtetur, erecti gubernium vulgo *Police* nuncupatum per tam ejusdem pro tempore futuri episcopi sancti Deodati, quam dictorum capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ nunc, et pro tempore existentium respective officiales, qui corpus eorumdem municipalium officialium dicti consularis palatii, ut similiter accepimus, constituunt communiter, ut prius exerceri debeat, apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo confirmamus: et quoad futurum episcopum sancti Deodati pro tempore prædictum respective etiam perpetuo extendimus.

Reservatio juris apponendi sigilla ad effectum conficiendi inventaria.

§. 18. Ita tamen, ut iidem capitulum, et canonici nunc et pro tempore existentes ipsius cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ per hanc Nostram dictorum jurium confirmationem, in alio quoque jure, ut prius remaneant, apponendi sigilla ad effectum conficiendi inventaria: nec non computa examinandi in successionibus tam dignitates prædictas pro tempore obtinentium, et canonicorum prædictorum, quam dicti secretarii, bibliothecarii, et subcantoris, ac vicariorum hujusmodi pro tempore in capitularibus, et aliis respective domibus sub prædicta superiori justitia eorumdem capituli, et canonicorum pro tempore existentium dictæ cathedralis ecclesiæ, per Nos, ut præfertur erectæ subrogatorum hujusmodi existentibus respective decessorum, veluti alias ex suppremæ curiæ prædictæ, nec non consilii status hujusmodi respective decretis sub diebus scilicet, sexta septembris anni Domini 1732 ac vicesima martii, et duodecima junii respective mensium anni ejusdem Domini 1736 respective editis, ut pariter accepimus, statutum fuit: ac pro eo, quod capitulum, et canonici ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati, per Nos, ut præfertur erectæ subrogati hujusmodi in eodem supradicto jure etiam pro tempore existentis præpositi dictæ collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ et extinctæ, qui inter easdem dignitates obtinentes prædictos ante suppressionem, et extinctionem hujusmodi, ut præfertur, comprehendebatur, hactenus extiterunt: simili modo capitulum, et canonici dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ nunc et pro tempore existentes prædicti etiam deinceps, quoad successiones ipsius pro tempore futuri episcopi sancti Deodati, in dicto jure valeant remanere.

Facultas eligendi officialem, et promotorem ad effectum instruendi processum pro criminibus.

§. 19. Admittentes præterea favore eorumdem capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ nunc et pro tempore existentium, quod ipsi pro supradictæ correctivæ jurisdictionis exercitio possint unum officialem, et unum promotorem de eorum gremio pro tempore ut prius nominare, prævia tamen approbatione ipsius pro tempore futuri episcopi sancti Deodati, ad effectum instruendi processus in

alicujus criminis eventum, ita tamen ut aliqua ex eorumdem officialis, et promotoris sic pro tempore nominandorum, occurrente negligentia, possit pro tempore existens officialis ipsius futuri episcopi sancti Deodati eos prævia tamen monitione prævenire; ac de cætero promotor curiæ episcopalis sancti Deodati in posterum constituendæ etiam pro tempore existens a minima ex sententiis per decretum officialem eorumdem capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ pro tempore pronunciandis appellare valeat.

Jurisdictio episcopi quoad capitulum.

§. 20. Ulterius quoque admittentes, ut in eventum, in quem idem pro tempore futurus episcopus sancti Deodati querelam aliquam contra, vel ejusdem capituli membrum aliquod, seu quemdem ex prædictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur erectæ subditum sit in casu ferendi, id prædictus pro tempore futurus episcopus sancti Deodati per se ipsum, seu per suos vicarios agere debeat; in modum, ut quodcumque voluntariæ jurisdictionis genus, quam ipse pro tempore futurus episcopus sancti Deodati super capitulum, et canonicos dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ, poterit exercere, sibi vel suis vicariis prædictis personale semper existat.

Prohibitio immutandi cæremonias, et ritus.

§. 21. Quodque idem futurus pro tempore episcopus sancti Deodati nec breviarium, nec cæremonias, et ritus hactenus in dicta collegiata ecclesia per Nos, ut præfertur suppressa, et extincta, et in dictam cathedralem ecclesiam sancti Deodati etiam per Nos, ut præfertur, erecta uti solita, nisi de consilio, vel consensu eorumdem modernorum, et pro tempore existentium capituli, et canonicorum ipsius cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ immutare non possit juxta morem, et consuetudinem aliarum cathedralium ecclesiarum in regno Franciæ consistentium; quin imo cum eis, vel eorum deputatis circa ordinem, seu regulamentum publicarum precum, aliaque diversa objecta de more capitulis, et canonicis aliarum cathedralium ecclesiarum preeventive proponenda conferre teneatur.

Divinorum officiorum distributio.

§. 22. Et insuper attento, quod dictorum canonicorum numerus in dicta cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erecta ille non est, qui plures ex eis a divinorum officiorum inibi peregendorum assistentia simul abesse patiatur: dicta apostolica auctoritate tenore præsentium statuimus, atque decernimus, ut ultra duos canonicos ejusdem cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ, servitio regalium cappellarum, ac domorum addici pro tempore non possint; eo magis quia Nos certam fiduciam habemus, quod eximia dicti Ludovici regis pietas domus Dei decorem, et in ea divinum cultum magis magisque semper augere in votis habens majorem numerum canonicorum pro servitio cappellarum, et domorum prædictorum ob præmissam causam impendi non permittet: qui vero duo canonici dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ eisdem cappellis, et domibus regalibus pro tempore addicti licet absentes a dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut præfertur, erecta, tamquam præsentes habebuntur.

Præcipitur episcopum duos tantum canonicos sumere pro se posse.

§. 23. Volentes etiam, parique apostolica auctoritate similiter decernentes, ut eadem de causa idem pro tempore futurus episcopus sancti Deodati nonnisi alios duos canonicos tantum ejusdem cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ de comitatu nuncupandos sibi sumere valeat. Qui itidem duo postremi canonici de comitatu hujusmodi licet absentes ab ipsa cathedrali ecclesia per Nos, ut præfertur, erecta, præsentes nihilominus debebunt quoque reputari.

Privilegia, et prærogativæ quartæ, et quintæ dignitatis cathedralis ecclesiæ.

§. 24. Ac propterea, ad hoc, ut dicta cathedralis ecclesia sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erecta majori ministrorum numero decoretur; in ea unum videlicet, qui quarta, et alterum archidiaconatus, qui quinta inibi etiam dignitates existant, eamque denominationem habeant, quosque futuris pro tempore respective obtinentibus ea munera, et onera incumbant, quam, et quæ eidem futuro episcopo sancti Deodati in eadem cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erecta primo instituendo magis videbuntur convenire, et ab ea respective fuerint ejus arbitrio primo, et absque inde variatione injuncta: et quorum archidiaconatuum per Nos, ut infra, erigendorum, et instituendorum tam a primæva illorum erectione, et institutione infrascriptis respective vacantium, quam etiam in posterum semper et quandocumque illos etiamsi in octo cujuslibet anni mensibus dictæ Sedi apostolicæ reservatis ex personis illos pro tempore respective obtinentium quovis modo vacare contigerit, collatio, pro-

visio, et omnimoda alia dispositio ad eumdem pro tempore futurum episcopum sancti Deodati, sub infrascriptis tamen modo, et forma spectet, et pertineat pro duobus presbyteris futuris ipsa cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erecta archidiaconis, qui vel de nobili genere procreati, vel potius gradu magisterii in theologia, vel doctoratus, aut licentiaturæ in decretis in aliqua approbata studiorum generalium universitate, prævio rigoroso examine, ac alias servatis servandis, insigniti (quod pariter ipsius futuri episcopi sancti Deodati primo instituendi arbitrio semel itidem statuendum erit) debeant esse: ac iisdem indultis, honoribus, prærogativis, exemptionibus, cæterisque gratiis, et privilegiis quibus aliæ dignitates ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, respective nunc et pro tempore obtinentes gaudent de præsenti, ac gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, pariformiter, et absque ulla prorsus differentia perpetuo etiam gaudere; ac sedem in choro ejusdem cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ post eumdem illius scholasticum respective habere valeant. Quique tamen duo futuri pro tempore archidiaconi ex dicta mensa capitulari ejusdem cathedralis ecclesiæ, per Nos, ut præfertur, erectæ nullo modo participes sint; sed eos tantum annuales redditus percipere respective debeant, qui ex dotatione eis in totidem fundis stabilibus in posterum respective assignanda provenient, eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo erigimus, et instituimus: cum hoc tamen quod quotiescumque unius, et alterius archidiaconatuum, per Nos, ut præfertur, erectorum, et institutorum hujusmodi respective vacatio in ipsis octo cujuslibet anni Sedi apostolicæ prædictæ reservatis mensibus evenire contigerit, idem pro tempore futurus episcopus sancti Deodati in literis suarum collationum, et provisionum de uno, et altero archidiaconatibus per Nos, ut præfertur, erectis prædictis expresse debeat injungere futuris de illis pro tempore per eum respective provisis onus impetrandi infra sex menses ex tunc proximos ab eadem apostolica Sede novas de dictis archidiaconatibus per Nos, ut præfertur, erectis respective provisiones: ipsique vero de eisdem archidiaconatibus, ut præfertur, erectis, pro tempore per dictum futurum episcopum sancti Deodati, sic, ut præfertur, provisi in vim hujusmodi injunctionis literas apostolicae novæ respective provisionis hujusmodi sub plumbo expediendas infra sic præscriptum tempus hujusmodi ab eadem apostolica Sede, sub pœna nullitatis provisionis ab ipso pro tempore futuro episcopo sancti Deodati ex tunc respective obtentæ, ac possessionis inde respective adeptæ, nec non fructuum, redituum, et proventuum ex dictis archidiaconatibus, per Nos, ut præfertur erectis respective perceptorum restitutionie reportare, ac jura cameræ, et cancellariæ apostolicis, at aliis propterea debita persolvere omnino debeant, et teneantur.

§. 25 Cupientes autem, ut eidem mensæ episcopali sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ satis provideri queat, ut dictus pro tempore futurus episcopus sancti Deodati præsulis dignitatem decenter tenere valeat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus unionem, annexionem, et incorporationem monasterii abbatiæ nuncupati Stivagiensis, vulgo *d'Etival* nuncupati reformati ordinis Præmonstratensium Nullius etiam diœcesis, illiusque mensæ abbatialis fructuum, redituum, proventuum, honorum, et jurium quorumcumque aliàs, ut pariter accepimus, mensæ episcopali Tullensi apostolica auctoritate perpetuo factus de venerabilis fratris Nostri moderni episcopi, ac dilectorum etiam filiorum modernorum capituli, et canonicorum cathedralis ecclesiæ Tullensis respective consensu dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo dissolvimus. *Incorporationes factæ favore novi episcopatus, ad illius dignitatem amplian lam.*

§. 26. Illisque sic dissolutis monasterium Stivegiense hujusmodi, illiusque mensam abbatialem prædictam a dicta mensa episcopali Tullensi eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo sejungimus, et dismembramus. *Dismembratio monasterii Stivagiensis a mensa Tullensi.*

§. 27. Nec non aliud monasterium abbatiam pariter nuncupatam *d'Autrey* ordinis sancti Augustini Tullensis diœcesis, ad quod, dum illud pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti prædicto facienda ad eumdem Ludovicum regem vigore similis indulti prædicto Ludovico regi dicta apostolica auctoritate etiam concessi spectat, et pertinet, quodque idem nuper modernus præpositus dictæ collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et exstinctæ in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispositione apostolicis, ut etiam accepimus, ad *Monasterium D'Autrey ordinis s. Augustini supprimitur*

alicujus criminis eventum, ita tamen ut aliqua ex eorumdem officialis, et promotoris sic pro tempore nominandorum, occurrente negligentia, possit pro tempore existens officialis ipsius futuri episcopi sancti Deodati eos praevia tamen monitione praevenire; ac de caetero promotor curiae episcopalis sancti Deodati in posterum constituendae etiam pro tempore existens a minima ex sententiis per decretum officialem eorumdem capituli, et canonicorum dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae pro tempore pronunciandis appellare valeat.

Iurisdictio episcopi quoad capitulum.

§. 20. Ulterius quoque admittentes, ut in eventum, in quem idem pro tempore futurus episcopus sancti Deodati querelam aliquam contra, vel ejusdem capituli membrum aliquod, seu quemdam ex praedictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur erectae subditum sit in casu ferendi, id praedictus pro tempore futurus episcopus sancti Deodati per se ipsum, seu per suos vicarios agere debeat; in modum, ut quodcumque voluntariae jurisdictionis genus, quam ipse pro tempore futurus episcopus sancti Deodati super capitulum, et canonicos dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, poterit exercere, sibi vel suis vicariis praedictis personale semper existat.

Prohibitio immutandi caeremonias, et ritus.

§. 21. Quodque idem futurus pro tempore episcopus sancti Deodati nec breviarium, nec caeremonias, et ritus hactenus in dicta collegiata ecclesia per Nos, ut praefertur suppressa, et extincta, et in dictam cathedralem ecclesiam sancti Deodati etiam per Nos, ut praefertur, erecta uti solita, nisi de consilio, vel consensu eorumdem modernorum, et pro tempore existentium capituli, et canonicorum ipsius cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae immutare non possit juxta morem, et consuetudinem aliarum cathedralium ecclesiarum in regno Franciae consistentium; quin imo cum eis, vel eorum deputatis circa ordinem, seu regulamentum publicarum precum, aliaque diversa objecta de more capitulis, et canonicis aliarum cathedralium ecclesiarum praeventive proponenda conferre teneatur.

Divisorum officiorum distributio.

§. 22. Et insuper attento, quod dictorum canonicorum numerus in dicta cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos, ut praefertur, erecta ille non est, qui plures ex eis a divinorum officiorum inibi peragendorum assistentia simul abesse patiatur: dicta apostolica auctoritate tenore praesentium statuimus, atque decernimus, ut ultra duos canonicos ejusdem cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae, servitio regalium cappellarum, ac domorum addici pro tempore non possint; eo magis quia Nos certam fiduciam habemus, quod eximia dicti Ludovici regis pietas domus Dei decorem, et in ea divinum cultum magis magisque semper augere in votis habens majorem numerum canonicorum pro servitio cappellarum; et domorum praedictorum ob praemissam causam impendi non permittet: qui vero duo canonici dictae cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae eisdem cappellis, et domibus regalibus pro tempore addicti licet absentes a dicta cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta, tamquam praesentes habebuntur.

Praecipitur episcopum duos tantum canonicos sumere pro se posse.

§. 23. Volentes etiam, parique apostolica auctoritate similiter decernentes, ut eadem de causa idem pro tempore futurus episcopus sancti Deodati nonnisi alios duos canonicos tantum ejusdem cathedralis ecclesiae per Nos, ut praefertur, erectae de comitatu nuncupandos sibi sumere valeat. Qui itidem duo postremi canonici de comitatu hujusmodi licet absentes ab ipsa cathedrali ecclesia per Nos, ut praefertur, erecta, praesentes nihilominus debebunt quoque reputari.

Privilegia, et praerogativae quartae, et quintae dignitatis cathedralis ecclesiae.

§. 24. Ac propterea, ad hoc, ut dicta cathedralis ecclesia sancti Deodati per Nos, ut praefertur, erecta majori ministrorum numero decoretur; in ea unum videlicet, qui quarta, et alterum archidiaconatus, qui quinta inibi etiam dignitates existant, eamque denominationem habeant, quosque futuris pro tempore respective obtinentibus ea munera, et onera incumbant, quam, et quae eidem futuro episcopo sancti Deodati in eadem cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos, ut praefertur, erecta primo instituendo magis videbuntur convenire, et ab ea respective fuerint ejus arbitrio primo, et absque inde variatione injuncta: et quorum archidiaconatuum per Nos, ut infra, erigendorum, et instituendorum tam a primaeva illorum erectione, et institutione infrascriptis respective vacantium, quam etiam in posterum semper et quandocumque illos etiamsi in octo cujuslibet anni mensibus dictae Sedi apostolicae reservatis ex personis illos pro tempore respective obtinentium quovis modo vacare contigerit, collatio, pro-

visio, et omnimoda alia dispositio ad eumdem pro tempore futurum episcopum sancti Deodati, sub infrascriptis tamen modo, et forma spectet, et pertinaat pro duobus presbyteris futuris ipsa cathedrali ecclesia sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erecta archidiaconis, qui vel da nobili genere procreati, vel potius gradu magisterii in theologia, vel doctoratus, aut licentiaturæ in decretis in aliqua approbata studiorum generalium universitate, prævio rigoroso examine, ac alias servatis servandis, insigniti (quod pariter ipsius futuri episcopi sancti Deodati primo instituendi arbitrio semel itidem statuendum erit) debeant esse: ac iisdem indultis, honoribus, prærogativis, exemptionibus, cæterisque gratiis, et privilegiis quibus aliæ dignitates ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, respective nunc et pro tempore obtinentes gaudent de præsenti, ac gaudere poterunt, quomodolibet in futurum, pariformiter, et absque ulla prorsus differentia perpetuo etiam gaudere; ac sedem in choro ejusdem cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ post eumdem illius scholasticum respective habere valeant. Quique tamen duo futuri pro tempore archidiaconi ex dicta mensa capitulari ejusdem cathedralis ecclesiæ, per Nos, ut præfertur, erectæ nullo modo participes sint; sed eos tantum annuales redditus percipere respective debeant, qui ex dotatione eis in totidem fundis stabilibus in posterum respective assignanda provenient, eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo erigimus, et instituimus: cum hoc tamen quod quotiescumque unius, et alterius archidiaconatuum, per Nos, ut præfertur, arectorum, et institutorum hujusmodi respective vacatio in ipsis octo cujuslibet anni Sedi apostolicæ prædictæ reservatis mensibus avenire contigerit, idem pro tempore futurus episcopus sancti Deodati in literis suarum collationum, et provisionum de uno, et altero archidiaconatibus per Nos, ut præfertur, erectis prædictis expresse debeat injungere futuris de illis pro tempore per eum respective provisis onus impetrandi infra sex menses ex tunc proximos ab eadem apostolica Sede novas de dictis archidiaconatibus per Nos, ut præfertur, erectis respective provisiones: ipsique vero de eisdem archidiaconatibus, ut præfertur, erectis, pro tempore per dictum futurum episcopum sancti Deodati, sic, ut præfertur, provisi in vim hujusmodi injunctionis literas apostolicas novæ respective provisionis hujusmodi sub plumbo expediendas infra sic præscriptum tempus hujusmodi ab eadem apostolica Seda, sub pœna nullitatis provisionis ab ipso pro tempore futuro episcopo sancti Deodati ex tunc respective obtentæ, ac possessionis inde respective adeptæ, nec non fructuum, reddituum, et proventuum ex dictis archidiaconatibus, per Nos, ut præfertur erectis respective perceptorum restitutionis reportare, ac jura cameræ, et cancellariæ apostolicis, et aliis propterea debita persolvere omnino debeant, et teneantur.

§. 25 Cupientes autem, ut eidem mensæ episcopali sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ satis provideri queat, ut dictus pro tempore futurus episcopus sancti Deodati præsulis dignitatem decenter tenere valeat, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus unionem, annexionem, et incorporationem monasterii abbatiæ nuncupati Stivagiensis, vulgo *d' Etival* nuncupati reformati ordinis Præmonstratensium Nullius etiam diœcesis, illiusque mensæ abbatialis fructuum, redditum, proventuum, bonorum, et jurium quorumcumque alias, ut pariter accepimus, mensæ episcopali Tullensi apostolica auctoritate perpetuo factus de venerabilis fratris Nostri moderni episcopi, ac dilectorum etiam filiorum modernorum capituli, et canonicorum cathedralis ecclesiæ Tullensis respective consensu dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo dissolvimus.

Incorporationes factæ favore novi episcopatus, ad illius dignitatem amplian[d]am.

§. 26. Illisque sic dissolutis monasterium Stivagiense hujusmodi, illiusque mensam abbatialem prædictam a dicta mensa episcopali Tullensi eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo sejungimus, et dismembramus.

Dismembratio monasterii Stivagiensis a mensa Tullensi.

§. 27. Nec non aliud monasterium abbatiam pariter nuncupatam *d' Autrey* ordinis sancti Augustini Tullensis diœcesis, ad quod, dum illud pro tempore vacat, nominatio personæ idoneæ Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti prædicto facienda ad eumdem Ludovicum regem vigore similis indulti prædicto Ludovico regi dicta apostolica auctoritate etiam concessi spectat, et pertinet, quodque idem nuper modernus præpositus dictæ collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et exstinctæ in commendam ad sui vitam ex concessione, et dispositione apostolicis, ut etiam accepimus, ad

Monasterium D'Autrey ordinis s. Augustini supprimitur

præsens obtinet, ac cujus fructus, redditus, et proventus viginti quatuor ducatorum auri de camera sec. co. est. valorem annuum, ut pariter accepimus non excedunt, illiusque mensam abbatialem, nec non titulum etiam collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam, ac consuetudinem illud commendandi; ita quod illud pariter ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativum esse desinat, et de cætero uti tale in titulum collativum, seu commendam quavis auctoritate conferri, aut commendari, seu de illo quovis modo disponi amplius nequeat; et si illud deinceps ullo unquam tempore conferri, seu impetrari, aut commendari, vel alias de illo disponi contigerit, collationes, impetrationes, commendæ, aliæque dispositiones de illo pro tempore quomodolibet factæ, similiter nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam coloratum titulum possidendi tribuant, ex nunc de dicti Ludovici regis, nec non ejusdem nuper moderni prædictæ collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ præpositi moderni ejusdem monasterii *d' Autray*, ut præfertur, nuncupati abbatis commendatarii respective consensu, dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque supprimimus, et extinguimus.

Applicatio bonorum monasterii de Moyen moutier nuncupati.

§. 28. Ac demum ex abbatiali, et conventuali respective mensis alterius monasterii de Mediano vulgo *de Moyen moutier* similiter nuncupati ordinis sanctorum Vitoni, et Hydulphi nullius itidem diœcesis prædictæ provinciæ Trevirensis, bona, jura, redditus, census, decimas, obventiones et emolumenta infrascripta videlicet: in oppido, et banno de Roan nuncupato dominium, justitiam cum omnibus juribus, redditibus, censibus, et emolumentis ab eadem justitia dependentibus, et provenientibus, pro ea tamen parte, quæ ad idem Medianum monasterium spectant, et pertinent, ac cum ædibus et corte dominicali, atque prædio eidem corti annexo. Ac in loco de Montigriis decimas cum patronatu parochialis ecclesiæ, nec non prædio ibidam respective existentibus: ac in loco de Pexona alias decimas cum alio patronatu: ac in loco da Serres itidem nuncupato alias decimas cum similibus patronatu, at prædio ibidem respective sitis: ac in banno de Septam Abictibus vulgo *ban de Sapt* etiam nuncupato justitiam in plures incolas locorum, videlicet, *de Fontenelle* ac *de Ronoux*, et *de Chatoy* respective nuncupatorum cum pluribus ex eadem justitia dependentiis, ac molendino, quod, ut etiam accepimus, in emphiteusim ad nonaginta novem annos antehac reperitur concessum cum sylva in dicto banno sita: itemque dacimas ejusdem banni cum infrascriptis tamen conditionibus, et reservationibus: ac in loco *de Denissaire* etiam nuncupato dominium pariter et justitiam, cum omnibus juribus ex ea dependentibus, ac molendino in similem emphyteusim ad alios nonaginta novem annos, ut pariter accepimus, concesso: ac in loco *de Autrepierre* similiter nuncupato patronatum quoque illius parochialis ecclesiæ, cum tertia ejus decimarum parte: ac denique unum *de Glonville*, et alterum nudos, et alternos cum dilectis similiter filiis modernis, et pro tempora existentibus abbate, seu priore claustrali, et monachis monasterii sancti *Apry* nuncupati ejusdem sancti Benedicti, seu alterius ordinis patronatus *de Romenoville* respective nuncupatorum locorum respective parochialium ecclesiarum. Quæ quidem omnia moderni alias existentes abbas regularis, et monachi ipsius Mediani monasterii ad mensæ præpositurialis ejusdem præpositurae per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, ex tunc donec illa in dignitatem episcopalem hujusmodi erigeretur: et postquam illa, ut præfertur, sic erecta foret in dictæ mensæ episcopalis sancti Deodati respective commodum, et favorem capitulariter, ac publico mediante tunc desuper confecto instrumento, ac sub conditione: quod si aliquando contigisset ecclesiam sancti Joannis loci *de Hormont* parochiali ecclesiæ de dicto banno, de Septem Abictibus, ut præfertur, nuncupato annexam, et per parochum ejusdem loci deserviri solitam in parochialem itidem ecclesiam erigi, aut per vicarium inibi residentem administrari: eo casu portio competens, et congrua pro novi parochi, seu residentis vicarii administratoris hujusmodi substentatione ex decimis tantum dictæ parochialis ecclesiæ de Septem Abictibus, non autem ex decimis prædictæ ecclesiæ sancti Joannis ejusdem loci *de Hormont*, quæ integraliter ad ipsam mensam conventualem dicti monasterii pertinent, et quas illius abbas, et monachi tunc, prout etiam nunc existentes sibi expresse reservarunt, et reservant, desumantur: ac sub altera con-

ditione, quod taxa dicti monasterii Mediani in libris cameræ apostolicæ prædictæ descripta pro medietate saltem, sicuti bona, decimæ, et jura ut infra cessa prædictæ abbatialis mensæ dicti monasterii Mediani fructuum medietatem excedunt, occasione provisionis de illo personæ regulari illius ordinis expresse professæ pro tempore faciendæ imminui deberet, ut similiter accepimus, perpetuo cessa fuerunt: quatenus illa nondum apostolica auctoritate prædicta ab eisdem abbatiali, et conventuali respective mensis monasterii Mediani hujusmodi dirisa, et separata fuerint, de dictorum modernorum abbatis regularis, et monachorum monasterii Mediani hujusmodi consensu, dicta apostolica auctoritate ipsarum tenore præsentium perpetuo etiam dirimimus, et dismembramus.

Applicatio bonorum aliorum monasteriorum suppressorum.

§. 29. Ac respective tamen dictum Stivagiense, ac prædicta mensa episcopali Tullensi, ut præfertur, sejunctum, quam prædictum *d' Autrey* etiam, ut præfertur, suppressum, et extinctum respective monasteria, eorumque respective mensas abbatiales hujusmodi cum omnibus, et singulis illarum respective fructibus, redditibus, proventibus, rebus, proprietatibus, bonis, juribus, et emolumentis universis: nec non bona, jura, dominia, decimas, molendina, patronatus, aliaque præmissa per eosdem abbatem, et monachos dicti monasterii Mediani, ut præfertur, cessa, et ab illius abbatiali, et conventuali respective mensis prædictis, etiam, ut præfertur, respective divisa, et dismembrata hujusmodi: ac denique omnes et singulos fructus, redditus, et proventus ejusdem præpositurae similiter, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ supradictæ mensæ episcopali sancti Deodati, per Nos, ut præfertur, erectæ; ita quod licet eidem futuro episcopo sancti Deodati, per se, vel alium, seu alios, ejus, ac dictæ mensæ episcopalis sancti Deodati, per Nos, ut præfertur, erectæ, nomine, omnium et singulorum unius videlicet Stivagiensis a mensa episcopali Tullensi prædicta, ut præfertur, sejuncti, in infrascriptum eventum tantum, et non alias, nec antea: alterius vero monasteriorum prædictorum *d' Autrey*, nec non præpositurae hujusmodi, per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti, ac suppressæ, et extinctæ respective fructuum, rerum, bonorum, proprietatum, jurium, et pertinentiarum quarumcumque: nec non bonorum, jurium, dominiorum, decimarum, molendinorum, patronatuum, aliorumque præmissorum a dictis abbate, et monachis ejusdem monasterii Mediani, ut præfertur, cessorum, ac ab illius abbatiali, et conventuali respective mensis prædictis, per Nos etiam, ut præfertur, divisorum, et dismembratorum hujusmodi veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, ac apprehensam hujusmodi perpetuo retinere: dictaque bona, jura, res, proprietates, decimas, dominia, molendina, et alia præmissa locare, dislocere, arrendare: fructus quoque, redditus, proventus, obventiones, et emolumenta prædicta tam ex Stivagiensi, a dicta mensa episcopali Tullensi, ut præfertur sejuncto, et *d' Autrey* respective monasteriis hujusmodi, ut præfertur suppresso, et extincto, quam ex prædicta præpositura similiter, ut præfertur suppressa, et extincta: nec non ex eisdem dominiis, decimis, molendinis, aliisque præmissis a prædictis abbate, et monachis ipsius monasterii Mediani, ut præfertur, cessis, et ab illius abbatiali, et conventuali, respective mensis hujusmodi etiam, ut præfertur, divisis, et dismembratis respective provenientes, et provenientia percipere, exigere, levare, ac supportatis tamen prius per ipsum futurum episcopum sancti Deodati pro tempore existentem omnibus, et singulis unius Stivagiensis a dicta mensa episcopali Tullensi, ut præfertur, sejuncti; ac alterius monasteriorum prædictorum *d' Autrey*, nec non præpositurae hujusmodi, ut præfertur, suppressi, et extincti, sic suppressæ, et extinctæ, si quæ sint respective oneribus, ac infrascripta annua solutione pensionis infrascriptæ per Nos, ut infra reservandæ in suos, ac dictæ mensæ episcopalis sancti Deodati per Nos, ut præfertur erectæ usus, et utilitatem convertere, cujusvis licentia desuper minime requisita, de simili prædicti Ludovici regis, ac ejusdem moderni nuper præpositi prædictæ collegiatæ ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, dictorum modernorum episcopi, ac capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ Tullensis, nec non modernorum abbatis titularis, et monachorum prædictorum dicti Mediani monasterii respective consensu, apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo unimus, applicamus, et appropriamus: ita tamen, ut nova mensa episcopalis sancti Deodati, per Nos, ut præfertur,

erecta hujusmodi respectu fructuum, reddituum, et proventuum ipsius monasterii Stivagiensis a dicta mensa episcopali Tullensi, ut præfertur sejuncti, et eidem mensæ episcopali sancti Deodati, etiam, ut præfertur, initi, applicati, et appropriati, beneficio unionis, applicationis, et appropriationis prædictarum gaudere non possit, nisi postquam prædicta mensa episcopalis Tullensis de alterius monasterii sancti Mansueti vulgo *de saint Mansuy* ejusdem ordinis sancti Benedicti prædictæ congregationis sanctorum Vitoni, et Hydulphi extra muros, Tullensis diœcesis in compensationem dissolutionis, unionis prædicti monasterii Stivagiensis, illiusque disjunctionis, et dismembrationis ab ea, ut præfertur, respective factarum per Nos in posterum etiam uniendi fructibus, redditibus, et proventibus, possessionem, ac respective realem fruitionem adepta fuerit.

Destinatio domus pro residentia episcopi.

§. 30. Pro residentia autem, ac commoda et sufficienti habitatione ipsius futuri episcopi sancti Deodati pro tempore existentis in eodem oppido in civitatem episcopalem per Nos, ut præfertur, erecto, satis decens palatium, quod sicut etiam accepimus eidem præposituræ, ut præfertur suppressæ, et extinctæ reperiebatur annexum, dicta apostolica auctoritate itidem perpetuo concedimus, et assignamus.

Comprehensio nonnullorum locorum sub nova diœcesi.

§. 31. Ac præterea a diœcesi, scilicet, Tullensi prædicta eam ejusdem diœcesis, illiusque districtus, seu territorii Tullensis partem, quæ in civilibus districtibus, seu territoriis infrascriptorum bajulivatuum, vulgo *Bailliages* nuncupatorum, seu aliarum jurisdictionum etiam infrascriptarum comprehenditur: videlicet in uno ejusdem dicti sancti Deodati, ac alio *de Remiremont*, ac alio *de Buyeres*, ac alio *d' Epinal*, ac reliquo bajulivatibus *de Chaul sur Moselle*: et insuper in une alius *de Barney*, ac altera respective partibus, alius etiam bajulivatuum, seu districtuum vulgo *Bailliages*, ut præfertur, nuncupatorum *de Blamont*: ac insuper in præpositura, seu dominicali jurisdictione vulgo *de Rambervillers* nuncupata.

Alia dismembrationes favore ejusdem novæ diœcesis.

§. 32. Ac denique in territorio principatus vulgo *de Salm senones* similiter nuncupati: parique modo ab infrascriptis monasteriis Sedi apostolicæ prædictæ immediate subjectis, uno scilicet *de Domovre* ordinis ssmi Salvatoris: ac alio de Mediano supradicto: ac alio Stivagiensi prædicto, ac alio vulgo *de Chamoussey* itidem nuncupato prædicti ordinis, seu congregationis ejusdem ssmi Salvatoris canonicorum regularium: ac reliquo monasteriis vulgo *de Senones* pariter nuncupato ordinis ejusdem sancti Benedicti, ac prædictæ congregationis sanctorum Vitoni, et Hydulphi, quorum monasteriorum respective abbates, seu respective priores claustrales in territorio hujusmodi jurisdictionem quasi episcopalem hucusque exercuerunt: et cui respective jurisdictioni ad effectum erectionis prædictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, factæ sub certis tamen honestis, ac Nobis singillatim expressis conditionibus, et reservationibus, capitulariter, ac mediantibus etiam desuper respective confectis instrumentis, perpetuo respective cesserunt, apostolica auctoritate prædicta pariter perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus.

Revocatio jurisdictionis episcopalis a locis dismembratis.

§. 33. Ac in eisdem bajulivatibus primodictis, et aliis etiam supradictis temporalibus jurisdictionibus, seu districtibus omnimodam jurisdictionem spiritualem, et ecclesiam sic, ut præfertur, respective dismembratam, divisam, et separatam: et sub ea respective consistentes, et consistentis parochiales (illas tamen, quæ in infrascripto concordato continentur) ac collegiatas, et alias ecclesias, ac monasteria (non tamen exempta) præposituras, præpositatus, prioratus, conventus, a alia quæcumque, quotcumque, et qualiacumque sæcularia, et quorumvis ordinum regularia beneficia: nec non in prædictis territoriis, seu districtus utriusque sexus existentes personas, habitatores, et incolas tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque (non tamen exemptos) cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant, ab ordinaria jurisdictione moderuorum (quorum ad hoc expressus accedit assensus) et pro tempore existentium episcopi, ac capituli, et canonicorum prædictorum dictæ cathedralis ecclesiæ Tullensis: et respective a jurisdictione quasi episcopali respectivorum etiam modernorum (quorum pariter ad hoc expressus respective accedit assensus) et pro tempore existentium abbatum, et conventuum prædictorum *de Domovre*, ac Mediani, et Stivagiensis, ac *de Chamoussey*, nec non Senonensis respective, ut præfertur, nuncupatorum monasteriorum hujusmodi, eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo disjungimus, et eximimus.

Applicatio rel vero novæ dioecesis.

§. 34. Dictumque oppidum sancti Deodati in civitatem episcopalem, ut præfertur, erectum, ac unum videlicet ejusdem sancti Deodati, ac alium de *Remiremont*, ac alium *de Bruyeres*, ac alium d' *Epinal*: ac reliquum bajulivatus hujusmodi vulgo *Bailliages*, ut præfertur nuncupatos *de Chatel sur Moselle*: ac insuper unam alius *de Barney* et alteram partem prædictas alterius etiam bajulivatuum prædictorum *de Blamont*: ac unum *de Demovre*; ac aliud de Mediano vulgo *de Moyen, moutier*: ac aliud *de Chamoussey*: ao aliud *de Senones*: ac reliquum territoria, seu districtus Stivagiensis, vulgo *d' Etival* respectiva, ut præfertur, nuncupata, seu nuncupatos hujusmodi: ac denique in prædicta præpositura, dictaque jurisdictione *de Rambervilliers*, et in eisdem bajulivatibus, et districtibus, ac territoriis respective consistentes, et consistentia parochiales, in eodem tamen concordato infrascripto comprehensas, ac collegiatas, et alias ecclesias, monasteria (non tamen, ut præfertur exempta) præposituras, præpositatus, prioratus, conventus, aliaque supradicta sæcularia, et regularia beneficia quæcumque, eosdemque habitatores, et incolas, aliasque personas universas, tam seculares, quam ecclesiasticas, et quorumvis ordinis regulares hujusmodi novæ ecclesiæ episcopali sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, illiusque futuro præsuli pro suis civitate, diœcesi, clero, et populo; ita quod liceat personæ eidem cathedrali ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, tam nunc a primæva illius erectione prædicta, quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendæ, per se, vel alium, seu alios ejus nomine, veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicto oppido sancti Deodati in civitatem episcopalem, ut præfertur, erecto, nec non in omnibus supradictis bajulivatibus, territoriis, districtibus, aliisque superius expressis partibus propria auctoritate libere apprendere, et apprehensam perpetuo retinere, ejusdem moderni, et pro tempore existentis episcopi Tullensis, nec non modernorum etiam, et pro tempore existentium abbatum, seu priorum claustralium respective monasteriorum hujusmodi, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, pari apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, et assignamus, nec non supponimus atque subiicimus.

Jus nominandi episcopum regi, et successoribus ejus conceditur.

§. 35. Et insuper sperantes, quod in posterum idem Ludovicus rex pro ejus singulari in Deum pietate, de fidei catholicæ propagatione zelo eo magis incensus, alia similia, aut majora in ecclesia hujusmodi ad regis æterni gloriam, et honorem exhibere, et facere possit: eidem Ludovico regi, ejusque successoribus Franciæ regibus jus nominandi infra tempus a jure præfixum ad dictam ecclesiam episcopalem sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectam, tam hac prima vice a primaeva illius erectione, et institutione per Nos, ut præfertur factis pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen per obitum apud Sedem apostolicam prædictam etiam pastoris solatio destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem ad nominationem hujusmodi eidem ecclesiæ episcopali sancti Deodati, per Nos ut præfertur erectæ in episcopum præficiendam.

Item jus nominandi ad dignitatem decanatus.

§. 36. Nec non simile jus nominandi Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti prædicto personam etiam idoneam, ac de gremio eorumdem capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, ad dictum decanatum in majorem inibi post pontificalem dignitatem hujusmodi, ut præfertur, subrogatum.

Dispositiones circa beneficia ecclesiastica, præsertim residentiam personalem non requirentia.

§. 37. Ac personas itidem idoneas ad quoscumque cura, cantuque carentes, et personalem residentiam non requirentes prioratus: nec non ad quæcumque etiam perpetua simplicia, dictamque residentiam non requirentia beneficia ecclesiastica, tam ab uno *d'Autrey*, ut præfertur, suppresso, et extincto, quam ab altero monasteriis *d' Etival*, ut præfertur, respective nuncupatis a dicta mensa episcopali Tullensi etiam, ut præfertur, sejuncto, et eidem mensæ episcopali sancti Deodati respective, ut præfertur, unitis, respective dependentes, et dependentia, et quorum prioratuum, et beneficiorum, dum illi, et illa pro tempore vacabant, respective collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio: seu ad quos, et quæ etiam dum illi, et illa pro tempore vacabant, nominatio, seu præsentatio respectiva personarum idonearum, in eis ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi per respectivos locorum ordina-

rios, aut alias respective instituendarum, ad respective pro tempore existentes abbates, commeodatarios uoius *d' Autrey*, et alterius monasteriorum hujusmodi *d' Etival*, ut præfertur, respective nuncupatorum ante illorum suppressiooem, et extinctionem hujusmodi respective spectabat, et pertinebat quandocumque, et quotiescumque decanatum prædictum, ac prioratus, et beneficia hujusmodi de cætero quibusvis modis, ac illum, et illos, nec non illa nunc et pro tempore respective obtinentium personis etiam Nostris, et Romani pontificis pro tempore existentis prædicti, seu quorumvis ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium etiam tunc viventium familiaribus, et continuis commensalibus, seu prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Romanæ curiæ officialibus, aut alias qualitates reservationem, et affectionem inducentes habentibus, seu per liberas etiam ex causa permutationis resignationes de illis in Romana curia prædicta, etiam in Nostris, dictique Romani pontificis pro tempore existentis manibus, vel extra eam quomodolibet respective factas et admissas, aut assecutionem aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, seu illorum, et illos, nec non illa pro tempore respective obtinentium in aliquo ex mensibus Nobis, et eidem Romano pontifici pro tempore existenti, dictæque Sedi apostolicæ reservatis, non tamen per obitum apud Sedem eamdem decessum, vel quamvis aliam dimissionem, ammissionem, privationem, religionis ingressum, et professionis in ea emissionem, matrimonii contractum, aut alias quomodocumque, et qualitercumque vacare contigerit: cum hoc tamen, quod illæ parochiales ecclesiæ in dicto regno Fraociæ tamen existentes, et sub prædictis bajulivatibus, seu districtibus, et territoriis pro diœcesi ejusdem sancti Deodati efformanda, ut præfertur, assignatis non comprehensæ ab eisdem *d' Autrey*, et Stivagiensi vulgo *d' Etival*, ut præfertur, respective nuncupatis monasteriis, dictaque præpositura sic respective suppressis, et extinctis, ac suppressa, et extincta dependebant: et quarum dum illæ pro tempore etiam vacabant respective collatio, provisio, et quævis alia dispositio, seu ad quas etiam dum illæ pro tempore vacabant respective nominatio, seu præsentatio itidem personarum idonearum in eis ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi par eosdem respectivos locorum ordinarios, aut alias respective instituendarum, ad prædictos pro tempore existentes noius, et alterius posteriorum monasteriorum hujusmodi respective abbates commeodatarios, ac respective præpositum illius collegiatæ ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ similiter respective spectabant, et pertinebant, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collationi, et dispositioni ordinariorum respective locorum in quibus parochiales ecclesiæ prædictæ reperiuntur, specialiter, et expresse reservatæ existant, simili apostolica auctoritate, pariter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

§. 38. Nec non jus nomioandi hujusmodi tam ad dictam episcopalem ecclesiam sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectam, quam ad decanatum prædictum, nec non prioratus, et beneficia hujusmodi regium exercere: eidemque Ludovico regi, ejusque successoribus Franciæ regibus prædictis semper, et perpetuo in indemnitatem abdicati juris nominandi ad supradicta monasteria, ut præfertur, respective suppressa, et extincta competere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiem, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juris nominandi regis hujusmodi obtinere: ac uti tale sub quacumque derogatione, etiam cum quibusvis præstantissimis, et efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione etiam per viam constitutionis, legis, regulæ cancellariæ apostolicæ, aut alias quomodolibet facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa derogari posse, neque debere: ac colletiones, provisiones, et quasvis ulias dispositiones de dicto decanatu, ac prioratibus, et beneficiis hujusmodi, atque ipsius Ludovici Regis, ejusque successorum regum prædictorum coosensu, seu nominatione pro tempore factas, processusque desuper habendos, et inde sequenda nulla, et invalida, nulliusque roboris, vel momenti fore, et esse, ac pro nullis, et infectis haberi; nec jus aut coloratum titulum possidendi cuique per illa tribui decernimus. Declarationes circa jus nominandi favore regis, et successorum, reservatum.

§. 39. Injungentes tamen pro tempore respective nominatis a prædicto Ludovico Rege, ejusque successoribus regibus hujusmodi tam ed dictum decanetum, ac prioratus, et beneficia hujusmodi, quam ad supradictos viginti quatuor canonicatus, totidemque prœbendas ejus- Reservatio expeditionis Bullarum favore nominatorum

dem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, in infrascriptis tamen octo mensibus pro tempore respective vacaturum, et vacaturos, nec non vacatura, aut ipsi nominati infra sex menses a die sic pro tempore factæ de eorum respective personis nomiuationis computandos, literas apostolicas super illius, et illorum respective provisionibus sub pœna nullitatis respective possessionis, ac fructuum, reddituum, ac proventuum respective perceptorum restitutionis sub plumbo expedire teneantur.

Declarationes speciales pro diversis omnibus vacationum.

§. 40. Ac præterea declarantes, quod non obstante status immutatione dictæ collegiatæ ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, et in prædictam cathedralem ecclesiam, ut præfertur, erectæ: ac subrogatione cantoriæ videlicet in secundam, ac scholastriæ prædictarum in tertiam respective dignitates: ac dictorum vigintiquatuor canonicatuum, totidemque præbendarum in totidem canonicatus, et præbendas dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ; nihilominus tam dictus Ludovicus rex, ejusque successores reges, prædicti in nominatione personarum itidem idonearum, et quatuor ut prius probata ex latere paterno gradnum nobilitate præstantium Nobis, eidem Romano pontifici pro tempore existenti facienda ad dictos vigintiquatuor canonicatus, totidemque præbendas ipsius cathedralis ecclesiæ sancti Deodati, ut præfertur, subrogatos, et subrogatas hujusmodi, in januarii, februarii, aprilis, maii, julii, augusti, octobris, et novembris cujuslibet anni mensibus ex nunc in posterum ex personis illos nunc, et pro tempore respective obtinentium quovis modo respective vacaturos, et vacaturas: quam etiam capitulum, et canonici nunc, et pro tempore existentes prædicti ejusdem cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ in pleno, et libero jure personis similiter, ut supra, nobilibus respective conferendi eosdem viginti quatuor canonicatus, totidemque præbendas ipsius cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, subrogatos, et subrogatas hujusmodi in reliquis martii, junii, septembris, et decembris cujuslibet otiam anni mensibus pariter ex nunc deinceps, ex similibus personis nunc, et pro tempore illos, et illas respective, obtinentium quamodolibet vacaturos, et vacaturas: ac in simili etiam jure deputandi, et ad eorum nutum respective amovendi supradictos administratores, vicarios, aliaque officia prædicta in ipsa cathedrali ecclesia santi Deodati per Nos, ut præfertur, erecta, respective etiam nunc, et pro tempore obtinentes, aut antea respective continuare possint, et debeant: quodque ad eosdem capitulum, et canonicos dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, competat etiam, ut prius, jus pariter canonice eligendi personas de gremio eorum dicti capituli ad cantoriam secundam, et scholastriam tertiam respective dignitates ipsius cathedralis ecclesiæ sancti Deodati, ut præfertur, subrogatas hujusmodi, dum illas in posterum ex personis eas nunc, et pro tempore respective obtinentium quovis modo etiam vacare contigerit; ita tamen, ut evenientibus ipsarum cantoriæ, et scholastriæ pro tempore vacationibus in præmissis octo mensibus dictæ Sedi apostolicæ reservatis, singulæ tunc erectionis hujusmodi respectiva confirmatio ab eadem apostolica Sede impetrari debeat, singulique electi in præmissis vacationibus ad cantoriam, et respective scholastriam prædictas literas apostolicas pariter sub plumbo super confirmatione electionis de eorum respective personis tunc factæ (quarum literarum apostolicarum vigore, et non alias earumdem cantoriæ, et scholastriæ respective possessionem adipisci queant) tempore a jure statuto durante expedire, itidem debeant, et teneantur.

Memoratur concordatum initum inter episcopum Tullensem, et ecclesias Nanceyenses auctorante Ludovico rege.

§. 41. Cum vero Nobis innotuerit, quod nuper inter ipsum moderuum episcopum Tullensem, ac dilectos pariter filios ad eamdem sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectam, ac aliam respective cathedralem ecclesiam Nanceyensem per Nos, etiam in posterum erigendam, Nobis a dicto Ludovico rege per suas literas hujusmodi sub spe, prædictam sibi, ut præfertur, concessam, et aliam eidem Ludovico regi in posterum etiam concedendam respective juris nominandi reservationes obtinendi, respective nominatos episcopos quoddam concordatum super tam respectiva Tullensis prædictæ, ac novarum sancti Deodati, et Nanceyensis hujusmodi respective diœcesum limitum præfinitione, quam etiam parochialium ecclesiarum in supradictis, et aliis in posterum per Nos itidem dismembrandis bajulivatibus, et territoriis existentium inter eos, juxta tamen earum-

dem literarum prædicti Ludovici regis Nobis exhibitarum tenorem facienda divisione: ac super nonnullorum refictorum, seu fundatorum munerum, seu pensionum vulgo *Bourses* nuncupatarum pro nonnullis manutenendis, et educandis in seminario ecclesiastico alias Tullensis tantum, et in postarum etiam in sancti Deodati, et Nanceyensis respective constituendis etiam ecclesiasticis seminariis adolescentibus, aliorumque locorum vulgo *Places* nuncupatorum in certis inibi expressis piis domibus pro nonnullis pueilis etiam educandis, aut alias pariter fundatorum respective etiam facienda inter ipsos Tullensem, ac futuros sancti Deodati, et Nanceyensem respective episcopos partitione: ac denique super indemnitate eidem mensæ episcopali Tullensi pro dicta dismambratione ejusdem monasterii d'*Etival*, ut præfertur, nuncupati ab ea atiam, ut præfertur, facta: ac compensatione dilectis quoque filiis modernis, et pro tempore existentibus, sex archidiaconis Ipsius cathedralis ecclesiæ Tullensis pro amissione cujusdam eorum particularis jurisdictionis super certis territoriis in supradictis, ut præfertur, dismembratis, seu aliis distrietibus, etiam, ut præfertur, dismembrandis comprehensis habitæ respective dandis: videlicet prædictæ mensæ episcopali Tullensi per ejusdem monasterii sancti Mansueti: prædictis vero sex archidiaconis, ac non fabricæ dictæ cathedralis ecclesiæ Tullensis cura etiam cantuque carentis, similemque residentiam non requirentis prioratus sancti Laurentii *de Reynel* prædicti ordinis sancti Benedicti ejusdem congregationis sancti Vitonis, et a dicto monasterio sancti Mansueti dependentis respective uniones per Nos in posterum de dicti Ludovici regis consensu etiam respective faciendas, initum fuit. Nos cupientes, ut ea, quæ ad prædictum intuitum tam æquum, et utilem in dicto concordato conventa esse intelleximus, firma semper et inconcussa permaneant; ac peculiarem de cœtero ipsius moderni episcopi Tullensis exhibitum in hujusmodi munerum, et fundationum partitione liberalitatem, plurimum atiam commendantes.

Confirmatio concordatus. §. 42. Motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, dictum concordatum, ut præfertur, initum, et in eo contenta quæcumque, licita tamen et honesta, cum omnibus, et singulis jam inde legitime sequutis, et sequendis quibuscumque, apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo approbamus, et confirmamus; illique perpetuæ, inviolabilis, et irrefragabilis apostolicæ firmitatis robur, vim, et efficaciam adjicimus.

Sanatio defectuum juris, vel facti. §. 43. Omnesque et singulos, tam juris quam facti, vel solemnitatum, aliosve quantumvis substantiales defectus, si qui desuper in dicto concordato, ut præfertur, inito principaliter, vel accessorie, aut alias quomodolibet intervenerint, aut intervenisse dici, censeri, intelligi, aut prætendi possent in eodem supplemus, et sanamus, ac penitus, et omnino tollimus, et eboiemus.

Præceptum de observando quidquid in concordato statutum fuerat. §. 44. Decernantes idem concordatum, ut præfertur, initum, ac etiam, ut præfertur, per præsentes approbatum, et confirmatum in omnibus, et per omnia suos planarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec non a moderno, et pro tempore existente Tullensi, ac futuris sancti Deodati, et Nanceyensi respective episcopis prædictis, et ab omnibus aliis ad quos nunc spectat, et pertinet, ac spectare, et pertinere potest, et poterit quomodolibet in faturum firmiter, et inviolabiliter, atque inconcusse observari, et adimpleri debere: illosque a dicto concordato, ut præfertur, inito, ac per præsentes etiam, ut præfertur, approbato, et confirmato, nullo unquam tempore sub quovis prætextu, seu quavis occasione, vel causa resilire, vel recedere posse; immo ad integram illius observantiam teneri; ita ut quæcumque tam per modernum, et pro tempore existentem Tullensem, quam futuros etiam pro tempore sancti Deodati, et Nancayensem episcopos prædictos, et quoslibet alios contra ipsius concordati, ut præfertur, initi, ac per præsentes etiam, ut præfertur, approbati, et confirmati formam, ac earumdem præsentium tenorem, et continentiam quandocumque faciendæ dispositiones nullæ prorsus, et invalidæ, ac insubsistentes sint, et tales fore, et esse.

Clausulæ salutares, et irritantes. §. 45. Nec non easdem præsentes semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus et singulis, ad quos similiter nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore, et quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ propter quas eædem

præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, seu quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare in judicio, et extra illud posse; neque easdem præsentes sub quibusvis similium vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ prædictæ regulas quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter, et quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus, eorumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et esse. Sicque et non aliter per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuntios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, et privilegio fulgentes, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, ac irritum quoque et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Provisio favore Augustini Drovart presbyter. Metensis dioecesis.

§. 46. Et insuper dilecto etiam filio Augustino Drovart presbytero Metensis diœcesis, qui etiam, ut accepimus, unus ex prædictis vigintiquatuor ipsius sic erectæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, subrogatis canonicis existit, ut commodius sustentari valeat, de alicujus subventionis auxilio providere, ac specialem gratiam facere volentes, motu simili eidem Augustino pensionem annuam ab omnibus, et quibuscumque oneribus, et subventionibus etiam cleri, aut alio quocumque nomine nuncupatis nunc impositis, et pro tempore quomodolibet imponendis, ac aliis in omnibus, et per omnia, et omnino quoad omnia liberam, immunem, et exemptam mille, et ducentarum librarum Turonensium super omnibus, et singulis fructibus, redditibus, et proventibus per Nos eidem novæ mensæ episcopali sancti Deodati, ut præfertur, unitis, et applicatis hujusmodi prædicto Augustino quoad vixerit, vel procuratori suo legitimo per ipsum ab eodem Ludovico rege ad alteram episcopalem ecclesiam sancti Deodati, ut præfertur, erectam nominatum, et per Nos eidem ecclesiæ sancti Deodati a primæva illius erectione prædicta pastoris solatio, ut præfertur, destitutæ, primo etiam, ut præfertur, præficiendum episcopum, cujus et prædicti Ludovici regis ad hoc expressus accedit assensus, et ejusdem nominati, et respective primo præficiendi episcopi successores dictæ ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ præsules, seu administratores pro tempore existentes annis singulis in loco, et terminis inter ipsum Augustinum, et prædictum nominatum episcopum sancti Deodati statutis, seu statuendis; non tamen in terminis possessionem, seu quasi regiminis, et ad-

ministrationis dictae episcopalis ecclesiae sancti Deodati per Nos, ut praefertur, erectae, illiusque mensae episcopalis hujusmodi bonorum ei, ut praefertur, unitorum praedictorum, seu majoris partis eorum per eumdem a dicto Ludovico rege nominatum, et per Nos eidem ecclesiae sancti Deodati, ut praefertur, erectae, primo etiam, ut praefertur, praeficiendum episcopum assequendam antecedentibus, vigore tamen ipsarum praesentium, nec alias alioquin praesens reservatio nulla sit eo ipso, integre persolvendam, apostolica auctoritate praedicta reservamus, constituimus, et assignamus.

Poena statuta contra non solventes pensionem reservatam favore sacerdotis Deodati.

§. 47. Decernentes etiam decretum nominatum episcopum sancti Deodati, et successores praedictos ad integram solutionem pensionis hujusmodi eidem Augustino faciendam, juxta reservationis constitutionis, et assignationis praedictarum tenorem fore efficaciter obligatos: ac volentes, et eadem apostolica auctoritate statuentes, quod ille ex nominato episcopo sancti Deodati, et successoribus praedictis, qui in dictis terminis, vel saltem infra triginta dies illorum singulos immediate sequentes pensionem praedictam per eum eidem Augustino tunc debitam non persolverit, cum effectu lapsis diebus eisdem, nominato episcopo sancti Deodati, et successoribus praesulibus, videlicet ingressus ecclesiae interdictus existat, administratores vero praedicti sententiam excommunicationis incurrant, a qua donec dicto Augustino, vel eidem procuratori de pensione hujusmodi tunc debita integre satisfactum, vel alias cum praedicto Augustino, sive ejusdem dicto procuratore super hoc amicabiliter concordatum fuerit, praeter quam in mortis articulo constitutus: interdictus videlicet interdicti relaxationem, excommunicatus vero praedicti ab hujusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium nequeat obtinere: si vero per sex menses dictos triginta dies immediate sequentes, interdictus videlicet sub hujusmodi interdicto permanserit, excommunicatus vero praedicti sententiam excommunicationis hujusmodi animo, quod absit, substinuerit indurato, ex tunc effluxis mensibus eisdem a regimine, et administratione dictae ecclesiae sancti Deodati per Nos, ut praefertur, erectae perpetuo respective suspensi existant eo ipso.

Deputatio executoris litterarum.

§. 48. Postremo autem desiderantes, ut praemissa omnia, sic per Nos, ut praefertur, disposita ad suum feliciter perducantur effectum, et ea quae ab homine pacis inimico non numquam in similibus suscitari solent, obstacula dirimantur; hinc venerabilem quoque fratrem Nostrum modernum archiepiscopum Tolosanum in exequutorem pro exequutione tantum earumdem praesentium, dicta apostolica auctoritate constituimus, et deputamus.

Facultas subdelegandi procuratorem.

§. 49. Eidemque moderno archiepiscopo Tolosano facultatem, ut ipse quascumque personas in dignitate ecclesiastica, ac etiam episcopali constitutas pro hujusmodi exequutionis effectu subdelegare libere, et licite possit, et valeat apostolica auctoritate praedicta earumdem tenore praesentium concedimus, et impartimur.

Aliae facultates eidem apostolico executori impertitae.

§. 50. Eidem moderno archiepiscopo Tolosano, sive ejus subdelegando praedicto motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus mandantes, quatenus eorum alter eos limites, et confines, praedictae novae dioecesi ejusdem episcopalis ecclesiae sancti Deodati per Nos, ut praefertur, erectae stabilire, et regulare: ac respective dicto futuro episcopo sancti Deodati eas portiones, seu quantitates, et qualitates parochialium ecclesiarum assignare qui, et quae in dictis literis ipsius Ludovici regis Nobis, ut praefertur exhibitis, et in ipso concordato, ut praefertur, inito, ac etiam, ut praefertur, approbato, et confirmato contenti, et expressi, ac contentae, et expressae respective reperiuntur, auctoritate Nostra curet, et satagat: nec non easdem praesentes, et in eis contenta quaecumque ubi, et quando opus fuerit solemniter publicans, ac omnibus et singulis personis, quarum favorem eadem praemissa quomodolibet concernunt efficacis defensionis praesidio assistens faciat, auctoritate Nostra praedicta easdem praesentes, et in eis, ut praefertur, contenta quaecumque a quibuscumque, ad quos spectat inviolabiliter observari; ac eosdem futurum episcopum, ac capitulum, et canonicos dictae cathedralis ecclesiae sancti Deodati per Nos, ut praefertur, erectae, aliosque praedictos illis pacifice frui, et gaudere non permittens ipsos, vel eorum quempiam per quoscumque quavis auctoritate fungentes desuper quomodolibet molestari, perturbari, vel inquietari: et nihilominus super quacumque oppositione adversus eadem praemissa quomodolibet oritura etiam definitive pronunciet: ac faciat similiter auctoritate Nostra hujusmodi pensionem praedictam eidem Augustino, vel pro-

curatori prædicto juxta reservationis, constitutionis, et assignationis prædictæ, ac decreti Nostri hujusmodi continentiam, et tenorem integre persolvi; et quemlibet ex dicto nominato episcopo sancti Deodati, et successoribus prædictis, quem interdicti, et excommunicationis hujosmodi respective sententias incurrisse si constiterit, quoties super hoc pro parte dicti Augustini fuerit requisitus, tamdiu dominicis, at aliis festivis diebus in ecclesiis, dum major inibi populi moltitudo ad divina pervenerit, interdictum, et excommunicatum respective publice nunciet, et faciat ab aliis nunciari: et excommunicatum ipsum ab omnibus arctius evitari, donec Augustino, vel procuratori prædicto de pensione hujusmodi tunc debita fuerit intagre satisfactum: ipsique interdictus, videlicet interdicti relaxationem, excommunicatus vero prædicti ab hujusmodi excommunicationis sententia absolutionis beneficium meruerit obtinere; contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, at pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo: ac legittimis super his habendis servatis processibus sententias, censuras, et pœoas ipsas iteratis vicibus aggravando, implorato etiam ad hoc, si opus fuerit, brachii sæcularis auxilio.

Derogatio contrariorum.

§. 51. Non obstante felicis recordationis Bonifacii pp. VIII. atiam prædecessoris Nostri, qua cavetur, ne quis extra suam civitatem, vel diœcesim, nisi io certis inibi expressis, at exceptis casibus, et in illis non ultra unam dietam a fine suæ diœcesis ad judicium avocetur: seu ne judices a dicta Sede apostolica deputari extra civitatem, et diœcesim, in quibus deputati fuerint contra quoscomque procedere, aut alii, vel aliis vices suas committere audeant, seu præsumant, et in concilio generali edita de duabus dietis, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibusque conciliis aditis, vel edendis, specialibus, et generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non Nostris, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regulis de jure quæsito non tollendo, et de unionibus ad partes committendis, ac de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore; nec non Lateranansis concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, et dividi, ac pensiones annuas super mensarum episcopalium fructibus, redditibus, et proventibus nisi ex cessionis, aut alia probabili causa reservari prohibentis: ac quatenus opus sit dictorum monasteriorum, ac ordinum, et congregationnm prædictorum, dictæque ecclesiæ Tullensis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine hujusmodi, etiam consistorialiter, aut alias quomodolibet etiam iteratis vicibus, ac pluries concessis, approbatis, confirmatis, at innovatis; quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio habenda, seu quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, plenissime ad præmissorum omnium et singulorum validitatis effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse, nec non opportune et valide motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 52. Aut si dicto nominato episcopo sancti Deodati, et successoribus prædictis, vel quibusvis aliis communiter, aut divisim, ab eadem sit apostolica Sede indultum, quod ad præstationem vel solutionem pensionis alicujus minime teneantur, et ad id compelli, aut quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas non facientes plenam, et expressam, ac de verbo, ad verbum de indulto hujusmodi mentionem.

Exemptio episcopi a solutione aliarum pensionum.

§. 53. Volumus autem, quod fructus, redditus, et proventus dictæ cathedralis ecclesiæ sancti Deodati per Nos, ut præfertur, erectæ, juxta redditus illius novæ mensæ episcopalis per

Præceptum de taxandis fructibus cathedralis ecclesiæ

Nos, ut præfertur unitos, et applicatos hujusmodi ad centum, et quadraginta duos florenos auri cum duobus tertiis alterius floreni similis de more taxati: et hujusmodi texa (comprehensa tamen in illa medietele taxæ fructuum, redditum, et proventuum supradicti monasterii Mediani vulgo *de Mayen moutier*, ut præfertur, nuncupati) in libris cameræ apostolicæ prædictæ describi debeant; ita tamen, ut prædictum monasterium Medianum pro dicta medietate taxæ exoneratum in posterum perpetuo censeatur.

Fides habenda transumptis.

§. 54. Volumus etiam, quod earumdem præsentium transumptis, et exemplis etiam impressis, ac manu notarii publici subscriptis, et sigillo alicujus personæ in eadem dignitate ecclesiastica, ut præfertur, constitutæ munitis, eadem prorsus ubique fides in judicio, et extra illud habeatur, quæ aisdem præsentibus originalibus haberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 55. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionum, institutionum, subrogationis, declerationis, confirmationis, extensionis, admissionis, statuti, dissolutionis, sejunctionis, dismembretionum, unionis, applicationie, appropriationis, divisionis, separationis, disjunctionie, exemptionis, concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, reservationis, iojunctionis, declarationis, epprobationis, et alius confirmationis, roboris, edjectionis, defectum suppletionis, sanationis at abolitionis, ac decreti, et pensionis, reservationis, constitutionis, et assignationis, nec non reparationis facultatis, impartitionis mandati, derogationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpscrit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli epostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem anno incarnationis Dominicæ 1777 duodecimo kalendas augusti pontificatus Nostri anno tertio.

CXLVII.

Dat. die 13 augusti 1777 Anno III.

Congregationi Oratorii s. Philippi Nerii oppidi civitatis nuncupatæ s. Fidei di Guanasata in Iodiis Mecoacanæ diœcesis, communicantur privilegia, et gratiæ congregationis Romanæ ejusdem s. Philippi Nerii ec.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Expositio precum porrectarum.

§. 1. Militantis Ecclesiæ regimini licet imparibus per ineffabilem divinæ sapientiæ, atque bonitatis abundantiam præsidentes presbyterorum sæcularium congregationis in Ecclesia Dei pie, sancteque institutas, uberesque bonorum operum fructus assidue proferre satagentes, privilegiis, et gratiis libenter decoramus, sicut ed omnipotentis Dei gloriam, et animarum salutem cognoscimus in Domino expedire. Expani aiquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii presbyteri sæculares congregationis sancti Philippi Nerii oppidi civitatie nuncupatæ sanctæ Fdei di Guanasata Mecoacanæ diœcesis in Indiis, quod nuper eadem coogregatio a Nobis confirmata, et nonnullis gratiis, et indultis, ac privilegiis decorata fuit, ipsiusque congregationis presbyteri sub eodem instituto sancti Philippi Narii, quod dilecti pariter filii presbyteri sæculares congregationis Oratorii, ejusdem sancti Philippi Nerii in ecclesia ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella de urbe erectæ servant, vivere intendunt. Cum autem, sicut eedem expositio subjungebat, regulæ, et instituta dictæ congregatiooie Romanæ subinde a recolendæ memoriæ Paulo pp. V., Gregorio XV, et Urbano VIII. Romenis pontificibus prædecessoribus Nostris specialiter opprobata, ipsi congregationi Romanæ, ac illius ecclesiæ presbyteris, ac personis ab iisdam, et forsen aliis Romanis pontificibus quoque prædecessoribus Nostris multa privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta concessa fuerint, prout in ipsorum prædecessorum literis apostolicis desuper respective expeditis uberius dicitur contineri. Ipsi vero exponentes regulas, et instituta hujusmodi receperint, seu recipere, et illa pro viribus observare pareti sint, ac proinde eisdem quoque privilegiis, et gratiis frui, et gaudere possa plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fece-

tunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Gratiæ tenor, et conditiones adnexæ.

§. 2. Nos igitur specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, ac prædictarum litarum apostolicarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes, hujusmodi supplicationibus inclinati: prædictæ congregationi Oratorii sancti Philippi Nerii oppidi civitatis nuncupatæ Sanctæ Fidei di Guanasata prædicti, illiusque ecclesiæ, ac presbyteris sæcularibus, et personis nunc, et pro tempore existentibus, ut omnibus, et singulis privilegiis, favoribus, gratiis, et indulgentiis, ac exemptionibus, regulis, et indultis memoratæ congregationi Romanæ, ejusque ecclesiæ presbyteris, et personis per prædictos Romanos pontifices prædecessores Nostros quomodolibet concessis, etiam specifica, et individua mentione, ac expressione dignis, et quibus eadem congregationi Romana, ejusque ecclesiæ presbyteri, ac personæ ex memoratorum pontificum prædecessorum Nostrorum concessione de præsenti utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudant, ac uti, frui, potiri, et guadere possunt, non tamen indulgentia perpetua a felicis recordationis Benedicto pp. XIII. prædecessure quoque Nostro memoratæ ecclesiæ ss. Mariæ, et Gregorii in Vallicella sub certis modo, et forma tunc expressis concessa, pari modo uti, frui, potiri, et gaudere libere, et licite possint, ac valeant in omnibus, et per omnia, perinde ac si privilegia, favores, gratiæ, indulgentiæ, exemptiones, regulæ, et indulta hujusmodi ipsi congregationi oppidi prædicti, ejusque ecclesiæ presbyteris, et personis specialiter concessa reperirentur, sine præjudicio tamen gratiarum, indultorum, et privilegiorum eidem congregationi dicti oppidi a Nobis, sicut præfertur concessorum, et dummodo ipsius congregationis oppidi hujusmodi presbyteri, et personæ nunc, et pro tempora existentes regulas, et instituta pro dicta congregatione Romana, ut præfertur, approbata, observent, apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Clausulæ irritans, et decretum irritans.

§. 3. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis euctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Non obstantibus Nostra, et cancellariæ apostolicæ regola de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac quatenus opus sit, dictæ congregationis oppidi prædicti, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione epostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consnetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ec aliis in contrarium quomdolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die decima tertia augusti millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat die 20. augusti 1777. Anno III.

CXLVIII.

Deputatio primi, sive capitis decemvirorum civitatis Perusinæ in unum ex præsidibus montis Pietatis dictæ civitatis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Status montis Pietatis, illiusque gubernium describitur.

§. 1. Nuper pro parte dilectorum filiorum decemvirorum nuncupatorum civitatis Nostræ Perusinæ expositum Nobis fuit, quod in eadem civitate reperitur mons Pietatis in pauperum beneficium priscis temporibus ita erectus, ut cæteros omnes, sicuti asseritur, antiquioritate præcedat. Regimen itaque, atque gubernium montis Pietatis hujusmodi nunc residet penes congregationem a pro tempore existente civitatis prædictæ episcopo, illiusque gubernatore, nec non ex tribus regularibus personis, abbate nempe monasterii ordinis sancti Benedicti congregationis Cassinensis, alioque ejusdem ordinis, et congregationis montis Oliveti, nec non ex custode conventus dictæ civitatis, et ordinis sancti Francisci minorum de observantia nuncupatorum constitutam. Duo præterea sunt primi ejus officiales, videlicet capsarius, et custos pignorum, quorum electio a prædictis quinque superioribus una cum fidejussorum ab unoquoque ex eis præstandorum approbatione unice pendet.

Memorantur damna manantia ex prædicto gubernio, et opportunum remedium exquiritur.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, experientia compertum sit, ex electionibus, atque ab administrandi ratione hujusmodi plura, et gravia damna cum pauperum præjudicio in prædictum Pietatis montem obvenisse, hinc ne id quoque in posterum sequatur, dicti exponentes opportunum remedium per Nos adhiberi plurimum desiderant. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Administrationi præponitur caput ex decemviris.

§. 3. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, auditis super præmissis opportunis informationibus, præcipimus, et mandamus, ut in posterum primus, sive caput ex decemviris pro tempore existentibus civitatis prædictæ admittatur ad congregationem, cui commissa est cura, et moderamen montis Pietatis ejusdem civitatis; eumdemque sic admissum inter cæteros montis hujusmodi præsides, eamdem congregationem constituentes in perpetuum adnumerandum esse, ac montis administrationi cum iisdem juribus, et prærogativis, quibus cæteri præsides hactenus potiti sunt, et fruentur in futurum, præesse debere auctoritate apostolica tenore præsentium volumus, et jubemus.

Constitutionis observantia decernitur, sublata facultate aliter a quolibet judicandi.

§. 4. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Et derogatis omnibus in contrarium facientibus.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac civitatis, et montis hujusmodi etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima augusti millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 22 augusti 1777. Anno III.

CXLIX.

Confirmatio erectionis congregationis Oratorii s. Philippi Nerii oppidi civitatis nuncupatæ sanctæ Fidei di Guanasata Mecoacanæ diœcesis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Ex qua divina majestas ad pastoralis officii fastigium Nos quamquam immeritos evexit, quantum in Nobis fuit, superno auxilio freti, conati sumus, ut divini cultus, et catholicæ fidei propagatio, et animarum salus opportunis mediis augeatur, et propterea clericos, seu presbyteros congregationum operari cupientes, intentis studiis promovemus, et instituimus, favoribusque, et gratiis prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Erectio congregationis laudatur.

§. 2. Cum itaque, sicut accepimus, in oppido civitatis nuncupatæ sanctæ Fidei di Guanasata Mecoacanæ diœcesis in Indiis congregatio presbyterorum, et clericorum sæcularium Oratorii sancti Philippi Nerii canonice, ut asseritur, erecta, et instituta sit, iidemque clerici, et sacerdotes Christifidelium confessiones audire, Ecclesiæ sacramenta administrare, exhortationes ad populum habere, infirmos visitare, et alia pietatis, et charitatis opera non sine notabili piarum animarum spirituali consolatione, divinique cultus augumento juxta pium eorum institutum exercere cupiant; pro erectionis autem, et institutionis hujusmodi subsistentia, et validitate plurimum desiderent, illas apostolicæ Nostræ confirmationis robore communiri.

Dummodo canonice institutio facta sit confirmatur.

§. 3. Nos presbyteros, et clericos prædictos, ut ad pia, et sacra opera hujusmodi exercere promptiores reddantur, ac fructus, quos in vinea Domini plurimos hactenus Domino obtulerunt, eosque uberiores in posterum afferant specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, erectionem, et institutionem prædictas, quatenus illæ canonice factæ fuerint, auctoritate apostolica tenore præsentium perpetuo approbamus, et confirmamus, illisque perpetuæ, et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, et singulos tam juris, quam facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, supplemus, et nihilominus in eodem oppido unam prædictorum presbyterorum, et clericorum sæcularium in illam pro tempore recipi volentium congregationem ad instar congregationis Oratorii hujusmodi in ecclesia sanctorum Mariæ, et Gregorii in Vallicella de urbe dudum apostolica auctoritate, dummodo tamen presbyteri, et clerici prædicti ordinationes, ac instituta domus congregationis Oratorii alias a felicis recordationis Paulo pp. V. prædecessore Nostro confirmata receperint, et illa pro viribus observare intendant, auctoritate, et tenore similibus etiam perpetuo erigimus, et instituimus.

Presbyteris in eadem congregatione receptis facultas conceditur audiendi confessiones, et a parochi jurisdictione eximuntur.

§. 4. Ac nunc, et pro tempore existentibus præposito, presbyteris, et aliis ejusdem congregationis, sic de novo erectæ, qui ab ordinario approbati fuerint, ut confessiones quorumcumque ad eos accedentium quocumque anni tempore audire, ac illis pœnitentia debita pro modo culpæ injuncta, ac aliis injungendis injunctis, absolutionem impendere salutarem possint, et valeant; sacerdotes vero in eadem congregatione recepti parochi eorum jurisdictioni minime subjaceant, et sibi ipsis invicem quæcumque sacramenta ecclesiastica, quovis etiam paschatis resurrectionis Dominicæ tempore, vice, et loco parochi ministrare valeant.

Superioribus tribuitur potestas absolvendi subditos a censuris, exceptis casibus s. Sedi reservatis.

§. 5. Superiores autem congregationis per præsentes erectæ per se, vel alium, seu alios ex ipsis jam adprobatis suos subditos a censuris, non tamen in casibus Sedi apostolicæ reservatis, neque in literis die cœnæ Domini legi solitis contentis absolvere, illisque debitam pœnitentiam similiter injungere, iidemque superiores receptos inobedientes, ac ipsius congregationis constitutionum transgressores punire, et pœnitentiæ pro modo culpæ eorum arbitrio, servata tamen forma ordinationum, et institutionum hujusmodi afficere, et si sibi videbitur cum consensu majoris partis dictæ congregationis culpabiles ejicere, invocato etiam, si opus fuerit, auxilio brachii sæcularis, libere, et licite similiter possint, et valeant auctoritate, et tenore prædictis concedimus, et indulgemus. Ac demum,

quod congregatio per præsentes erecta sit, ac perpetuo remaneat subjecta omnimodæ jurisdictioni episcopi Mecoacani pro tempore existentis, qui tamen ordinationes, et instituta prædicta nullo modo mutare, et alterare possit, similiter perpetuo statuimus, et ordinamus.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 6. Decernentes præsentes literas semper, et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et ab omnibus inviolabiliter observari: et ita per quoscumque judices, et commissarios quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Concessio indulgentiarum.

§. 7. Ac insuper, ut ecclesia congregationis sic erectæ in majori veneratione habeatur, et ab ipsis Christifidelibus congruis frequentetur honoribus, aliique presbyteri ad congregationam per præsentes erectam ingrediendam magis incitentur, omnibus, et singulis presbyteris, et clericis, qui eamdem congregationem de cætero ingredientur, die primo eorum ingressus, si vere pœnitentes, et confessi sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint plenariam: ac ipsis nunc, et pro tempore existentibus presbyteris, et aliis conviventibus ejusdem congregationis in eorum mortis articulo nomen Jesu corde, si ore nequiverint, invocantibus etiam plenariam, nec non tam illis, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui ejusdem congregationis per præsentes erectæ ecclesiam die festo sancti Philippi Nerii a primis vesperis usque ad occasum solis visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam similiter omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem etiam perpetuo concedimus, et elargimur; non tamen presbyteris, et aliis ejusdem congregationis, quoties pro exhortationibus habendis convenerint, quam aliis utriusque sexus Christifidelibus iisdem exhortationibus interessentibus decem annos, et qui ecclesiam dictæ congregationis in quatuor aliis anni festis diebus per dictos presbyteros semel tantum designandis, et ab ordinario approbandis a primis vesperis usque ad occasum solis festorum hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et, ut præfertur, oraverint septem annos, et totidem quadragenas: eisdem vero presbyteris, et aliis dictæ congregationis quoties divinis officiis in sua ecclesia, vel oratorio more dictæ congregationis celebrandis, aut congregationibus publicis, vel privatis, et secretis pro quocumque opere pio exercendo interfuerint, vel sanctissimum Eucharistiæ sacramentum sumpserint, aut conscientiam suam antequam cubitum eant, examinaverint, seu flagellis ad carnem castigandam se afflixerint, vel quinquies orationem Dominicalem, et toties salutationem Angelicam tam pro animarum presbyterorum, aut aliorum congregationis prædictæ, quam aliorum in Chisti charitate defunctorum recitaverint, aut devium aliquem ad viam salutis reduxerint, aut quocumque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum operum sexaginta dies de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 8. Non obstantibus regula Nostra de gratiis ad instar non concedendis, aliisque apostolicis, ac in provincialibus, et synodalibus conciliis editis constitutionibus, et ordinationibus, statutis, legibus, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia exquisita forma ad hoc servanda foret, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum affectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 9. Volumus autem, ut præsentium transumptis etiam impressis, manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud a dhi-

beatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die vicesima secunda augusti millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CL.

Dat. die 30 augusti 1777. Anno III.

Facultas officialibus, et confratribus confraternitatis B. M. V. de Mercede redemptionis captivorum civitatis Limanæ celebrari faciendi quolibet sabbato missam de Apparitione beatæ Mariæ virginis.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum porrectarum

§. 1. Exponi Nobis nuper fecerunt dilecti filii officiales, et confratres tertii ordinis nuncupati beatæ Mariæ virginis de Mercede canonice, ut asseritur, erectæ in ecclesia conventus fratrum ordinis ejusdem beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum civitatis Limanæ, quod alias, die nempe xi. julii MDCCXI. a congregatione tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum editum fuit decretum, tenoris, qui sequitur videlicet.

Ordinis excalceatorum B.M.V. de Mercede redemptionis captivorum.

Tenor decreti congregationis Rituum.

§. 2. Ad humillimas preces rev. patris Didaci a sancto Philippo procuratoris generalis excalceatorum beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum, nomine etiam totius ordinis suæ religionis sacræ Rituum congregationi porrectas, in quibus demisse supplicabatur, ut loco missæ votivæ, quæ ex regulis ordinis, et privilegiis respective Clementis VIII., et Urbani VIII. a toto supradicto ordine singulis sabbatis cujuslibet hebdomadæ canitur, exceptis tamen diebus sabbati sancti, vigiliæ, et nativitatis Domini, et in die sancti Petri Nolasci, in posterum missa propria Apparitionis beatæ Mariæ virginis alias pro festivitate ejusdem apparitionis beatæ Mariæ virginis sub die 2. junii 1685 ab hac sacra congregatione approbata, a toto ordine calceatorum, et excalceatorum beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum in dictis singulis anni sabbatis cani possit. Et sacra eadem Rituum congregatio, ad relationem emi, et rmi domini cardinalis de Abdua, benigne inclinata respondit = Pro gratia mutatis illis verbis in introitu = *diem festum* =, quorum loco dicatur = *memoriam* die xi. julii 1711.

Indulgentiæ concessæ a Benedicto XIV.

§. 3. Postmodum vero felicis recordationis Benedictus pp. XIV. prædecessor Noster per suas in simili forma Brevis die decima sexta novembris 1757 omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis fratrum beatæ Mariæ virginis de Mercede redemptionis captivorum singulis sabbatis totius anni devote visitassent, ibique missæ propriæ de beata Maria de Mercede cantari solitæ pio interfuissent, plenariam quarto sabbato cujuslibet mensis omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem in Domino concessit, in reliquis vero sabbatis totius anni eisdem Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, vel alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxavit, et alias prout in ipsius Benedicti prædecessoris literis, quarum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Impetratio missæ propriæ Apparitionis B. M. V. et ampliationis indulgentiarum concessarum a Benedicto XIV.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, dicti exponentes pro peculiari, quem erga eamdem beatam virginem de Mercede gerunt devotionis affectu facultatem celebrari faciendi prædictam missam propriam Apparitionis beatæ Mariæ virginis a dicta congregatione, ut præfertur, approbatam toto ordini calceatorum, et excalceatorum beatæ Mariæ de Mercede redemptionis captivorum in singulis anni sabbatis, ut præfertur, concessam, ad ipsos quoque exponentes, qui in altari prædictæ confraternitatis eam celebrare facere possint extendi, et ampliari, ac præter plenariam indulgentiam a memorato Benedicto prædecessore in quarto sabbato cujuslibet mensis, ut præfertur, concessam, aliam quoque plenariam primo sabbato cujuslibet mensis ab omnibus utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis,

et altare dictæ confraternitatis eadem die devote visitantibus, ac missæ hujusmodi interessentibus, in reliquis vero sabbatis septem annorum, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ relaxari consueta per Nos concedi plurimum desiderent. Nobis propterea humiliter supplicari fecerunt, ut sibi in præmissis opportune providere, et, ut infra, indulgere de benignitate apostolica dignaremur.

Tenor concessionis.

§. 5. Nos igitur ipsos exponentes specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, nunc, et pro tempore existentibus officialibus, et confratribus prædictæ confraternitatis, ut ipsi missam propriam Apparitionis beatæ Mariæ virginis a memorata congregatione pro toto ordine prædicto, ut præfertur, approbatam in singulis anni sabbatis serveta in omnibus, et per omnia præinserti decreti præfatæ congregationis forma, et dispositione in altari dictæ confraternitatis celebrari facere libere, ac licite possint, et valeant auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus. Omnibus vero utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui altare ipsius confraternitatis singulis sabbatis totius anni devote visitaverint, ibique missæ prædictæ pie interfuerint, et devote oraverint plenariam primo sabbato cujuslibet mensis omnibus peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem in Domino concedimus: in reliquis vero sabbatis totius anni septem annos, et totidem quadragenas de injunctis eis, seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 6. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Dat. Romæ apud sanctam Mariam majorem sub annulo piscatoris die trigesime augusti millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLI.

Dat. die 3 septembris 1777 Anno III.

Privilegium super incisione in ære quarundam picturarum nuper in villa Negroni prope thermas Diocletianas de urbe detectarum pro Camillo Buti Romano.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio juris privativi incidendi detectas picturas.

§. 1. Cum sicut accepimus dilectus filius Camillus Buti pictor, et architectus opticus Romanus delineationem picturarum quarumdam vetustissimarum ædium in villa Negroni vulgo nuncupata prope thermas Diocletianas de urbe Nostra nuper detectarum aggressus sit, cupiatque subinde opus hujusmodi ære incidi facere, vereaturque ne postquam in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrum quærunt, opus hujusmodi cum ipsius exponentis præjudicio incidere curent.

Concessio juris privativi, etiam favore hæredum pictoris Buti.

§. 2. Nos exponentis indemnitati, ne ex incisione prædicta nimium dispendium patiatur, providere, ipsumque specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et a quibusvis excommunicationis, et interdicti aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrit hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis humiliter porrectis inclinati: eidem exponenti, ut ex nunc usque ad totum operis hujusmodi complementum, nemo tam in urbe prædicta, quam in universo statu Nostro ecclesiastico immediate, vel mediate Nobis subjecto, opus picturarum hujusmodi, sine speciali dicti exponentis, ejusve hæredum, et successorum, vel ab eo, et eis causam habentium licentia incidere, aut ab alio, vel aliis, sine hujusmodi licentia incisum, vendere, aut venale habere, seu proponere possit auctoritate apostolica tenore præsentium concedimus, et indulgemus.

Prohibitio ne a quovis alio picturæ prædictæ incidi possint, cum inflictione pœnæ adversus contra ingressores

§. 3. Inhibentes propterea universis utriusque sexus Christifidelium sculptoribus, sub quingentorum ducatorum auri de camera pro una eidem cameræ apostolicæ, ac pro alia eidem ex-

ponenti, seu illius hæredibus, et successoribus, aut ab eo, vel eis causam habentibus, ac pro reliqua tertiis partibus accusatori, et judici exequenti irremissibiliter applicandis, et eo ipso absque ulla declaratione incurrendis pœnis, ne usque dum opus hujusmodi completum fuerit, ut præfertur, picturas prædictas tam in urbe, quam in reliquo statu ecclesiastico prædictis, sine licentia hujusmodi incidere, aut ab aliis incisas vendere, aut venales habere, sive proponere quoquomodo audeant, seu præsumant: mandantes propterea dilectis filiis Nostris, et Sedis apostolicæ de latere legatis, seu eorum vice-legatis, aut præsidentibus, gubernatoribus, prætoribus, aliisque justitiæ ministris provinciarum, terrarum, seu locorum status Nostri ecclesiastici prædicti, quatenus eidem exponenti, ejusque hæredibus, et successoribus, seu ab eis causam habentibus hujusmodi, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eodem exponente, seu ab aliis prædictis fuerint requisiti, pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur.

Derogatio contrariorum.

§. 4. Id autem quamvis longe supra centum annorum metem consuetudine, neuque longævo comprobetum fuisset; anno tamen 1747 hano datii liberam administrandi potestatem, quem tamdiu potiti fuerent, studiorum moderatores amisisse accepimus. Cum enim eo tempore piæ recordationis Benedictus XIV. decessor Noster nonnulla datie communitativa unire, et pontificio Ferreriensi ærario perpetuo addicere putaverit, ut ea sic unita cum cæteris cameralibus proventibus generalibus vectigalium redemptoribus, seu thesaurariis majori ejusdem ærarii utilitate, deinceps locarentur; et non eliud juris in posterum communitati Nostræ civitatis Ferrariæ, ejusque magistratui reliqnum esse jusserit, quam datia ipsa quibuslibet novem annis eisdem cameralibus conductoribus locandi, et eb his in singula datia mercedis titulo illum semper, et invariabilem censum quotannis exigendi, quo eodem anno 1747 locata fuerant; eumque insuper tunc temporis studiorum universitetis redditus, et communitatis proventus unum veluti corpus efformarent, utpote qui a civitatis magistratu, quem vocant sapientum, et a studiorum moderatoribus una omnes administrarentur, evenit hinc, ut inter datia communitativa connumeratum, illisque unitum fuerit vectigal iliud duorum quadrantium perpetuæ liberæ, ac pontificiæ donationis titulo a Clemente VIII. universitati adscriptum, quod eo tunc annuis scutis 3310 locatum fuerat, quin expresse derogatum fuerit Clementis prædecessoris literis, quarum series nec narrata, neque exhibita fuit rec. mem. Benedicto XIV. ut pandit ejusdem chirographum die 18 junii 1752 editum, ec generali cameræ Nostræ thesaurario pro exequutione directum, quo Nostræ cameralis congregationis rescriptum confirmationis robur obtinuit. Hæc autem unio sic perecta, sive quia pontificem latuit discrimen, quod inter elia communitativa datie, et istud duorum quadrentium adesset, sive quia ex administratione, quæ apud sapientum magistratum eret, omnia unita datia ejusdem esse indolis, et qualitatis putatum fuerit, sive quia megistratus apostolicas Clementis VIII. literes in id editas elto silentio suppresserit, sive tandem quia

studiorum moderatores perennem, diuturnam, et plusquam centenariam possessionem liberæ administrationis vectigalis duorum quadrantium, in qua jugiter steterant proponere non putaverint; ea, ut diximus, unio, et facta datiorum aggregatio in causa fuit, sicuti relatum Nobis est, quod plurimorum annorum fuga universitas non modica ex parte effectu caruerit perpetuæ pontificiæ donationis, dum illius moderatores a libera vectigalis duorum quadrantium administratione depulsi, illud majore mercede, id, quod facile evenisset, locato tradere, cui maluissent, non potuerunt.

Eximium summi pontificis erga universitatem Ferrariensem studium.

§. 5. Paterna itaque, quam de Nostris, et Sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam quoad temporalia subditis gerimus sollicitudine, vel ipsis ferme pontificatus primordiis mentis Nostræ aciem eo direximus, ut in supremo, nullis suffragantibus meritis, solio justitiæ, quæ ex Deo est, in terris constituti minori, quo posset, dispendio dilectorum filiorum civium, et incolarum civitatis Nostræ Ferrariæ, ejusque districtus, et totius ducatus generale idem studium tot prædecessorum, tantisque curis erectum, confirmatum, restitutum perpetuo apostolicæ munificentiæ pignore tueremur, et una uberius ipsi sub sidium pararemus, atque ita nedum celebris illius civitatis, et ducatus optime de Sede apostolica meriti decus, et ornamentum custodiretur, verum etiam cives ipsi districtuales, totiusque ducatus incolæ ad universitatem ipsam confluentes scientiis, bonisque artibus, operam dantes longe minori sumptu, quam si exteras adire regiones cogerentur, proficerent, ac sibi, familiisque suis compendio, et emolumento essent; meliores autem cives in republica gerenda evaderent: diu autem, ac sedulo re communicata cum dilecto filio Guillelmo tituli s. Eusebii S. R. E. presbytero card. Pallotta nuncupato cameræ Nostræ apostolicæ pro thesaurario generali, et dilecto pariter filio Josepho Benetti in Nostra Romana curia advocato, ejusdemque apostolicæ cameræ in civitate, et ducatu Nostro Ferrariæ commissario; auditisque aliis itidem peritis, gravibusque et doctrina, et experientia viris non alium invenimus modum faciliorem, ut onus in omnes divisum levius efficeretur, quam si aliquantulum salis pretium augeretur. Quamobrem apostolicas literas felic. rec. Bonifacii IX., Clementis VIII., et Clementis XIV., prout quoque omniat statuta, reformationes, provisiones, et declarationes, quæ præsentem statum, et gubernium, et regimen universitatis prædictæ respiciunt, in partibus tamen huic Nostræ perpetuo valituræ sanctioni non contrariis, iterum eorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et de verbo ad verbum insertis haberi volentes, auctoritate apostolica harum serie, quatenus opus sit, approbantes, confirmantes, et exequi mandantes, aliasque insuper paternæ providentiæ Nostræ partes interponentes.

Sale auctoejusdem universitatis necessitatibus consulitur.

§. 6. Motu proprio, certa scientia, metura deliberatione Nostra, ac de apostolicæ potestatis plenitudine eisdem de causis, quibus fel. rec. Clemens VIII. datium unius quadrantis super qualibet libra salis in civitate Ferrariæ, ejusque districtu vendendi auxit, et ampliavit ad alterum quadrantem, proindeque duos in totum quadrantes titulo etiam perpetuæ donationis commodo, et utilitati universitatis studiorum applicuit, addixitque, in perpetuum, aliisque tum supra relatis causis permoti, tum aliis animum Nostrum digne moventibus, ac perpendentes quam providum, ac utile futurum sit subditis Nostris totius Ferrariensis dictionis, si frequentiores numero, atque alacriores ingenio scientiarum professores ad eas obtinendas cathedras uberioris spe præmii confluant, tertium quadrantem harum serie perpetuo Nos vestigiis hærentes ipsius prædecessoris Nostris Clementis VIII. adjungimus, et augemus, et ad totum ducatum Nostrum Ferrariensem ampliamus, et extendimus, istumque tertium unicum quadrantem adjunctum in singulas libras salis vendendi in eadem civitate, districtu, ac toto ducatu Nostro Ferrariensi in posterum a die publicationis præsentis Nostræ cedulæ motus proprii in civitate Ferrariæ, aliisque castris, et oppidis districtus, et ducatus peragendæ a cunctis civibus districtualibus, ducatus incolis prædictis, et ab omnibus, singulisque aliis, ad quos spectat, et in futurum pertinebit, etiam ecclesiasticis sæcularibus, et regularibus utriusque sexus, cujuscumque gradus, conditionis, instituti, vel congregationis existant, et generaliter instar eorum omnium, qui juxta Breve fel. rec. Clementis VIII. editum 14. augusti 1602. ad solutionem dictorum duorum quadrantium tenentur, persolvendum, simili perpetuæ donationis titulo ad Nostrum, et Sedis

apostolicæ placitum duraturæ oidem studio, sive universitati studiorum Ferrariæ perpetuo, et motu itidem proprio, ac plenitudine potestatis Nostræ apostolicæ tribuimus, applicamus, concedimus, et largimur.

Ex vetere, novoque vectigali summa quotannis universitati adducitur scut. 310.

§. 7. Volumus tamen, et expresse præcipimus, quod tam datii duorum quadrantium ab eodem prædecessore Nostro Clemente VIII., ut supra impositi super qualibet libra salis vendendi in civitate, ac districtu Ferrariæ, quam hujus novæ indictionis pro tertio quadrante adjuncto in quamlibet libram salis nedum in civitate, et districtu prædictis vendendi, verum etiam in universo ducatu Nostro Ferrariensi, dominium, libera administratio, et locandi, seu quodlibet aliud gerendi potestas jugiter, ac perpetuo resideat, plenoque jure privative q uoad universitatem studiorum, ejusque pro tempore præsides, sive moderatores, et quamcumque aliam personam pertineat ad Nostram cameram, ejusque pro tempore existentem thesaurarium generalem, unico apud universitatem ipsam studiorum, remanente donationis, seu donationum titulo, cujus virtute pro eo, quod respicit largitionem illi factam a Clemente VIII. duorum quadrantium, perpetuo, libere, omnique exceptione submota exigere ipsa universitas, sive illius moderatores statis temporibus pergant a camera Nostra, vel a proventuum ejusdem generalibus conductoribus thesaurariis nuncupatis annuam præfinitam, et invariabilem quantitatem scutorum trium millium tercentorum decem monetæ Romanæ: derogantes Nos ejusdem decessoris Nostri apostolicis literis quoad liberam tantum administrationem supradicti datii universitati concreditam, aliisque contrariis quibuscumque. Quod autem pertinet ad tertium alterum quadrantem a Nobis adjunctum non aliud ex hac donatione jus eidem universitati studiorum, illiusque moderatoribus competat, quam perpetuis futuris temporibus a Nostra camera, illiusque proventuum conductoribus Ferrariæ certam, determinatam, nullique pariter variationi obnoxiam annuam quantitatem aliorum scutorum trium millium monetæ Romanæ initio ducto a tempore publicationis præsentium, ut supra faciendæ, statis item temporibus, et absque ulla exceptione habendi; proindeque annua in totum scuta sex mille tercentum decem utroque titulo recipiendi, ac exigendi.

Nosocomio divæ Annæ sc. 1000, et projectis 600. ex eodem vectigali adsignantur.

§. 8. Quoniam vero Nobis apprime ex eorumdem peritorum virorum relationibus, et calculorum exhibitis supputationibus constitit ex nova præsenti indictione unius alterius quadrantis pro qualibet libra salis vendendi in civitate, districtu, totoque ducatu prædictis majorem scutis tribus millibus universitati studiorum tributis annuam retrahi, et consequi posse quantitatem, videlicet annua saltem scuta quatuor millia sexcenta monetæ Romanæ, contra vero decrevimus, nullum ex hac nova impositione lucrum ærario Nostro afferre, sed quod inde perciperetur in causas publicam utilitatem respicientes convertere, ut Nostri Ferrarienses subditi agnoscerent vectigal hoc esse vel una, vel alia ratione, uno, alterove modo in ipsorum utilitatem, et commodum recasurum; idcirco ad indigentias, et diuturniorem conservationem nosocomii nuncupati sanctæ Annæ, et piæ domus pauperum expositorum civitatis Nostræ Ferrariæ paterna solicitudine respicientes, motu similiter proprio, ex certa scientia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine præter annua scuta 3000, ut præfertur, universitati tributa, perpetuo itidem ad Nostrum, Sedisque apostolicæ beneplacitum scuta mille annua addicimus, concedimus, applicamus, donamus, et largimur eidem nosocomio pauperum infirmorum, et valetudinariorum utriusque sexus, et sanctæ Annæ nuncupato: alia vero scuta sexcenta ex nunc, prout ex tunc, et postquam patrimonium suppressæ societatis Jesu nuncupatæ redintegrationem, eadem annua quantitate scutorum 6000 obtinuerit expensarum omnium, quas subire hucusque debuit, quæque fieri etiam debuerunt, ut instauraretur, ac pristino nitori restitueretur ecclesia divinissimo nominis Salvatoris, et Domini Nostri Jesu Christi in ipsa civitate Nostra Ferrariæ dicata, cujus conditionis verificationem omnino, et absque ullo onere redditionis rationum arbitrio, et prudentiæ committimus dilecti nostri filii Guillelmi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyteri cardinalis Pallotta cameræ Nostræ apostolicæ pro-thesaurarii generalis, ejusque pro tempore successorum, hac Nostra sanctionis pagina perpetuo ad Nostrum, et apostolicæ Sedis placitum piæ expositorum domui supradictæ concedimus, tribuimus, donamus, et libenter impertimur; eidemque nosocomio, et piæ domui expositorum, eorumque moderatoribus, et præsidibus, ad quos nunc illorum re-

gimen, et gubernium pertinet, ac in posterum pertinebit, tributas respectivas annuas pensitationes libere persolvi a camera Nostra Ferrariæ, ejusque proventuum conductoribus modo, quo supra, et solitis anni temporibus præcipimus, ac mandamus.

Emo cardin. Pallotta pro thesaurario hujusce vectigalis locandi cura committitur.

§. 9. Atque, ut optatum sortiantur effectum, quæ salubriter constituta sunt quoad novam impositionem, sive augmentum unius quadrantis in singulas libras salis, illiusque solutionem universitati studiorum, nosocomio, et piæ domui supradictis, ut supra faciendam, ac ne super præmissis fraus, defectus, vel negligentia aliqua intervenire possit, dilecto eidem filio Guilelmo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbytero cardinali Pallotta pro-thesaurario generali apostolicæ Nostræ cameræ, ejusque pro tempore successori committimus, et mandamus, ut ita, ac inviolabiliter ab omnibus, ad quos spectat, aut spectabit, quolibet etiam adhibito juris, et facti remedio exequi, et observari faciat præcisam hanc, et expressam voluntatis Nostræ determinationem, modum circa præmissa præscribendo, capitula, instrumenta quælibet etiam locationis, sive appaltus novi hujus tertii quadrantis adjuncti, aucti, et inter reliquos camerales Nostros in dicta civitate, districtu, et ducatu existentes proventus, una cum aliis duobus quadrantibus a fel. rec. Clemente VIII. ut supra impositis connumerati, ac perpetuo uniti cum successivis generalibus eorumdem proventuum conductoribus, thesaurariis nuncupatis, solitis initis pactis, adjectisque clausulis stipulando: edicta, seu ordinationes necessarias, ejus, vel successoris arbitrio, adjectis in contravenientes pœnis sibi magis benevisis, condat, et publicari jubeat, quæ omnia Nos ex nunc prout ex tunc, et e contra postquam condita, et gesta fuerint, confirmamus, approbamus, et ab omnibus, ad quos pertinet, aut pertinebit, observari, et exequi volumus, præcipimus, ac mandamus.

Quid in novi vectigalis exactione ab hodierno Ferrariensi thesauraria præstandum sit, accurate præscribitur.

§. 10. Quod vero attinet ad dilectum filium Antonium Gaudi eumdem proventuum moderuum generalem conductorem thesaurarium nuncupatum, a quo jam locationis conductionis inita fuit stipulatio cum camera Nostra apostolica volumus, ut pro nova hac indictione simplex etiam sufficiat obligationis syngrapha ab ipso subscribenda periodo habendo, ac si additio esset stipulationi ut supra quoad reliquos camerales proventus celebratæ, cujus virtute quamdiu ejus generalis conductio, seu appaltus perdurabit, soluturum se in annos singulos spondeat scuta quatuor millia sexcenta monetæ Romanæ. Jubemus autem, et expresse eidem dilecto filio Antonio Gaudi onus adjicimus distinctis codicibus peculiares ineundi rationes; et separatum servandi computum ejus, quod singulis annis ex hoc tertio quadrante pro qualibet libra salis consequetur; id siquidem rectam præbebit normam futuris appaltuum successivis renovationibus, aliisque pontificiæ Nostræ beneficentiæ erga dilectissimos Nostros Ferrarienses subditos argumentis: et quia scimus, aliquas Ferrariensis districtus, et ducatus communitates, ut ipsarum privatæ œconomiæ consulant onere prægravari solutionis octo, et novem etiam quadrantium in quamlibet libram salis, idcirco ne injustum illud hac nova impositione tollatur æquilibrium, quod in salis venditione custodiri oportet, eisdem communitatibus, illarumque decurionibus potestatem tribuimus, ut soluta quotannis ea quantitate, quæ ipsis, et pro tempore existenti camerali conductori, seu thesaurario congrua, eidemque novæ impositioni respondens videbitur, immunitatem ita ab hujus alterius quadrantis adjuncti solutione exemptionem essequantur.

Novi census exactio, atque erogatio universitatis reformatoribus imponitur; præses instituitur, ejusque munera describuntur.

§. 11 Exactionem autem prædictæ quantitatis scutorum trium millium singulis annis per hæc apostolica scripta universitati studiorum a Nobis perpetuæ donationis titulo addictæ fieri volumus a dilectis filiis reformatoribus perpetuis illius studii, eisdem modo, et forma, quibus hactenus reliqui universitatis redditus exigi consueverunt, eamdemque novam obventionem una cum cæteris quibuscumque redditibus in usus, œconomicum gubernium universitatis ejusdem, et expensas omnes, ordinarias tamen, et fieri solitas ab eodem collegio moderatorum, seu reformatorum secundum universitatis album, seu tabellam, quæ vel descripta sit, vel deinceps describi contingat, erogari, ac impendi similiter præcipimus, et jubemus. Cum autem nihil magis recto, et felici regimini, diuturniorique conservationi universitatum conferre jure merito prædecessores Nostri arbitrati sint, quam si aliquis eisdem præficeretur vir, qui in gravioribus negotiis operam, auxiliumque suum præstaret in illarum bonum, et utilitatem; Nos idcirco, ut pontificia universitas studiorum Ferra-

riæ effectu potiatur Nostræ, et apostolicæ Sedis perpetuæ clientelæ, ac specialis immediati patrocinii, in quod recipi obtinuit juxta prædictam constitutionem piæ memoriæ Clementis XIV., utque insuper majori semper cura, ac studio illius res agantur, motu item proprio, certa scientia, deliberatione, et de potestatis Nostræ plenitudine officium, et munus præsidentis, seu directoris dictæ universitatis studiorum, cui aliqua, ut infra, immineat cura regiminis universitatis ejusdem, et facultas insit statuta, præeunte tamen Nostro, et successorum Nostrorum oraculo, scientia, et approbatione, provisiones, et ordinationes illius studii in casibus vere dubiis declarandi perpetuo erigimus, creamus, instituimus.

Apostolicæ Sedi jure electionis perpetuo reservato; R. P. O. Jo. M. Riminaldi S. R. Rotæ auditor primus præses renunciatur.

§. 12. Ejusdemque muneris ad Nostrum, Nostrorumque successorum arbitrium duratori, ac tribuendi alicui probatæ fidei viro doctrina, rerumque usu, et experientia præstanti, qui hic in Nostra Romana curia, resideat, quamvis Nostris, Sedisque apostolicæ servitiis addictus, et qui insuper seligendus sit vel ex dilectorum Nostrorum filiorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacro collegio, vel ex ordine dilectorum itidem filiorum Romanæ curiæ præsulum, ubi, et quoties opus fuerit, nominationem, electionem, et collationem Nobis, Nostrisque pro tempore successoribus pontificibus expresse, ac specialiter reservamus: quia vero de morum probitate, rerumque experientia dilecti filii Nostri magistri Joannis Mariæ Riminaldi patricii Ferrariensis cappellani Nostri, et causarum apostolici Nostri palatii auditoris, et certo Nobis constat, et plurimum in Domino confidimus, ipsum proinde, qui hactenus sui erga patriam, et scientias indubia studii argumenta præbuit, ac universitatem ipsam fere collabentem pro viribus servavit, et quem ob has causas dilecti filii reformatores studii generalis subscriptis precibus Nobis porrectis, literisque datis eidem dilecto filio cardinali Pallotta humiliter postularunt in primum Ferrariensis universitatis præsidem, sive directorem harum serie nominamus, creamus, eligimus, deputamus, atque uti talem ab omnibus, ad quos pertinet, et in posterum pertinebit, haberi, reputari, ac recognosci volumus, præcipimus, jubemus.

Munus præfecti studiorum; aliaque de oeconomia decernuntur.

§. 13. Et quoniam eæ Nos, inter cæteras, causæ impulerunt ad ita statuendum, et novum hunc conspicuum redditum universitati tribuendum, ut nimirum ædes, scalæ, novum bibliothecæ latus, seu accessiones, ac sacellum instaurarentur, reficerentur, et extruerentur; aliorum librorum, qui nuperis temporibus prodierunt copia bibliotheca eadem ditaretur; primaria jam erecta cathedra digestorum libris pandectis nuncupatis enucleandis, jurique publico explanando exerceretur; novæ etiam, quæ necessariæ essent cathedræ erigerentur, ac studiorum præcipue, et scholasticæ disciplinæ præfectus eligeretur, (quam quidem electionem prima hac vice ab ipso tantum præside, seu directore cum eo annuo honorario, quod congruum esse duxerit, successive autem a collegio reformatorum secundum statuta, et universitatis leges fieri volumus); præcipimus proinde, et mandamus, quod ex annuis scutis tribus millibus prudenti arbitrio dilecti ejusdem filii Joannis Mariæ Riminaldi præsidis, seu directoris, et reformatorum scuta mille annua erogentur in reficiendis ædibus, et scalis, extruendis bibliothecæ accessionibus, et in aliis donec perfecta fuerint extraordinariis expensis ædificiorum, et præcipue sacelli auctoritate ordinaria erigendi, ubi eos religionis actus studiosa juventus exerceat, quos universitatis moderatores duxerint esse præscribendos; reliqua vero scuta duomillia una cum reliquis quibuscumque studii generalis proventibus, ac redditibus in alias universitatis indigentias arbitrio pariter eorumdem reformatorum, ipsorumque pro tempore successorum cedant, et erogentur; coercentes Nos, suisque veluti limitibus cohibentes facultatem, et potestatem collegii reformatorum, eorumque successorum, ne ipsi, vel eorum aliquis audeat stipendia, et honoraria professoribus, et lectoribus, mercedes, ac salaria ministris, officialibus, seu inservientibus debita quavis de causa, etiam urgentissima augere, aut alias extraordinarias expensas pro ædificiis quoque construendis, ampliandis, vel instaurandis, pro destinatione novorum lectorum, et cathedrarum erectione peragere inconsulto eodem præside, et absque prævia ipsius, ejusque pro tempore successorum scientia, consensu, et approbatione: quin imo volumus, et præcipimus, ut idem moderatorum, seu reformatorum collegium in fine cujuslibet anni exactam gestæ administrationis, totiusque introitus, et exitus, debiti, et crediti universitatis prædictæ ipsi præsidi, seu directori perpetuis futuris temporibus rationem reddere, et

exhibere teneatur, atque ab eodem, prout juris erit, approbationem, et confirmationem obtinere: statutis, et fel. rec. Clementis XIV. illorum confirmatoria constitutione in ea etiam parte, qua eorumdem statutorum, legum, at ordinationum interpretatio, intelligentia, declaratio, aut extensio Nobis, et Romano pro tempore existenti pontifici reservata perpetuo fuit, aut aliis quibuscumque contrariis non obstantibus: quibus omnibus in his partibus, et ad effectum præmissorum tantum obtinendum expresse, et amplissime derogamus.

Reformatores præeminentiis, et privilegiis donantur.

§. 14. Sicuti autem decet, et expedit gratiis, ac favoribus eos prosequi, qui summo reipublicæ bono universitates studiorum moderantes ingentes curas, et labores, nulla præcipue spe lucri in id allecti quotidie subeunt; idcirco Nos volentes collegium dilectorum filiorum moderatorum, seu reformatorum supradictæ Nostræ universitatis studiorum Ferrariæ, et quemlibet ipsorum, qui nullius lucri cupidi, sed unice ob amorem, ac studium, quo erga patriam, et scientiarum incrementum feruntur in bene, et fideliter universitate administranda assiduos sibi labores assumunt, speciali quodam Nostræ benevolentiæ signo discernere, ac magis magisque decorare, et insignire; nedum confirmamus, et approbamus perpetuitatem ipsis (excepto judice sapientum, qui vel quolibet anno, vel exacto biennio respective alternis vicibus eligitur, et ad majus civitatis, et universitatis studiorum decus in reformatorum collegium cooptatus est) in respectivis muneribus tributam a fel. record. Clemente XIV. prædecessore Nostro per eas, quarum supra meminimus literas sub plumbo datas, cæterasque omnes eidem collegio, et reformatoribus indultas prærogativas, præeminentias, privilegia, et facultates, dummodo dispositioni præsentium non obstent; verum etiam, ut alios, et dilectos præsertim Nostros filios nobiles patricios Ferrarienses ad laudabilem quamdam emulationem, et concertationem excitemus, specialem ipsis, eorumque pro tempore successoribus gratiam facere cupientes, auctoritate, potestate, certa scientia, motuque proprio similibus illos, eorumque singulos in Nostros, et pro tempore existentis Romani pontificis honorarios familiares, et commensales creamus, et constituimus; quod si ipsi, vel eorum aliquis munus dimittere, eique renunciare voluerit, dimissionem, et renunciationem hujusmodi nullam, et irritam fore decernimus, et declaramus, nisi a Nobis, Nostrisque successoribus confirmata prius fuerit, et ratihabita.

Modus eligendi reformatores præscribitur.

§. 15. Postquam vero ipsorum aliquis viam universæ carnis ingressus fuerit, et alter in deficientis locum sufficiendus erit, volumus pariter, et sancimus, ut collegium reformatorum ad nominationem trium virorum iis pollentium qualitatibus, et prærogativis, quæ a statutis, et literis apostolicis illorum confirmatoriis requiruntur per secreta suffragia, ut moris est, deveniat, et quin triumviralis nominatio proponatur in magno consilio civitatis, ut electio sequatur juxta suffragiorum pluralitatem, statutis eisdem, provisionibus, et respectiva constitutione recol. mem. Clementis XIV. in hac parte a Nobis moderatis, reformatis, declaratis, et quatenus opus sit, abrogatis, non obstantibus; factam ut supra nominationem Nobis, vel Nostris pro tempore successoribus pontificibus exhiberi ab ipso præside, istiusque successoribus mandamus, præcipimus, et constituimus, ut omnium meritis ad justitiæ lancem recte libratis illum præeligere possimus, quem cæteris præferendum esse in Domino judicaverimus: eumque sic electum perpetuum reformatorem omnibus præditum honoribus, oneribus, prærogativis, antelationibus, privilegiis, ac facultatibus, quibus modo alii reformatores perpetui fruuntur, et gaudent, renunciabimus apostolicis Nostris literis in forma Brevis expediendis eodem prorsus modo, quo a Nobis, et ab apostolica Sede dilectis filiis nobilibus patriciis Ferrariensibus loca et subsellia in ipso magno consilio civitatis Ferrariæ tribuuntur, et assignantur, prout ex nunc pro tunc, et quando casus evenerit fieri volumus, et præcipimus.

Quæ publica habenda sint, munera declarat, et de iis quæ doctoratum requirunt pontifex disponit.

§. 16. Cupientes insuper quantum in Nobis est, controversias omnes quoad interpretationem ejusdem constitutionis fel. record. Clementis XIV. §. 24., et declarationum, quas successive uti delegatus apostolicus edidit venerabilis frater Hieronymus tunc tituli sanctæ Balbinæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ presbyter cardinalis Spinula, nunc episcopus Prænestinus, hactenus excitatas prorsus dirimere, ne in posterum disceptari contingat super collatione publicorum munerum, et officiorum illis debita, qui in album scholarium studii generalis descripti cæteras necessarias conditiones a statuto præscriptas probaverint; firma

principio esse volumus, et adamussim observari præcipimus ea omnia, quæ in ipsius Clementis decessoris Nostri apostolicis literis §. 24. continentur, ac propterea motu, scientia, et potestate similibus munera, et officia publica supradicta ea omnia esse decernimus, et declaramus, in quibus muneris collatio, sive officialis nominatio, electio, præsentatio, aut deputatio quovis modo ad quamlibet universitatem, congregationem, seu magistratum, vel quodcumque collegium, aut corpus tam politicum, quam œconomicum dictæ civitatis Nostræ Ferrariæ, quod publica erectum sit auctoritate pertineat; ita tamen, ut cuncta ea munia, et signanter gubernatorum, et judicum tam in civitate, quam in Ferrariensi ducatu, ad quæ obeunda doctoralis laurea exquiritur; illi etiam assequi possint, qui ad doctoratus gradum ascenderint ante annum 1771, quamvis scholasticæ frequentiæ prærogativa careant, aliisque ab ipsa constitutione, et statutariis legibus requisitis conditionibus destituti sint: cæterum qui post id tempus gymnasium neglexerint, neque studiis ibidem vacaverint, neque alia impleverint, quemadmodum statutis cautum est, licet doctoralem dignitatem eo anno 1771, aut deinceps adepti fuerint, eos nihilominus a publicis illis muneribus consequendis perpetuo exclusos esse volumus, atque decernimus.

De aliis muneribus, quæ doctoratum non exigunt disponitur: et lites avocantur, et dirimuntur.

§. 17. Reliqua vero munera, et officia publica, cujusmodi præ cæteris sunt = *il giudice*, e *notaro di argine*, *gli architetti*, *agrimensori*, *segretari della congregazioni* = aliaque in dicta constitutione expressa, ad quorum assecutionem doctoralia insignia non requiruntur, eos etiam obtinere posse volumus, qui tempore datæ præsentium trigesimum ætatis annum compleverint, utcumque nec scholas frequentaverint, neque alias ab ipsa constitutione, editisque legibus, ac statutis præscriptas conditiones servaverint: cæteros autem, qui ætatem illam, dum has apostolicas literas scribimus non transegerint, perpetuo excludimus, et ad eorum assecutionem inhabiles reddimus, et esse declaramus; nisi omnia adamussim, quæ in eadem Clementis prædecessoris constitutione, et statutis continentur, impleverint, ac probaverint; præmissis, in partibus huic Nostræ declarationis, et sanctionis paginæ, aliisque contrariis non obstantibus; quinimo omnes, et quascumque causas, et lites super interpretatione supradictæ constitutionis §. 24. coram quocumque judice, et tribunali institutas, et adhuc vigentes, illamque præcipue, quæ modo agitur coram dilecto filio locumtenente in civilibus Nostræ civitatis Ferrariæ inter universitatem studiorum, et congregationem nuncupatam *della Bonificazione di zelo* quoad secretarii electionem ad Nos avocantes, eas, quarum statum pro plene, et sufficienter expresso haberi volumus, penitus extinguimus, et litigantibus perpetuum silentium auctoritate apostolica imponimus.

Quæ studia pharmacopolis præmittenda sint, edicitur.

§. 18. Ut autem botanicæ scientia, quæ inter præcipuas medicinæ partes merito habetur, magis magisque in dicta universitate floreat; cujus sumptibus hortum medicum excolitur, et cathedra investigandis iis herbarum, et plantarum reconditis qualitatibus servandæ hominum valetudini apprime necessariis exercetur; motu similiter proprio, ex certa scientia, et plenitudine potestatis volumus, ac sancimus, quod nemo, ut infra, deinceps in aromatariorum officinas totius ditionis Nostræ Ferrariensis, ut pharmacopolæ artem discat, recipi, et admitti, multoque minus artem ipsam exercere possit, nisi prius in Ferrariensi universitate studiis botanicæ tempore a præside, ac reformatoribus constituendo sedulam se navasse operam demonstraverit: statutis, ac privilegiis quibuscumque quomodolibet, et quacumque auctoritate conditis, et respective Ferrariensibus pharmacopolis concessis, etiamsi a Romanis pontificibus specifice confirmata fuissent, aliisque contrariis non obstantibus; volumus imo, et jubemus, quod siquis ipsorum hanc adversus legem Nostram ausu temerario committet, eas pœnas etiam privationis, et perpetuæ ad artem exercendam inhabilitationis subeat, quas constituet idem dilectus filius Joannes Maria Riminaldi præses, et pro tempore director universitatis, cui potestatem quoque tribuimus una cum reformatoribus ferendis leges ab adolescentibus, qui eisdem Botanicæ studiis vacare voluerint, servandas, tempusque perfiniendi, a quo peculiaris hæc voluntatis Nostræ determinatio exequi, et observari debeat.

In quas causas cedant oportet annue sc. 1000. nosocomio adscripta.

§. 19. Quo tandem pertinet ad exactionem ex parte nosocomii sanctæ Annæ, et piæ domus expositorum Ferrariæ pro ratis, ut supra, virtute præsentium tributis, faciendam, annuarumque ipsarum pensitationum erogationem,

motu item proprio, ac de apostolicæ potestatis plenitudine sancimus, ut, quæ a nosocomio exigentur annua scuta mille, ea pro rata scutorum quingentorum annis singulis erogentur in emptionem quinque locorum montium dictæ Nostræ civitatis, idque fieri debeat quoad usque expletus fuerit numerus locorum quadraginta eorumdem montium, ut ita redintegretur capitale totidem ferme locorum, quod ingruentibus nosocomii necessitatibus ob ingentem numerum infirmorum elapsis annis distrahi, et alienari debuit; reliqua vero annua scuta quingenta impendantur in augendis cubilibus, linteis, aliisque rebus, quæ majus, et uberius auxilium, et levamen afferant pauperibus utriusque sexus infirmis, et valetudinariis ad illud confluentibus, idemque fieri debeat de aliis annuis scutis quingentis, ubi, et postquam completus, et absolutus prorsus fuerit numerus eorum quadraginta locorum, quæ, ut diximus, acquirenda erunt; eidemque nosocomio onus perpetuo adjungimus, ut universitati studiorum, ubi opus erit, cadavera necessaria pro publicis, et privatis anatomicis demonstrationibus, studiisque præbeat, omniaque alia media exhibeat pro his praxis studiis, quæ ad operam dantibus medicinæ, chirurgiæ, et anatomiæ fieri contigerit, quæ omnia ab ejusdem nosocomii moderatoribus, præsidibus, cæterisque aliis, ad quos pertinet, et in posterum pertinebit accurate, et diligenter observari, et exequi districte præcipimus, et mandamus.

Annua sc. 600. projectis donata in dotes, puellarum, et puerorum institutionem erogentur.

§. 20. Alia autem annua scuta sexcenta perpetuo, ut supra, a Nobis addicta, et tributa piæ domui expositorum ejusdem civitatis, postquam tamen prius patrimonium suppressæ societatis Jesu nuncupatæ redintegrationem ex toto obtinuerit expensarum, quarum supra meminimus, ab illis, qui eidem loco pio præsunt, et in futurum præerunt vel ad quos spectat, et pertinebit pro ipsorum justo, et prudenti arbitrio erogari ex parte in augendis dotalibus subsidiis pauperibus puellis projectis, dum nupserint præstandis; ex parte vero altera in utilitatem converti, et meliorem educationem pauperum puerorum, qui modo pubertatem nondum egressi, et vix duodecimum ætatis annum agentes pia domo egredi coguntur, volumus, et expresse mandamus.

Clausulæ præservativæ.

§. 21. Decernentes præsentes literas, quas in camere Nostra apostolica, ejusque codicibus juxta constitutionem fel. recor. Pii IV. decessoris Nostri præsentari, insinuari, et registrari volumus perpetuo firmas, validas, et efficaces existere, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et in posterum spectabit plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari, neque ex eo, quod ad id interesse habentes vel habere quomodolibet contendentes vocati, et auditi non fuerint, vel quia istæ nulla subsistente causa, vel etiam de facto processisse dici possent, seu etiam processerint, aut ex alia quavis juridica, et legitima, ac necessario exprimenda causa, vel quocumque prætextu de nullitatis vitio, seu intentionis defectu noteri, impugnari, invalidari, rescindi, retractari, et ad juris terminos reduci, aut in jus, vel controversiam revocari, seu adversus ipsas quodcumque juris, et facti, vel gratiæ remedium, aut oris aperitionem impetrari, vel etiam motu, et potestatis plenitudine similibus concedi, ve sub quibusvis constitutionibus, ac Nostræ, et apostolicæ cancellariæ regulis sive editis, sive edendis, literisque apostolicis in contrarium etiam motu proprio, et concistorialiter emanatis, aut quibusvis aliis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, aut aliis contrariis dispositionibus comprehendi nullo unquam tempore posse, sed semper ab illis excipi, et quoties illæ emanaverint, toties in pristinum, et eum, in quo ante præmissa erant, validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriore data per nunc, et pro tempore existentes præsidem, reformatores studiorum universitatis Ferrariæ, et administratores eorum locorum piorum, seu aliquem ex eis quandocumque eligenda, concessas, validasque, et efficaces fore, et esse: sicque, et non aliter per quoscumque judices ordinarios, delegatos, quævis licet collegialia tribunalia thesaurarium generalem, cameræ Nostræ clericos, causarum sacri Nostri palatii auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, aut apostolicæ Sedis nuncios, et quamcumque eorumdem congregationem apostolica auctoritate super his quandocumque deputandam, seu per quemcumque alium judicem speciali nota dignum; sublata eis, et ipsorum cuilibet aliter judicandi, definiendi, aut interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, definiri, et interpretari perpetuis futuris tempo-

ribus deberi, ac irritum, et inane ex nunc quidquid secus super his, et contra formam, ac dispositionem præsentis paginæ Nostri motus proprii simplici etiam Nostra subscriptione valituræ a quopiam quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, apostolica auctoritate decernimus, statuimus, et declaramus.

Derogatur contrariis.

§. 22. Non obstantibus ejusdem, quatenus opus sit, cancellariæ Nostræ regula de jure quæsito non tollendo, nec supradictis Clementis VIII., et Clementis XIV. prædecessorum, aliisque super universitate, et super privilegiis quocumque ex capite, et titulo etiam oneroso stricte sumpto, et exemptionibus dictæ Nostræ civitati, districtui, ac ducatui tributis, in partibus tamen contra præmissa quomodolibet disponentibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ejusdemque universitatis studiorum, nec non civitatis, districtus, et ducatus prædicti, quatenus opus sit etiam juramento, confirmatione apostolica specifica, vel quavis firmitate alias roboratis, statutis, provisionibus, ordinationibus, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis sub quibuscumque tenoribus, et formis cum quibusvis clausulis, et decretis etiam motu simili, et consistorialiter, ac alias in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis, atque in futurum concedendis, approbandis, et innovandis: quibus omnibus, et singulis, etiamsi de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes, mentio habenda, aut aliqua alia exquisita forma servanda esset, tenores hujusmodi oisdem præsentibus pro expressis, perinde ac si in eis de verbo ad verbum inserti forent, habendis, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat motu, et potestatis plenitudine paribus, specialiter, et expressa derogamus, et derogatum esse volumus, et mandamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Publicatio, et fides habenda transumptis.

§. 23. Volumus insuper, eademque auctoritate mandamus, ipsas præsentes, seu earum transumpta in locis solitis dictæ Nostræ civitatis Ferrariæ, et ad valvas palatii universitatis, atque in aliis oppidis, et castris districtus, et ducatus eorumdem, ut moris est, publicari, et affigi; sicque publicatas, et affixas, omnes, et singulos, quos concernunt, seu concernent in futurum perinde afficere et arctare, ac si unicuique illorum personaliter intimatæ, et notificatæ fuissent: utque præsentium transumptis, seu exemplis impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, ac sigillo personæ alicujus in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ ex palatio Nostro apostolico Quirinali hac die xxiii octobris MDCCLXXVII.

CLIX.

Dat. die 5 novembris 1777. Anno III.

Erectio cathedralis Olomucensis in metropolitanam ecclesiam etiam Olomucensem cum assignatione ecclesiarum suffraganearum.

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proœmium.

§. 1. Suprema dispositione, cujus inscrutabili providentia ordinationem suscipiunt universa, super eminenti apostolicæ dignitatis specula meritis licet imparibus constituti, illiusque vices in terris gerentes qui gloriosus regnat in cœlis inter cæteras curas humeris Nostris incumbentes illam libenter amplectimur, per quam Nostræ provisionis ope cathedralis ecclesiæ digDioribus titulis licet metropolitanarum ecclesiarum illustrentur, et condignis favoribus attollantur. Cumque id statui et decori ecclesiarum maxime congruat, et pia personarum regia potestate fulgantium vota requirant in his solicitudinis Nostræ partes favorabiliter interponimus, ac opem et operam Nostras impendimus efficaces, ut illæ per Nostræ vigilantiæ ministerium votivis gratulentur eventibus, et felicia in spiritualibus suscipiant incrementa.

Ad supplicationem imperatricis Mariæ Theresiæ erectio decreta fuit.

§. 2. Cum itaque sicut accepimus charissima in Christo filia Nostra Maria Theresia Imperatrix vidua, ac Bohemiæ, et Hungariæ regina apostolica, uti Moraviæ marchionissa inter ejus de orthodoxæ religionis incremento præcipua studia pro ecclesiasticæ quoque hierar-

chiæ amplitudine, et decore solicita cathedralem ecclesiam Olomucensem Sedi apostolicæ immediate subjectam, et quæ ad præsens pastoris solatio destituta existat, relicto cathedralitatis titulo ad altiorem honoris gradum erectam cernere cupiens, Nobis preces porrexerit quatenus ipsam cathedralem ecclesiem Olomucensem Sedi apostolicæ prædictæ, ut præfertur immediate subjectam in archiepiscopalem metropolitanam ecclesiam assignatis ei desuper, ut infra suffraganeis ecclesiis erigere dignaremur. Nos audito prius super hujusmodi petitione congregationis venerabilium fratrum Nostrorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium, rebus consistorialibus præpositæ consilio, et voto, ac dilectorum filiorum moderorum capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ Olomucensis ad hoc expresse accedente consensu, tam piæ dictæ Mariæ Theresiæ imperatricis, et regiæ apostolicæ desiderio annuare volentes motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine dictam cathedralem ecclesiam Olomuceosem, et in ea titulum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam cathedralitatis, quod illa, ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus ecclesia cathedralis esse desinat, et de cætero uti talis denominari, inscribi censeri, et intelligi amplius nequeat, nec non dignitatem episcopalem apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, at extinguimus.

Tenor erectionis, et privilegiorum concessorum.

§. 3. Illisque sic suppressis, et extinctis dictam cathedralem ecclesiam per Nos, ut præfertur, suppressam, et extinctam de apostolicæ potestatis plenitudine pari in archiepiscopalem, et metropolitanam ecclesiam Olomucensem, et in ea Sedem, et dignitatem archiepiscopalem pro uno deinceps archiepiscopo Olomucense, qui pallii, at crucis usum aliorum archiepiscoporum more habeat, cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa, archiepiscopali, omnibusque aliis archiepiscopalibus insigniis, privilegiis, honoribus, et prærogativis archiepiscopis debitis, et concessis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, gratiis, favoribus, et indultis realibus, personalibus, et mixtis quibus aliæ metropolitanæ ecclesiæ earumque respective. præsules quomodolibet, non tamen titulo oneroso vel ex indulto, aut privilegio particulari utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, et gaudere possunt eadem apostolica auctoritate itidem perpetuo erigimus, et instituimus, ac nomine, titulo, et honore sedis archiepiscopalis et metropolitanæ dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo decoramus, nec non futurum at pro tempore existentem præfatæ metropolitanæ ecclesiæ Olomucensis per Nos, ut præfertur, erectæ, præsulem in archiepiscopum apostolica auctoritate præfata similiter perpetuo declaramus, eique, ut cætera singula prout metropolitania in eorum civitatibus, diœcesibus, et provinciis a jure inultum existit, facere, exercere, administrare, et exequi possit dicta apostolice auctoritate pariter perpetuo concedimus, at indulgemus.

Assignatio suffraganeorum.

§. 4. Ac præterea eidem metropolitanæ ecclesiæ Olomucensi per Nos, ut præfertur, erectæ, unam videlicet Brunensem nuncupandam in Moravia hujusmodi per Nos odie sub certis modo et forma similiter erectam, et alteram ecclesias episcopales Oppaviensem in Sileria superiori suo tempore etiem per Nos erigendam, eorumque, et futuros pro tempore respective existentes episcopos pro ejusdem futuri archiepiscopi Olomucensis pro tempore suffrageneis, qui tamquam membra capiti, eidam futuro archiepiscopo Olomuceosi jure metropolitano subsint; ita quod archiepiscopus Olomucensis pro tempore existens prædictis in Brunensi et Oppaviensi civitatibus, et diœcesibus jus metropoliticum sibi vindicet, nec non Brunensis, et Oppaviensis ecclesiæ prædictæ eidem futuro pro tempore archiepiscopo Olomucensi ad omnia, et singula teneantur, et sint adstrictæ, atque suffraganei suis metropolitanis ecclesiis, et illarum metropolitanis tenentur, at obligati sunt, et judicantur secundum canonicas sanctiones dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo coocedimus, et assignamus. Ac eidem futuro archiepiscopo Olomucensi præfatos suos suffraganeos consecrandi, ad provinciales synodos evocandi, ac cum eis etiam publica negocia terminandi, et causas quarumcumque appellationum, sive quævis alias ad eum tamquam metropolitanum juxta decreta concilii Tridentini devolutas, ac alias juxta sacrorum canonum statuta spectantes agnoscandi, omniaque alia, et singula, quæ de jure vel consuetudine, aut alias quoquo modo ad archiepiscopos, et archiepiscopale munus spectare, et pertinere solent, et debent gerendi, faciendi, et exercendi plenam, et liberam, ac omnimodam auctoritatem concedimus, et facultatem.

Concessio favore capituli juris eligendi episcopum in vacationibus.

§. 5. Et insuper prædictos modernos, at pro tempora existentes capitulum et canonicos ipsius cathedralis ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ in capitulum, et canonicos dictæ metropolitanæ ecclesiæ Olomucensis per Nos, ut præfertur, erectæ, salvis, firmis, et illæsis ramanentibus favore eorumdem capituli, et canonicorum ut infra subrogaodorum, tam jure canonice eligendi perpetuis futuris temporibus quoties eamdem metropolitanam ecclesiam Olomucensem per Nos, ut præfertur, erectam quovis modo pastoris solatio destitui contigerit personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem prævia electionis hujusmodi etiam pro tempore faciandi confirmatione dictæ metropolitanæ ecclesiæ Olomucensis per Nos, ut præfertur, erectæ in archiepiscopum præficiandum sicuti hactenus iidem capitulum et canonici ut infra subrogandi episcopum Olomucensem eligere consueverunt, quam omnibus aliis juribus, privilegiis, redditibus, ac cæteris quibuscumque, quibus hactanus ipsi capitulum, et canonici, ut infra subrogandi gavisi sunt, perinda ac si status cathedralitatis hujusmodi minime immutatus foret eadem apostolica auctoritate itidam perpetuo substituimus et subrogamus.

Clausulæ salutares.

§. 6. Decernentes præsentes semper, et perpetuo validas, efficaces esse, et fore, suosque integros, at plenarios effectus sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabilitar observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumqua capite, val qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, atiam ex eo quod causæ propter quas eædem præsentss emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostræ, vel quoplam alio quantumvis magno substantiali, inexcogitato, inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, at expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo, quod in præmissis, eorumque aliquo solamnitatas, at quævis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque rati one, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et tarminos juris, aut aliud quodcumqua juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas quandocumque, etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, et consistorialiter, ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat æditas, et in posterum edendas comprehendi, sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt, toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas fore, et asse. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos quacumque auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vice-legatos, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et præeminentia fulgantes sublata eis, et eorum cuilibet aliter judicandi, at interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumqua instantia judicari, et definiri debere; irritum quoque, at inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus quibusvis etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, dictæque cathedralis ecclesiæ, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, nec non cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis. Quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio habenda, seu quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus, harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Sanctio poenalis.

§. 8. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, derogationis, declarationis, concessionis, indulti, assignationis, facultatis, concessionis, substitutionis, subrogationis, decreti, et derogationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus, se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo nonis novembris pontificatus Nostri anno tertio.

CLX.

Dat. die 17 novembris 1777. Anno III.

Præscribitur modus, et forma in manutentione, et guberuio hospitalis expositorum civitatis Faventinæ.

Pius. PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Pater cælestis, qui immensam misericordiam suam sine ullo adjutorio explere potest, frequenter miserorum languoribus per homines subvenit; omniumque Dominus servis pietatis officia præstantibus ampliora pollicetur et præmia. Sane inter præcipua christianæ charitatis opera non immerito recensentur, quæ pueris expositis deferuntur, vix enim in lucem editi, ipsa horrescente natura, a genitoribus derelicti in necessariis deficiunt, eum necessitates ipsas nequidem agnoscant. Hinc pia loca expositis hujusmodi excipiendis, alendis, et instituendis destinata apostolicæ Sedis benignitas providentiæ suæ auctoritate, et favore prosequitur, ut talibus pauperibus quoquomodo vel necessaria, vel utilia, vel etiam commoda valeant procurari. Humana autem sic ferunt quandoque consilia, ut quæ provida deliberatione alias constituta sunt, operæ prætium sit, spe melioris futuræ frugis, vel interdum mutare. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii præsidentes, seu deputati hospitalis sub titulo sanctæ Mariæ de Misericordia, seu potius Casa di Dio nuncupati civitatis Nostræ Faventinæ ad excipiendos pueros expositos ejusdem civitatis, et diœcesis jam ab antiquo tempore erecti, quod hodierna ejusdem hospitalis conditio ex inopia, et angustia continuo ruit in deterius, et omnimodam minatur ruinam. Eapropter Nos dilecto filio magistro Valentino Mastrozzi congregationis venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium civitatum, et terrarum status Nostri ecclesiastici Bono Regimini præpositorum secretario commisimus, ut relationem tam super statu œconomico hospitalis prædicti, quam super providentiæ remediis ad illius utilitatem, manutentionem, ac subsistentiam necessario adhibendis acciperet, ac Nobis subinde referret. Acceptis itaque et a moderno episcopo Faventino, et a præsidentibus, seu deputatis hospitalis hujusmodi opportunis relationibus idem magister Valentinus Nobis exposuit,

Hospitalium expositorum præstantia.

Status œconomicus hujusmodi hospitalis Faventini.

quod ejusdem hospitalis miserrimus status eo devenerat, ut propter angustias, at inopiam ipsius conditio versa sit in deterius, at magis in dies labatur in pejus. Quamobrem Nos horum malorum gravitate commoti paternum animum Nostrum, et curas ad illa avertenda intendere, ac pium ejusdem hospitalis institutum, ac gubernium providis sanctionibus ad publicam, et ipsorum expositorum utilitatem communire decrevimus. Et quoniam ex ejusdem magistri Valentini relatione compertum habuimus ærumnarum hujusmodi originem quatuor ex causis, non obstante solicitudine, ac studio præsidentium dictæ piæ domus, emanare, nimirum ab æris alieni copia cum fœnore, qua ipsa obruitur, et cujus summa in sorte ad decem millia, et quadringenta scutu circiter ascendit; deinde ab excessu octingentorum scutorum similium, quo, subductis rationibus, redditus, et proventus quotannis a necessariis superantur impensis; insuper ex hospitalis prædicti, eiusque situs angustia, ex quo fit, ut, cum expositorum numerus inter mares, et fœminas ad sex, et ducentos usque excreverit, impar omnino sit ad ibidem instituenda, et perficienda opificia, in quibus ipsi projecti sese possint exercers; demum ex defectu regiminis, et œconomicæ administrationis hospitalis, et piæ domus hujusmodi, dum id ex allatis circumstantiis projectorum institutioni, et profectui, ac rei familiaris administrationi satis apte accomodari non potest. Hinc est, quod Nos ad tollendas hujusmodi causas in perniciem, et exitium hospitalis prædicti cedentes ipsi magistro Valentino dedimus in mandatis, ut nonnullas sanctionas, leges, regulosque ad œconomicam manutentionem, et ipsius hospitalis, puerorumque in eo degentium utilitatem, et gubernium ex nostra santentia deeretas, et accomodatas in posterum servandas congereret, quæ etiam Christifidelium ad pium opus hujusmodi fovendum, augenduinque essent incitamento. Interea sanctionibus, legibus, regulisque prædictis in unum collectis idem magister Valentinus Nobis mox retulit, quarum tenor est, qui sequitur, videlicet

Causæ ejus decadentiæ.

Æs alienum quo gravatur.

Inæqualitas inter redditus et necessarias expensas.

Angustia domus.

Ex ipsis causis deficientia utilis regiminis.

Providentiæ a Sanctissimo decretæ, et de ejus mandato exaratæ in folio.

Ejusdem folii tenor

Primo. Sia ammessa *ex officio* la communità di Faenza ai luoghi del monte comunità par la somma di scudi tredicimila, e per altra somma di scudi tremila vi sieno similmente ammesse le comunità di quella diocesi situate nello stato Pontificio con quella ripartiziona, che verrà fra lora fatta della sagra congregazione del Buon Governo, ad effetto che degli scudi sedicimila provenienti da tali ammissioni, erogata la somma occorreute per la totale estinziane de' debiti, de' quali è gravato lo spedale de' projetti di Faenza detto di s. Maria della Misericordia, o la casa di Dio, sia la somma residuale depositata a disposiziona della stessa sagra congregaaioae del Buon Governo per essere impiegata in sussidio dalle spese, che occorreranno tanta nell' adattare all'uso necessario il auova edificio, che come appresso viene destinato al medesimo spedale, quanto nell' introdurvi, e stabilirvi quei lavorieri, che si stimeranno più confacenti all' esercizia de' projetti, e più proficui al luogo pio.

Admissio ad L. L. montium faciendo ex officio communitatis Faventiæ pro sc. 13. mil. et communitatum ejus diœcesis pro aliis sc. 3 mil.

Illarum pecuniarum erogatio in extinctionem æris alieni hospitalis

Et in expensas pro ejus indigentia, et utilitate addispositionem sacræ congregationis Boni Regiminis

Secondo. Tutto il debito proveniente come sopra dall' ammissione a luoghi di monte quanto alla comunità di Faenza, ed alle altre della sua diocesi situate nella legazione di Romagna, ciascuna per la rata, che come sopra le verrà addossata, si descriva nella respettiva tabella del conto privilegiato assieme con i suoi frutti, dichiarandosi, che al pagamento di essi frutti, ed all'estinzione del capitale di un tal debito dovranno indistintamente contribuire tutti quelli, che quantunque privilegiati, e privilegiatissimi degnl di speciale, ed individua menzione furono dichiarati tenuti alle tasse de' due milioni, a 820 m. scudi per le spese de passaggi delle truppe estere; ma siccome è desiderabile, che per questa causa non si aggiungano, per quanto sia possibile, nuove collette, e gravezze, così il termine prefisso in dette tabelle all' estinzione de' debiti del conto privilegiato sia prorogato quanto bisognerà in maniera, che col benefizio di tal proroga senza nuove imposizioni, ma con gli assegnamenti, che vi sona già fissati, sia provveduto anche al pagamento de' frutti, ed estinzione del nuovo debito, che per detto spedale vi sarà aggiunto: obe se qualcuna di dette comunità non aveado debito nel conto privilegiato, non avesse per conseguenaa assegoamento, in tal caso debbasi subito dal pubblico consiglio coll' intervento de' deputati ecclesiastici risolvere l' assegnamento proporzionata al debito da accollarsi come sopra, ed ottenerne l'approvaaione della sag. congregaaioae del Buon Governo. Quanto poi alle comunità di detta diocesi situate nella legazione Ferrarese resti commesso al sig. cardinal legato di Ferra-

Modus extinguendi debitum ut supra contrahendum adictis communitatibus

Cum comprehensione omnium privilegiatorum

Etiam quoad communitates dictæ diœcesis

In legatione Ferrariensi contentas

ra il provvedere al pagamento de' frutti, e sorte del debito, che sarà come sopra loro addossato, o con lo stesso mezzo, o con altro che crederà egli più proprio, servata sempre la generale, ed indistinta comprensione di tutti anche privilegiatissimi come sopra dichiarata.

Extinctio congregationis sancti Philippi Neri Faventiae

Terzo. Si sopprima, abolisca, estingua, ed annulli, e per soppressa, abolita, estinta, ed annullata si abbia dal dì xxv. novembre 1777 la congregazione, che esiste nella città di Faenza, dell'Oratorio di s. Filippo Neri consistente ora in due soli sacerdoti, e due laici, ed i beni, rendite, crediti, ragioni, e diritti, come pure i mobili, e suppellettili sì di casa, che di chiesa ad essa congregazione appartenenti, de'quali si dovrà subito fare esatto, e legale inventario, interamente si applichino, concedano, ed incorporino al detto spedale de' Projetti assieme con i pesi, debiti, legati, obblighi, e vincoli, de' quali sono datti beni, e diritti gravati, sostituendosi la chiesa di esso spedale per l'adempimento degli obblighi, e legati di messe, che vi fossero, e lasciandosi di detta casa, e chiesa dell' oratorio, attesa tale soppressione, il regresso a chi di ragione appartione. Ma sopra le accennate rendite, e beni sieno assegnati ai suddetti due sacerdoti (ciascuno de' quali pagava alla medesima congregazione dell' oratorio annui scudi venti a titolo di dozzina, che per la risoluta suppressione non avrà più luogo) annui scudi quaranta per ciascuno di essi loro vita naturale durante, o finchè non siano altronde provveduti dell'equivalente, con procurarsi in oltre da monsignor vescovo di far loro conseguire in quella chiesa, ch'egli crederà, l'elemosina quotidiana delle messe da celebrarsi per loro stessi, e parimente sieno assegnati ai suddetti due laici loro vita naturale durante annui scudi quaranta per ciascuno di loro, quando pure i presidenti dello spedale de' projetti con l'oracolo di monsignor vescovo non giudicassero di dar loro, o ad alcuno di loro di consenso qualche impiego ad arbitrio in servizio della chiesa, o casa di esso spedale, nel qual caso, e durante l' impiego non debba aver luogo l'accennato assegnamento. De' mobili poi, e suppellettili di casa, e chiesa della detta congregazione dell'Oratorio, che non saranno necessarj, o adattabili al servizio della chiesa, e respettiva casa di detto spedale, si procuri la vendita con le solite regole, e il ritratto sia erogato per l'entrante quantità nell' estinzione de'debiti fruttiferi di essa congregazione da trasferirsi come sopra nello spedale, ascendenti in capitale alla somma di scudi mille duecento sessantuno.

Ejusque bonorum, redituum, et jurium applicatio hospitali una cum oneribus et debitis

Qualis pensio sit assignanda duobus sacerdotibus, et duobus laicis dictam congregationem nunc componentibus Et in quibus casibus sit cessanda

Usus mobilium et suppellectilium dictae congregationis

Quarto. Si trasferisca per ragione di reale permuta il monastero, e chiesa detta di santa Maria degli Angioli de' monaci Cirstercensi Toscani, situati ne'suoi noti confini entro la città di Faenza, nel collegio, e chiesa parimente in Faenza con casa, e forno annesso già spettanti all'estinta compagnia di Gesù, e di poi ceduti nel pontificato della santa memoria di Clemente XIV. a benefizio di quel seminario; e contestualmente si conceda, e trasferisca al detto spedale de'projetti in ragione di libero dominio, e proprietà il monastero, e chiesa suddetti di santa Maria degli Angioli, ed orto annesso ora spettanti a detti monaci Cistercensi Toscani, i quali ne sono già stati preventivamente intesi.

Permutatio monasterii, et ecclesiae sanctae Mariae Angelorum monachorum Cistercensium cum collegio, et ecclesia nuper ad extinctam societatem Jesu, postremo ad seminarium Faventiae spectan.

Concessio dicti monasterii, ejusque ecclesiae, et annexorum hospitali expositorum

Nel collegio, e chiesa con casa, e forno annesso, che come sopra acquisteranno in permuta i detti monaci Cistercensi, si trasferiscano, e si abbiano per trasferiti i vincoli, pesi, obblighi, debiti, ipoteche, crediti, diritti, e ragioni, e respettivamente il titolo, la commenda, le sagre imagini, e reliquie, la confraternita, i mobili, e suppellettili, come pure ogni ragione, diritto, e prerogativa con gli atti possessorj, e giurisdizionali dell'abbate commendatario *pro tempore* nel modo, e forma, che ora si trovano nel presente monastero, e chiesa di santa Maria degli Angioli. E parimente si trasferiscano, e si abbiano per trasferiti nella presente chiesa, e monastero con orto di detti monaci, che acquisterà come sopra il detto spedale de'projetti, non solo il titolo, i diritti, ragioni, pesi, obblighi, ipoteche, mobili, suppellettili, sagre imagini, e reliquie, che ora sono nella presente casa, e chiesa di esso spedale, ma ancora i pesi, obblighi, vincoli, ipoteche, diritti, e ragioni, come pure i mobili, suppellettili, e sagre imagini, e reliquie (eccettuati però tutti quelli, o quelle, che si fossero da monsignor vescovo in qualunque modo già distratti, ed in altrui dominio già trasferiti, mentre su di essi, o esse non potrà mai avere lo spedale alcun diritto, o ragione) che spettavano al collegio, e chiesa dell' estinta compagnia di Gesù nel modo, e forma, che come sopra ne fu fatta la cessione al detto seminario di Faenza.

Cum reciproca translatione omnium jurium, rerum, et onerum.

Declaratio super mobilibus, et suppellectilibus

Domos, et ecclesiam nunc ad usum hospitalis concessam seminario faciendo;

Si conceda, e trasferisca a beneficio, e in pieno dominio, e proprietà del medesimo seminario di Faenza, il quale dovrà sperare in appresso anche altri benigni riguardi, l'edificio, che ora serve per lo spedale suddetto con sua chiesa annessa,

Cum facultate episcopo ecclesiam ipsam saecularizzandi

dandosi ogni facoltà all' ordinario di farne la vendita anche con secolarizzare la stessa chiesa, e di erogarne il ritratto nell' uso, che egli giudicherà più necessario, o più proficuo ad esso seminario.

Terminus ad dictas permutationem, et translationes faciendas.

Sia prefisso il termine di tre mesi dal giorno della notificazione a rendersi eseguite, e del tutto effettuate da ciascuna parte la permuta, e le respettive traslazioni, come sopra risolute; e quantunque il corpo, che come sopra acquisteranno in permute i monaci Cisterciensi si consideri di maggior valuta di quello, che dimettono, anche in confronto delle loro respettive situazioni, nondimeno a contemplazione delle spese, che a causa di tale

Scutorum sexcentum gratuita subministratio monachis.

permuta ad essi monaci occorreranno per trasporti, ed altro, sieno ai monaci medesimi gratuitamente somministrati per una sola volta in tutto, e per tutto scudi seicento de'danari, i quali verranno come sopra depositati provenienti dall' eccennata emmissione a luoghi di monte.

Aptatio dicti monasterii ad usum hospitalis

Quinto. Nell' edificio con orto annesso, e chiesa ora spettente a' monaci suddetti, e che come sopra acquisterà lo spedale de' projetti, si facciano con detti danari depositati i comodi adattati all'uso dello spedale medesimo colla divisione delle camerate, ed infermerie, e con tale distribuzione, che escluda in avvenire il bisogno di ritenere i projetti fuori del luogo pio. E specialmente si provveda di officine,

Cum omnibus necessariis ad opificia erigenda, et respective amplianda pro exercitatione expositorum

ed attrezzi opportuni per quei lavorieri, che si stimeranno d' introdurre, e respettivamente ampliare per l' impiego de' projetti, lecchè al loro profitto, ed all' utile del luogo pio dovrà tantoppiù contribuire.

Directio laboreriorum praescribenda, et a s. congregatione Boni Regiminis approbanda.

Quali poi debbano essere detti lavorieri, e con quale direzione, e sistema eseguirsi resti commesso a monsignor vescovo unitamente ai quattro presidenti dello spedale il prescriverlo con l' approvazione della sagra congregazione del Buon Governo, essendosi intanto sentito con piacere, e soddisfazione, che nel medesimo luogo pio sia già avviata l' arte di ben filare il cottore, il lino, e la canapa, e particolarmente il primo, e possa con facilità perfezionarsi ancora l' arte di tessere.

Laboreria omnia pro loco pio facienda, reservato diligentibus proemio.

Sieno per conto del luogo pio tutti i lavori, che vi si faranno, ma gl' individui sieno eccitati a vieppiù diligentemente eseguirli, facendosi godere ai diligenti sull' utile ritratto dal loro respettivi lavori qualche premio, di cui dovrà dettagliarsi la quantità, e l' uso nel sistema da fissarsi, ed approvarsi come di sopra.

Absolutio tam hospitalis a debito cum communitate pro mutuis receptis, quam communitatis a novis hujusmodi praestationibus

Sesto. Sia assoluto il detto spedale de ogni obbligo di restituire alla comunità di Faenza le imprestanze, che ha finora dalla medesima percette in vigore di ordini dati nell' anno 1773. con lettera di segreteria di stato, ed all' incontro sia esente, e libera la comunità da ulteriori somministrazioni di tali imprestanze.

Laudatur vigilantia episcopi, et assistentia praesidentium.

Settimo. Sebbene siasi riconosciuto per ben inteso, e lodevole il presente regolamento di detto spedale, e siasi altresì rilevate non solo la vigilanza, e zelo, con cui monsignor vescovo s' interessa per il bene spirituale, e temporale di esso luogo pio, ma anche l' attenzione, e diligente assistenza, che vi si presta, non senza loro incomodo, ma con altrettanto loro merito dai presidenti *pro tempore*, nondimeno per vieppiù assicurare gl'interessanti oggetti della buona educazione,

Nova methodus praefinienda.

ed istradamento de' projetti, e di un ben regolato ed economico governo del luogo pio, quanto allo spirituale resti raccomandato a monsignor vescovo, che i sacerdoti da destinarsi per le confessioni, e per le cristiane istruzioni de' projetti dell' uno, e dell' altro sesso siano provetti, di sperimentata probità, ed esemplarità, e forniti della necessaria dottrina, e prudenza.

Quoad electionem praesidentium

Quanto poi al temporale, dei quattro presidenti, che per il corrente triennio esercitano due, e non uno come si è praticato, debbano rimanere nel susseguente triennio, e così praticare in appresso, onde in ogni triennio due soli nuovi presidenti debbano eleggersi nelle forme consuete, affinchè quanto minore sarà la variazione di quelli, che presiedono, tanto più costante sia l' osservanza, e pratica delle massime, sistema, e regole, che si saranno fissate.

Quoad vestiarium expositorum

Il vestiario de'projetti sì maschj, che femmine venga intieramente somministrato del luogo pio anche rispetto alla biancheria, e questo vestiario sia non solo modesto, ma anche uniforme nella qualità, colore, e forma,

specialmente per le femmine, e non sia in arbitrio di qualisia degl' individui l' alterarlo, variarlo, o aggiungervi cosa alcuna.

Quoad exercitium masculorum

Si procuri d' impiegare anche tutti i maschj nei lavorieri del luogo pio, ma quando alcuno di essi fosse di talento, o costituzione non adattata a simili esercizj, onde fosse uopo di farlo ommaestrare in arte diversa fuori del luogo pio, si debba sempre invigilare sulla di lui condotta, e profitto, e non abbia egli a preterire le funzioni e leggi comuni agli altri; e sicoome godrà al pari degli altri del vitto, vestito, e ricovero del luogo pio, così del medesimo luogo pio debba essere qualunque di lui guadagno, riservato il premio di sopra accennato.

Quoad tempus ipsos masculos dimittendi

Qualunque de' maschj non possa essere espulso dal luogo pio, se non avrà compiti gli anni venti, affinchè tantoppiù si abbia la morale certezza, che nell' uscire sia non solo bene istruito ne' doveri del cristiano, e dell' uomo onesto, ma anche in questi bene incamioato, e stabilito.

Sindicatus administrationis oeconomicæ quolibet anno ad s. congregation Boni Regiminis transmittendus.

Ottavo. Fissato un tal sistema con le accennate riforme, quanto all' economico, fatto ogni anno secondo il solito il siodacato, e questo approvato da monsignor vescovo, venga prontameote trasmesso alla sagra congregazione del Buon Governo con lo stato attivo, e passivo, e conto di entrata, ed uscita di esso spedale.

Ipsius s. congregationis jurisdictio, et facultates

Nono. Finalmente a detta sagra congregazione del Buon Governo appartenga il decidere, e provvedere sopra di agni causa, emergente, incidente, e dipendente in qualuuque modo riguardaote l' amministrazione, e governo economico dell' accennato spedale, e il dichiarare, e definire ogni difficoltà, e dubbiezza, cha fosse per insorgere nell' esecuzione delle sovraespresse provvidenze, o di qualsisia di loro, anche con implorarne, occorrendo, l'oracolo pontificio.

Sanctissimus sanctiones, et declarationes prædictas confirmat, et earum observantiam injungit.

Quæ quidem omnia, cum in audientia diei ix. augusti proxime præteriti ad relationem ejusdem magistri Valentini jam approbata, et confirmata a Nobis fuerint, quibuscumque in contrarium etiam speciali mentione dignis minime obstantibus, ut demum firmius subsistant, et serventur exactius, per has Nostras literas communiri decrevimus. Nos igitur motu proprio, ac ex certa scientia, et matura deliberatione Nostris, deque apostolicæ potestatis plenitudine prœinsertas literas, et in eis contenta, et expressa quæcumque auctoritate apostolica præsentium tenore approbamus, et confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, omnesque, et singulos tam juris, quam facti, ac solemnitatum etiam substantialium, si qui forsan in iisdem intervenerint, defectus, supplemus et sanamus, salva tamen semper in præmissis auctoritate dictæ congregationis cardinalium. Decernentes ipsas præsentes literas, et in eis pariter contenta, et expressa quæcumque, etiam ex eo quod quicumque cujusvis status, gradus, ordinis, conditionis, præeminentiæ, vel dignitatis, seu alias specifica, et individua mentione, et expressione digni in præmissis quomodolibet jus, vel interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes iisdem præmissis non consenserint, nec ad ea vocati, citati, intimati, aut auditi fuerint, temetsi suorum indultorum, vel privilegiorum vigore consentire, seu vocari, citari, intimari, et audiri semel, vel pluries quoquomodo debuissent, aut ex alia quacumque juridica, privilegiata, et rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, occasione, colore, prætextu, titulo, etiam oneroso, et capite, etiam in corpore juris clauso, etiam enormis, et enormissimæ, et totalis læsionis ullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ, vel interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam maximo, substantiali, essentiabli, formali, aut inexcogitato defectu notari, impugnari, infringi, invalidari, retractari, rescindi, in controversiam revocari, ad terminos juris reduci, seu adversus illas aperitionis oris; restitutionis in integrum, aliudve quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu etiam metu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso quempiam in judicium, vel extra illud uti, seu se juvare nullatenus posse; sed easdem præsentes literas, et in eis contenta quæcumque semper firma, valida, et efficacia existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque, et non aliter in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos, etiam causa-

Omnes defectus sanat.

Cum clausula sublata.

rum palatii apostolici auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ prædictæ cardinales etiam de latere legatos in quacumque causa, et instantia, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate, judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus, quatenus opus sit, quorumcumque testatorum etiam ultimis voluntatibus, quas quoad eadem præmissa sufficienter, et expresse commutamus, ac constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ civitatis, ac universitatum, et locorum piorum prædictorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo piscatoris die xvii. novembris 1777. pontificatus Nostri anno tertio.

Et decreto irritante.

Nec non cum derogationibus amplissimis.

Dat. die 27. novemb. 1777 Anno III.

CLXI.

Concessio indulgentiæ plenariæ consequendæ ab eis, qui die xi. mensis februarii visitaverint ecclesias ordinis servorum B. M. Virginis.

Pius Papa VI.

Universis Christifidelibus præsentes literas inspecturis

Salutem, et apostolicam benedictionem.

Tenor concessionis et operum præstandorum pro consequenda indulgentia

§. 1. Ad augendam fidelium religionem, et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti; omnibus utriusque sexus Christifidelibus, vere pœnitentibus, et confessis, ac sacra communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum ordinis servorum B. M. Virginis, quam monialium dicti ordinis ubicumque existentibus die undecima mensis februarii a primis vesperis, usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam omnium peccatorum suorum indulgentiam, et remissionem misericorditer in Domino concedimus. Præsentibus ad septennium tantum valituris.

§. 2. Volumus autem, ut si pro impetratione, præsentatione, admissione, seu publicatione præsentium aliquid, vel minimum detur, aut sponte oblatum recipiatur, præsentes nullæ sint; utque præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud s. Petrum sub annulo piscatoris die xxvii. novembris MDCCLXXVII. pontificatus Nostri anno tertio.

Prohibitio recipiendi aliquid etiam sponte datum, et fides habenda transumptis

---

CLXII.

Dat. die 29. novembr. 1777 Anno III.

Reformatio capituli statutorum confraternitatis fabrorum lignariorum civitatis Firmanæ quoad electionem officialium dictæ confraternitatis.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

§. 1. Pro injuncto infirmitati Nostræ sacrosancti apostolatus munere ad supremam totius catholicæ Ecclesiæ procurationem advigilentes maximis sollicitudinibus licet assidue urgeamur, ea quoque vehementer curare non omittimus, quæ cujuslibet peculiaris Ecclesiæ saluti, ac utilitati in Domino expedire intelligimus, quæque a luporum incursibus eas tutari, vel ab infectis pascuis Dominicum gregem salubriter arcere valeant.

Proœmium.

Expositio precum porrectorum.

§. 2. Cum itaque pro parte dilectorum filiorum fabrorum lignariorum confraternitatis sub titulo, seu invocatione sancti Josephi in metropolitana ecclesia Firmana canonice, ut asseritur, ab anno usque MDLXXXVI. erectæ expositum fuerit, inter suæ confraternitatis statuta ordinaria, et apostolica auctoritate a felicis recordationis Clemente pp. XII. prædecessore Nostro per literas in forma Brevis communita hoc legi capitulum tenoris, qui sequitur, videlicet.

Della elezione del nuovo priore, e consiglieri.

CAP. III.

Tenor capituli inserti in statuto confraternitatis, et cujus reformatio expostulatur.

§. 3. L' elezione del padre priore e de' consiglieri si farà, in questo modo, che siegue, cioè, che ogni seconda domenica di febbraro debbano radunarsi col priore, o con quello, che sarà in suo luogo nel nostro solito oratorio tutti i fratelli, o la maggior parte di essi, o almeno ventiquattro di loro, e chiamati due religiosi, o cappellano dal provveditore, leggasi dal cancelliero il presente capitolo, con li due decreti emanati l' uno dal fu monsig. arcivescovo Gianotto Gualterio, e l'altro dall' emo Cenci, confermati dal presente illmo, e rmo arcivescovo, e manifestati poi quelli, a quali è vietato l' avere officio, secondo, che si dirà al suo capitolo, affinchè si ponga in esecuzione quel tanto, che si deve. Fatto questo, mandansi li medesimi poi in luogo destinato, e dicansi la preci, e le orazioni solite dal p. priore, esortando li fratelli a far buona elezione di officiali di tali qualità, per le quali possano, e debbano meritamente esser capi, e guide di tutti gli altri: fatto ciò il p. priore prima, li due consiglieri poi, e gli altri officiali di mano in mano, e finalmente tutti gli altri fratelli ad uno ad uno a dare i loro voti in persona di chi secondo la loro coscienza giudicheranno esser più degno, o più abile a tale ufficio, e quello, che alla fine avrà più voti, s' intenda esser legittimamente eletto per un anno prossimo avvenire. E se per avventura si trovassero alcuni eguali i voti, riducasi l' elezione alla sorte in questo modo. Scrivansi segretamente in polizette li nomi di quelli, che sono pari in voti, e pongansi dette polize in vaso, o cappello, di poi il priore ne cavi fuori una, e quello, a cui verrà la sorte, s' intenda essere eletto al priorato. Manifestato il nuovo priore da' medesimi religiosi, quali dovranno abbruciare il foglio de' voti in esso descritti, affinchè non si possa avere alcuna notizia di chi ne abbia più avuti, si abbino a creare li due consiglieri tutti nel medesimo modo, che si è detto del priore con *questa distinzione però, che il priore col secondo consigliere sia sempre un falegname, ed il primo consigliere col provveditore uno di campagna*, il che fatto cantansi da maestri de' novizj il Te Deum Laudamus, e l' orazione Deus qui corda fidelium etc. dal priore: e poi ciascun fratello se ne vada a far riverenza al nuovo priore in segno dell' obbedienza, che da tutti gli si deve.

Impetratio reformationis ipsius capituli.

§. 4. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, confratres extra cœtum confratrum fabrorum lignariorum adsciti ægre ferrent hujus capituli dispositionem, illiusque observantiam summopere declinare studeant, et hinc discordiæ, ac dissentiones inter ipsos, et fabros lignarios, unde eos uberes bonorum operum fructus, quorum intuitu hujusmodi laicorum confraternitates in Ecclesia Dei pie, sancteque fuerant institutæ, haud sperari possint; hinc præfati exponentes paois, et charitatis cultores, cum parvæ res concordia crescant, discordia maxime dilabantur, humiliter supplicari Nobis fecerunt, ut hujusmodi contentionum, sussurrationum, detractionum, et seditionum zizania, quam inimicus homo superseminare tentaverat, opportune auctoritate Nostra priusquam subolescat, in semine elidatur.

Tenor reformationis decretæ.

§. 5. Nos igitur piis eorumdem confratrum fabrorum lignariorum precibus hac in re, quantum in Domino credimus, favorabiliter annuere volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, statuta hujus confraternitatis, quoad electionem officialium sic reformare intendimus: volumus quippe, ut in electione officialium facienda initio proximi anni prior, et secundus consiliarius e cœtu confratrum fabrorum lignariorum eligatur; primi vero consiliarii officium alteri ex cæteris confratribus extra præfatum cœtum cooptatis conferatur; in subsequenti autem anno primi consiliarii munus alter ex confratribus fabris lignariis exerceat; in priorem porro, et secundum

consiliarium duo ex aliis memoratis confratribus adscitis deligantur, adeo, ut alternis vicibus, ac annis ad hujus reformationis tramites in posterum, et perpetuo hæc officia conferantur, eaque propter auctoritate apostolica, tenore præsentium præfata statuta in ea dumtaxat parte, quæ ad electionem officialium spectat, quæque desuper fuit inserta, emendamus, ac reformamus; volentes propterea quamcumque electionem, quæ adversus præsentem statutorum reformationem facere in posterum præsumeretur, nullam, invalidam, ac irritam reputari, ac pro nulla, invalida, et irrita haberi.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 6. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 7. Non obstantibus, præfatorum statutorum confirmatione a felicis recordationis Clemente pp. XII. per literas in forma Brevis facta, rescripto alias a Nobis ad tempus concesso ad compescenda suborta dissidia, et aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die vicesima nona novembris millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

LCXIII.

Dat. die 29 novembris 1777. Anno III.

Indultum ut in perpetuum missa et officium beatæ Mariæ virginis septem dolorum sub ritu duplici secundæ classis in diœcesi Mexicana recitari possit.

Pius pp. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

§. 1. Apostolici muneris, quod ineffabilis Dei bonitas humilitati, atque infirmitati Nostræ, committere dignata est, ratio est, ut beatæ Mariæ virginis præsertim, quæ in suæ peregrinationis tempore cæteras creaturas tot cœlestibus gratiis, ac favoribus longe præstitit, et nunc in cœlis Nos homines peculiari modo protegit, ac fovet, quæque in acerbissima Christi domini passione fuit atrocibus doloribus perfixa, cultum, ac venerationem in terris eo meliori modo, quo in Domino credimus ad omnipotentis Dei gloriam, fideliumque edificationem, ac solamen promovere studeamus.

Tenor precum porrectarum.

§. 2. Cum itaque capitulum ecclesiæ metropolitanæ, et clerus civitatis, et diœcesis Mexicanæ in Indiis Nobis exponi fecerint, officium, et missam beatæ Mariæ virginis sub invocatione septem dolorum, quod ab ipsis usque adhuc sub ritu duplicis majoris feria sexta post dominicam Passionis recitatum, et respective celebrata fuit sub ritu duplicis secundæ classis celebrari, ac recitari posse plurimum desiderarc.

Concessionis tenor.

§. 3. Nos piis ejusdem capituli, ac cleri votis hac in re, quantum cum Domino credimus, favorabiliter annuere volentes, atque eorum exponentium singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum in civitate, ac tota diœcesi Mexicana feria vi. post dominicam Passionis officium sub ritu duplici secundæ classis recitari, ac missam celebrari libere, et licite possint, auctoritate Nostra apostolica tenore præsentium concedimus et indulgemus.

Derogatio contrariorum. §. 4. Non obstantibus decretis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, ac dicti cleri etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis. §. 5. Volumus autem, ut earumdem literarum transumptis etiam impressis manu alicuius notarii publici subscriptis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ adhiberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum die 29. novembris 1777. pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 6 Decembris 1777 Anno III.

CLXIV.

Confirmatio erectionis venerabilis congregationis piarum operariarum beatæ Immaculatæ Conceptionis in civitate Asculi in Piceno, cum gratiarum, et privilegiorum concessione.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Prœmium. §. 1. Ex quo divina majestas ad pastoralis officii fastigium Nos quamquam immeritos evexit, quantum in Nobis fuit superno auxilio freti, conati sumus, ut divinus cultus, et catholicæ fidei propagatio, et animarum salus, opportunis remediis augeatur; et propterea ex nulla re majus solatium reportamus, quam cum nuntia Nobis optatissima afferantur, quod aliqui in vinea Domini cooperatores totis viribus adlaborent, ut Christifideles a prima usque ætate ad arctam salutis viam dirigantur, et ne ab hujus seculi illecebris divertantur, monasteria, scholas, aliaque loca pia erigendo, vel etiam propriis expensis dotando: quorum sane solicitudines intentis studiis, omnique alacritate promovemus, favoribusque et gratiis prosequimur opportunis, prout conspicimus in Domino salubriter expedire.

Tenor preeum porrectarum. §. 2. Cum itaque exponi Nobis nuper fecerit venerabilis frater Franciscus Antonius Marcucci ab Immaculata Conceptione nuncupatus, episcopus Montisalti, et in alma urbe vicesgerens, quod dudum et ab anno usque MDCCXLIV. fuerat ab ipso in civitate Nostra Asculi in Piceno erectum, atque institutum, propriisque sumptibus dotatum monasterium oblatarum sub titulo ac habitu Immaculatæ Conceptionis beatæ Mariæ virginis, quæ puellarum christianæ aedncationis ac disciplinæ, aliisque similibus pietatis et charitatis operibus jugiter vacassent, idque per triginta et tres solidos annos, non sine notabili piarum animarum spirituali consolatione, divinique cultus augumento præstiterint et de præsenti quoque præstent; Nobisque propterea humiliter supplicari fecerit, ut memoratis oblatis piarum operariarum titulum ac nomen in posterum concedere, earumque congregationem confirmare, necnon indulgentias, peccatorum remissiones tum personales, tum reales, ac locales, ceteraque indulta alias a summis pontificibus prædecessoribus Nostris monialibus Conceptionistis, et sororibus seraphici ordinis sancti Francisci de Assisio nuncupatis, concessa indulgere dignaremur.

Tenor confirmationis, et concessionis indultorum. §. 3. Nos igitur ejusdem Francisci Antonii exponentis precibus, ut ad pia et religiosa opera hujusmodi exercenda præfatæ oblatæ juxta earumdem institutum promptiores reddantur, ac fructus bonorum operum, quos uberes usque adhuc protulerunt, eosdem uberes etiam in diem afferant, quantum hac in re in Domino possumus, specialibus favoribus et gratiis prosequi volentes, et a quibusvis suspensionis et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure vel ab homine, quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existat, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, et absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc hu-

militer porrectis inclinati, prædictis oblatis ut supra erectis, titulum ac nuncupationem piarum operariarum concedimus, adeout in posterum hoc titulo in omnibus instrumentis, cæterisque actibus tum publicis tum privatis uti ac frui libere possint ac valeant, decernimus ac declaramus; earumdem itidem congregationem, erectionem, ac institutionem approbamus et confirmamus, illisque perpetuæ et inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes et singulos tam juris, quam facti defectus, sicut desuper quomodolibet intervenerint, supplemus. Indulgentias pariter et peccatorum remissiones tam personales, et reales, quam locales, etiam plenarias, aliasque spirituales gratias, ac cetera indulta monialibus Conceptionistis, vel sororibus seraphici ordinis sancti Francisci de Assisio nuncupatis, hactenus per summos pontifices prædecessores Nostros, seu per illos ipsos concessas, etiam specifica et individua mentione, et expressione dignas, et quibus eædem moniales Conceptionistæ, et sorores seraphici ordinis sancti Francisci, ex prædecessorum Nostrorum indulto de præsenti utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, ac uti, frui, potiri, ac gaudere possunt, pari modo uti, frui, potiri, ac gaudere libere ac licite possint et valeant in omnibus et per omnia, perinde ac si indulta, gratiæ, indulgentiæ hujusmodi ipsis piis operariis, seu oblatis præfatis specialiter concessæ reperiantur, apostolica pariter auctoritate tenore præsentium concedimus, et impertimur.

Præfinitio jurisdictionis cui piæ operariæ subjici debent

§. 4. Volumus tamen et perpetuo decernimus ac declaramus, quod memoratæ piæ operariæ nunc, et in posterum subjectæ remaneant omnimodæ jurisdictioni episcopi Asculani pro tempore existentis, necnon præsidentis ab eo approbandi, quibus illarum regimen tam spirituale, quam temporale, ac administrationem similiter perpetuo concredimus.

Exemptio a jurisdictione ordinarii Asculani usque ad obitum fundatoris.

§. 5. Volentes tamen ac declarantes, ut in memoratum Franciscum Antonium episcopum, illarum fundatorem, ob maximam illius solicitudinem ac studium in Christifidelium salutem cooperandam, Nostræ et apostolicæ benignitatis, et munificentiæ significationes conferamus, quod ipse, qui in præsenti, sicuti illarum præses, eas regit et gubernat, in posterum, et usque dum vivat eas tam spiritualiter quam temporaliter libere ac licite possit ac valeat, independenter omnino ab episcopi Asculani jurisdictione; a qua ad hunc effectum, et usque dum prædictus Franciscus Antonius vivat, eximimus ac liberamus.

Licentia fundatori concessa commutandi regulas.

§. 6. Imo cum ex longa ac diuturna triginta trium annorum experientia compertum sit, nonnullas ex statutis regulis, ordinationibus ac institutis reformatione indigere, eidem Francisco Antonio, ut eas mutare, alterare, moderari, prout in Domino censebitur, libere ac licite possit ac valeat, committimus et indulgemus.

Clausulæ salutares

§. 7. Decernentes ipsas præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere ac fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtinere, ac illis ad quos spectat et pro tempore spectabit, in omnibus et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari.

Decretum irritans.

§. 8. Sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios et delegatos, etiam causarum palatii apostolici auditores, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

9. Non obstantibus Nostra et cancellariæ apostolicæ regula de non concedendis indulgentiis ad instar, aliisque constitutionibus et ordinationibus apostolicis, aliisque quibusvis etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis; statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis et literis apostolicis, in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plena, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus; cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die sexta decembris millesimo septingentesimo septuagesimo septimo pontificatus Nostri anno tertio.

Dat. die 12 decembris 1777. Anno III.

CLXV.

Confirmatio indulti camerario fabricæ tributi ven. ecclesiæ cathedralis Urbevetanæ cooperiendi scamnum panno viridi.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium

§. 1. Romanus pontifex altissimi regum regis, et dominantium Domini in terris vicesgerens inter gravissimas sui apostolatus curas, quibus assidue premitur, hanc quoque sollicitudinem peculiari studio suscipere consuevit, ut ii, qui devotione, ac fide erga sanctam Sedem maxime commendabiles dignoscuntur, honoribus, et praeminentiis, sua, et Sedis apostolicæ benignitate decorentur, præsertim cum hi Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominio temporali subditi sint, quo beneficio devincti, et in eadem devotione, ac fida erga ipsam Sedem apostolicam sincere persistant, et eorum exempla alii ad similia præmia promerenda inducantur.

Expositio precum porrectarum.

§. 2. Hinc cum Nobis pro parte dilectorum filiorum nobilium civitatis Nostræ Urbevetanæ expositum fuerit, alias a felicis recordationis Benedicto XIV. prædecessore Nostro supplicationibus confalonerio, et conservatoribus dictæ civitatis per literas in forma Brevis expeditas xxix. julii 1750. ad consulendum bonorificentiæ officii, ac decori camerarii fabricæ cathedralis ecclesiæ Urbevetanæ fuisse perpetuo statutum, ac ordinatum, quod deinceps pro tempore existens camerarius in quibusvis publicis functionibus in ecclesia cathedrali prædicta pro tempore habendis, quibus dilecti itidem filii magistratus civitatis præfatæ interesse solent, locum subtus scamnum, quo magistratus hujusmodi in dictam ecclesiam gaudet, ac sedem vulgo, ut dicitur, *camerale*, ac scabellum, vulgo *inginocchiatojo*, ac stratum vulgo *suppedane* semper habere, illisque libere, et licite uti, et potiri, ac gaudere possit, et valeat. Cum autem sicut eadem expositio subjungebat, præfatum scamnum nullo panno esset coopertum, unde vix, ac pene vix quidem a certis communibus scamnis secerneretur, hinc prædicti exponentes novas preces obtulerunt recolendæ memoriæ Clementi XIV. itidem prædecessori Nostro pro concessione indulti, ad hoc, ut præfatum genuflexorium camerario fabricæ concessum panno viridi decenter cooperiatur, idemque camerarius post magistratum immediate per ministrum superpelliceo indutum thurificetur unico ductu, et denique in missa solemni per ejusmodi ministrum detur pax cum instrumento ab ipso osculando.

Privilegium tributum a Clemente XIV.

§. 3. Ipse vero Clemens prædecessor Noster hujusmodi supplici libello cum consilio venerabilium fratrum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacrorum rituum negotiis deputatorum benigne indulserit; Nobis propterea præfati nobiles exponentes humiliter supplicari fecerunt, ut nedum præfatas literas Benedicti XIV. prædecessoris Nostri in forma Brevis expeditas, et memoratum Clementis XIV. itidem prædecessoris Nostri decretum, ut firmius subsistant auctoritate Nostra apostolica confirmare; sed etiam duo pulvinaria panno viridi colore cooperta supra præfatum genuflexorium alias camerario concessum imponenda concedere, ac indulgere dignaremur.

Confirmatio, et ampliatio ejusdem privilegii.

§. 4. Nos igitur eorumdem exponentium in Nos, et sanctam Sedem fidei, ac devotionis merita, paternæ dirigentes considerationis intuitum, ac ipsos hac in re quantum cum Domino possumus, specialibus gratiis, et favoribus prosequi volentes, et eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerint, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, et supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, præfatas literas recolendæ memoriæ Benedicti XIV. prædecessoris Nostri in forma Brevis expeditas in ea parte, quæ usum scamni, scabelli, ac strati supplicationibus impartitur, et rec: mem: Clementis XIV. itidem prædecessoris Nostri rescriptum apostolica auctoritate tenore præsentium confirmamus, illisque inviolabilis apostolicæ firmitatis robur adiicimus, et quatenus opus sit, auctoritate, et tenore prædictis denuo concedimus; insuper præ oculis etiam habentes honorificentiam, qua decet decorari præfatum camerarium, qui nulla utilitate memoratum officium exercet, in retributionem maximi laboris, quem in administrationem fabricæ ecclesiæ cathedralis Urbevetanæ impendere tenetur, eidem moderno camerario,

et omnibus deinceps existentibus, quod in futuris temporibus, et in quibusvis publicis functionibus in ecclesia cathedrali habendis, præfatis pulvinaribus penno viridi coopertis licite, ac libere uti, et potiri, ac gaudere possit, et valeat auctoritate, et tenore præsentis indulgemus, ac impertimur.

Clausula sublata et decretum irritans.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis, ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, ac cathedralis Ecclesiæ, illiusque almæ civitatis, magistratus, et aliorum etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus., et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscomque. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die xii decembris MDCCCLXXVII. pontificatus Nostri anno tertio.

CLXVI.

Dat. die 12 Decembris 1777. Anno III.

Erectio ecclesiæ Nanceyensis

Pius episcopus
servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam

Proemium.

§. 1. Ad universam agri Dominici curam et inspectionem ubi primum fuimus ex divinæ bonitatis consilio, nulloque Nobis assistente meritorum suffragio vocati, nedum Nos plane ad hoc constitutos esse intelleximus, ut juxta verbum propheticum prava germina evellere, ac noxia quæque curaremus destruere, ut fructuosa plantaremus, atque ædificaremus utilia, sed vicissim agnovimus vigilis esse, et industri agricolæ studium præcipuum, ut ubi inspexerit partem aliquam ipsius agri bonis undique florentem arboribus, et plantis illic satagat coloniam instruere, et novum præficere cultorem, ut circa eam duplicatis operariorum labore, et industria nullum in posterum, quod mereatur succidi germen appareat, sed herbis ita salubribus virescere videatur, ut dulcia pabula fiant, quæ gregem eo advenientem valeant saginare, ac denique repetente Domino cujusque villicationis rationem, et Nos de injuncto Nobis munere gaudeamus, et de traditis quisque sibi talentos relatis fructus uberius ei possit exhibere.

Christianissimus rex erectionem suadet et requirit, civitatis Nanceyensis demonstrato præstantia, et insignitas.

§. 2. Cum itaque ex insinuatione Nobis a carissimo in Christo filio nostro Ludovico Francorum, et Navarræ rege christianissimo per suas literas nuper facta acceperimus satis insigne nomine suo oppidum civitas nuncupatum Nanceyense Tullensis diœcesis in ducatu Lotharingiæ consistens, et ducatus ipsius caput, et princeps arce munitum, muroque circumdatum, publicis, privatisque ædificiis, ac satis pulchrisque semitis exornatum, nec non populi frequentia celebre, utpote triginta millium circiter habitatorum numero refertum, inter quos ecutum presbyteri fere numerantur ob situs amplitudinem, æris, et soli amœnitatem humanarum rerum ubertatem, ac præcipue pro eo quod in eodem oppido totus residet universi ducatus hujusmodi nobilium familiarum complexus, nec non ejusdem nominis parlamentum, seu suprema regalis curia, ac curia etiam præsidialis cum suo præside, et mareschallorum sedes, ac magistratus, seu jurisdictio aquarum,

et nemorum, et consularis justitiæ tribunal., ac militare guberoium, et insuper studiorum generalium, videlicet quatuor facultatibus constans theologiæ scilicet, juris utriusque, ac medicinæ, et artium universitas, ac præter illam unum itidem medicinæ, et alterum chirurgiæ regalia respective nuncupata collegia, nec non unum pariter Misericordiæ nuncupatum cum suis co isilio, advocatis, et procuratoribus pro carceratorum defensione, eorumque causarum patrocinio, ac alterum respective officia, seu collegia administrationis pariter nuncupatum pro pauperum colonorum epidemico morbo affectorum cura, et solamine respective constituta existunt. Et præter duodecim virorum, et decem mulierum diversorum respective ordinum conventus, et monasteria, ac septem parochiales ecclesias, quarum unaquæque Charitatis etiam nuncupatam domum pro administratione, et respectiva distributione eleemosynarum in pauperes illarum respective parochianos facienda annexam habet, ac tria xenodochia, pluresque laicorum canonice erectas confraternitates adest sæcularis et insignis collegiata primatialis nuncupata ecclesia sub invocatione Beatæ Mariæ Virginis apostolicæ Sedi immediate subjecta, ac forma quidem elegans, ampleque structuræ, cum choro, organo, campanis, cæmeterio, ac sacristia satis redditibus pro sacristaoi, et clericorum, nec non infrascriptorum, aliorumque famulorum, seu deservitorum stipendio dotata, sacrisve ad divina peragenda, et pontificalia etiam exercenda suppellectilibus, vasis, et ornamentis copiose instructa, et in qua collegiata ecclesia da sanctissimæ Crucis ligno pars notabilis, pluresque sanctorum reliquiæ, præsertim vero integrum corpus sancti Sigisberti, dum viveret in terris, Austrasiæ regis, et Lotharingiæ hujusmodi ducum, qui alias pro tempore fuerunt progenitoris, maxima sane magnificentia, et splendore asservantur.

Excellentia capituli celebratur.

§. 3. Ac cujus nobile, et insigne capitulum, primate scilicet qui prælatorum ad instar apostolica sibi auctoritate concessa indumenta defert, ac ejusdem collegiatæ ecclesiæ caput existit, omnimodamque jurisdictionem super infrascriptis dignitariis, et canonicis, aliisque prædictæ collegiatæ ecclesiæ membris exercet, ac mensam habet separatam, et distinctam a capitulari mensa infrascripta, quique primatiam inibi principalem, cui satis decens palatium pro commoda primatis hujusmodi habitatione, quæ etiam pro uno præsule sufficiens foret, in dicto oppido reperitur annexum, ac decano, qui decanatum secundam, ac cantore, qui cantoriam tertiam, ac scholastico, qui scholastriam quartam respective dignitates etiam inibi existentes, ad quas, dum illæ pro tempore vacant, nominatio personarum idonearum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti facienda ad prædictum Ludovicum regem vigore indulti eidem Ludovico regi apostolica auctoritate concessi semper, et omni tempora spectare dignoscitur, nec non viginti uno canonicis ex indulto apostolico talaris vestis violacei coloris, ac rocheti cum suis manicis, nec non mozzettæ ejusdem coloris usu gaudentibus, qui totidem canonicatus, totidemque præbendas, qui, at quæ (exceptis quatuor ex ipsis canonicatibus, et præbendis, qui clericis, seu presbyteris graduatis affecti sunt) non nisi personis probata generis nobilitate præstantibus conferri possunt, et ad quos canonicatus, et præbendæ etiam dum illi, et illæ pro tempore vacant, nominatio videlicet personarum etiam idonearum Nobis itidem, et Romano pontifici pro tempore existenti prædicto facienda in undecim cujuslibet anni mensibus ad eumdem Ludovicum regem vigore similis indulti apostolici, eorum vero, et earum etiam dum illi, et illæ pro tempore vacant in duodecimo, scilicet aprili cujuslibet etiam anni mense, collatio, provisio, et quævis alia dispositio ad pro tempore existentes primatem, ac capitulum, et canonicos dictæ collegiatæ ecclesiæ respective spectat, et pertinet, etiam respective obtinent, componitur. Ac cujus capitularis mensa satis superque proventibus est fundata, ac præter capitulares hujusmodi in ipsa collegiata ecclesia tres honorarii canonicatus, et plures semipræbendæ, ac duæ subcantoriæ, et octo vicariæ perpetuæ: tres quoque cappellaniæ, ac unum insuper officium bibliothecarii nuncupatum personalem residentiam respective requirentes, et requirens, ac servitium chori annexum etiam respective habentes, et habens, ac quorum, et quarum, ac cujus respectiva etiam illi, et illæ, ac illud dum pro tempore vacant collatio, provisio, et quævis alia dispositio ad eosdem primatem et capitulum, ac canonicos pro tempore existentes ipsius collegiatæ ecclesiæ ex indulto prædicto similiter spectat, et pertinet, ac quarum subcantoriarum,

et vicariarum, nec non cappellaniarum hujusmodi, dictique officii respective possessores pro tempore existentes ex prædicta capitulari mensa participant, ac inferiorem nuncupatum clerum in ipsa collegiata ecclesia constituunt, erecti quoque et instituti, ac erectæ, et institutæ, nec non erectam, et institutam respective etiam reperiuntur. Ac pro majori divinorum officiorum celebritate, et splendore unus phonoscus, et unus organista, nec non sex chori nuncupati adolescentuli, pluresve musici cantores et symphonistæ ex eisdem redditibus prædictæ sacristiæ mensuali sunt mancipati stipendio, ita idcirco celebre esse noscatur, ut inter illustriores Franciæ regni civitates jure merito recenseatur, et tam oppidum ipsum, ut ad episcopalis civitatis honorem evehatur, quam dicta collegiata ecclesia, ut ad cathedralis et primatialis ecclesiæ statum, ac dignitatem sublimetur respective digaum, et digna reputentur, proindeque idem Ludovicus rex pro ingenita ejus pietate considerans quoque unius episcopatus erectionis in dicto oppido faciandæ utilitatem jam alias, ut infra, probatam, intuitu nimi extensæ ac peramplæ Tullensis diœcesis mille et sexcentum terras inter et pagos complectentis jurisdictionis, cui unus tantum episcopus par esse nequit de suorum subditorum animarum salute, ac spirituali gubernio et regimine studiosus, atque solicitus erectionem hujusmodi per Nos fieri, piissimis etiam inclytæ semper memoriæ ajus in dicto regno immediate prædecessoris at avi, quæ, dum viveret, gerebat in corde votis hærendo vehementer desideret, suasque desuper in dictis literis Nobis, ut præfertur, datis de hoc preces adjunxerit.

Usque ab anno 1627, erectio episcopatus, probata fuera.

§. 4. Nos igitur qui ejusdem oppidi, ac prædictæ collegiatæ ecclesiæ tam insignibus prærogativis inspectis, atque ottendentes quod usque ob anno Domini millesimo sexcentesimo vicesimo septimo congregatio tunc existentium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium rebus consistorialibus præposita supplicante etiam tunc existente ejusdem Lotharingiæ duce pro hujusmodi erectionis effectu, audita prius relotione eorum, qnæ deducta fuerant, ax processu in partibus tunc desuper confecto, ac præmissis omnibus mature perpensis ad erectionem ipsam deveniandum fore censuit, prout in decrato ejusdem congregationis sub die prima februarii supradicti anni desuper edito plenius continetur, congruam esse censemus novæ sedis episcopalis in ipso oppido institutionem, eamque, ac omnia et singula per Nos, ut infra, disponenda catholicæ fidei propagationi, Christifidelium ædificationi, et spirituali consolationi, divinique cultus incremento valde profutura esse confidimus, eximium ejusdem Ludovici regis zelum, et religiosa desideria hujusmodi plurimum in Domino commendantes, atque apostolicæ Nostræ benignitatis ministerio prosequi volentes.

Ecclesia collegiata conversio in cathedralem ecclesiam.

§. 5. Motu proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine dictam collegiatam ecclesiam, et in ea nomen, titulum, denominationem, naturam, et essentiam collegialitatis tantum, ita ut illa ex nune collegiata esse desinat, ac de cætero uti talis amplius denominari, inscribi, censeri, vel reputari non possit, nec non primatiam prædictam, quæ ut pariter accepimus in titulum obtinetur ad præsens, ac cujus fructus, redditus, et proventus ad triginta tres florenos auri cum uno tertio alterius floreni similis in libris cameræ apostolicæ, ut etiam accepimus, taxati reperiuntur, illinsque titulum collativum, ac etiam nomen, denominationem, naturam, et essentiam dignitatis collativæ, ita quod illa etiam ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, ac de cætero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, aut impetrari, seu de illa quovis modo disponi amplius nequeat, et si illam ullo unquam tempora conferri, seu impetrari, vel alias de illa quovis modo disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant de ipsius Ludovici regis, nec non dilectorum filiorum moderuorum primatis, ac capituli, et canonicorum dictæ collegiatæ ecclesiæ respective consensu apostolica auctoritate prædicta ex nunc perpetuo respective supprimimus, at extinguimus, illisque sic suppressis, et extinctis prædictum oppidum in civitatem episcopalem Nanceyensem, ut prius nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ, at earum respective cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in fu-

turum; dictam vero collegiatam ecclesiam per Nos sic, ut præfertur, suppressam, et extinctam in cathedralem, et primatialem etiam ut prius nuncupandam ecclesiam Nanceyensem archiepiscopo Trevirensi pro tempore existenti suffraganeam, eique metropolitico jure subjectam sub invocatione ejusdem beatæ Mariæ virginis etiam ut antea extituram, et in ea sedem, et dignitatem episcopalem, et primatialem pro uno deinceps episcopo, et primate Nanceyense etiam ut antea nuncupando, qui eidem ecclesiæ, illiusque civitati Nanceyensi, ut præfertur, nuncupandis et diœcesi etiam Nanceyensi, ut infra assignandæ præsit, abbates inferiores, prælatos, et alios ad synodum convocet, ac omnia et singula jura, officia, et munia episcopalia habeat, et exerceat, cum suis capitulo, sigillo, arca, mensa episcopali, cæterisque cathedralibus, et pontificalibus insigniis, nec non juribus, jurisdictionibus, facultatibus, præeminentiis, prærogativis, privilegiis, honoribus, gratiis, favoribus, et indultis, realibus, personalibus, et mixtis, quibus aliæ cathedrales ecclesiæ præsertim dicti regni Franciæ, earumque præsules quomodolibet (non tamen titulo oneroso seu ex indulto, aut privilegio particulari) similiter utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt in futurum ad omnipotentis Dei laudem, et gloriam, Deiparæque virginis Mariæ honorem, fideique catholicæ exaltationem apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo erigimus, et instituimus. Deinde vero supradictum capitulum ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ in capitulum cathedrale, et primatiale Nanceyense etiam ut antea nuncupandum, ita tamen ut ob retentionem denominationis primatis, et primatialis hujusmodi nullum jus superioritatis, aut præeminentiæ supra cæteros episcopos cæteraque capitula cathedralium ecclesiarum prædicti ducatus Lotharingiæ tam episcopo quam capitulo Nanceyensi prædictis acquisitum esse censeatur.

Commutatio Signitatum, aliorumque officiorum

§. 6. Dictum vero decanatum, qui secunda in majorem post pontificalem hujusmodi per Nos, ut præfertur, erectam, ac prædictam cantoriam, quæ tartia in secundam, ac scholastriam hujusmodi, quæ quarta respective dignitates ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ hactenus, ut præfertur, existere in tertiam etiam respective dignitates, nec non eosdem viginti, et unum canonicatus, totidemque præbendas ipsius collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, eorumque, ac trium dignitatum hujusmodi, ut infra, subrogandarum respective modernos, et pro tempore existentes possesseres in totidem canonicatus, et præbendas, ac respective dignitarios, et canonicos, parique modo eosdem tres canonicatus honorarios, et semipræbendas hujusmodi, ac prædictas duas subcantorias, dictasque octo vicarias perpetuas, et easdem tres cappellanias, dictumque officium bibliothecarij, eorumque pariter, ac earum, et ejus respective possessores nunc, et pro tempore existentes in totidem etiam canonicatus honorarios, et semipræbendas, nec non subcantorias, ac vicarias perpetuas, et cappellanias, ac in officium bibliothecarij, et respective in totidem canonicos honorarios et semipræbandatos, nec non subcantores et vicarios perpetuos ac cappellanos et bibliothecarium dictæ cathedralis et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ et institutæ eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo respective substituimus, et subrogamus, ac substitutas, et subrogatas, nec non substitutos, et subrogatos, ac substitutum et subrogatum esse, et fore, omnesque et singulos tam dignitates, et canonicatus, ac præbendas, quam canonicatus honorarios et semipræbendas, nec non subcantorias, et vicarias, ac cappellanias hujusmodi, dictumque officium bibliothecarij respective nunc obtinentes prædictos in illarum, et illorum et illius respective per eos hucusque habita possessione absque alia eis desuper respective facienda provisione, et in eadem fructuum, redditunm et proventuum, quos de præsenti respective percipiunt fruitione libere, et licite remanere posse, ac debere salvis, firmis, et illæsis remanentibus favore eorumdem modernorum, et pro tempore existentium capituli, et canonicorum dictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis sic erectæ, et institutæ per Nos, ut præfertur, subrogatorum hujusmodi privilegiis, indultis, exemptionibus, libertatibus, immunitatibus, præeminentiis, insigniis, prærogativis, honoribus, indulgentiis, aliisque gratiis quibuscumque tam spiritualibus, quam temporalibus et mixtis; præsertim vero correctivam jurisdictionem super eisdem di-

gniteriis et canonicis ipsius cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ, illiusque absente futuro episcopo, ac primate supradicto, sicuti hucusque absente primate ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ et extinctæ jurisdictionem hujusmodi exercuerunt, ita etiam in posterum perpetuis futuris temporibus exercendi, ac statuta, ordinationes, et decreta pro regimine, et administratione fructuum, reddituum, proventuum, et bonorum dictæ mensæ capitularis, divinorumque officiorum celebratione, et ecclesiastica disciplina servanda, ac alias hactenus ædita, quoties opus fuerit, cum approbatione tamen ipsius futuri episcopi, ac primatis Nanceyensis pro tempore existentis reformandi, seu de novo edendi, et concedendi, nec non causarum, seu processuum capitulum, et canonicos prædictos ac alia membra dictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ respicientium appellationes a sententiis per ipsum futurum episcopum, et primatem Nanceyensem, seu illius vicarium in spiritualibus generalem pro tempore latis in secunda instantia de episcopali, et primatiali curia Nanceyensi ad dictam Sedem apostolicam, ut prius, immediate ferendi, et aliis respective juribus eisdem capitulo et canonicis, aliisque membris prædictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ, subrogatis hujusmodi apostolica, vel alia quavis auctoritate hactenus quomodolibet concessis, ac etiam de jure, consuetudine, privilegio, aut alias quomodolibet competentibus (dummodo tamen illa sint in usu, et revocata non sint, ac sacris canonibus, et constitutionibus apostolicis non repugnent) in omnibus, et per omnia perinde, ac si status collegialitatis hujusmodi minime immutatus foret eadem apostolica auctoritate perpetuo quoque decernimus, et declaramus: admittentes præterea favore dictorum capituli, et canonicorum tunc et pro tempore existentium prædictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ, quod ipse futurus episcopus, et primas Nanceyensis tam primo instituendus, quam pro tempore existens jurisdictionem episcopalem super dicta civitate Nanceyensi, et infrascripta sibi, ut præfertur, assignanda diœcesi per eum, ut præfertur, habendam cum ejus particulari jurisdictione super ipsa cathedrali, et primatiali ecclesia Nanceyensi per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta confundere nequeat, sed alios vicarium et officialem, ac promotorem deputet pro ipsis civitate, et diœcesi Nanceyensi, alios vero et distinctos vicarium, ac officialem, et promotorem pro dicta cathedrali, et primatiali ecclesia Nanceyensi per Nos, ut præfertur, erecta designet in modum, ut eveniente casu, ut ipse pro tempore futurus episcopus, et primas Nanceyensis dictam cathedralem, et primatialem ecclesiam per Nos, ut præfertur, erectam personaliter, ac per se ipsum visitare non possit, hujusmodi visitationis negocium alieni ex officialibus dictæ episcopalis jurisdictionis committere nequeat, sed pro ejusdem visitationis effectu vicarium pro dicta cathedrali et primatiali ecclesia Nanceyensi per Nos, ut præfertur, erecta sic designandum deputare teneatur. Quodque ipso pro tempore futuro episcopo, et primate Nanceyensi a civitate Nanceyensi prædicta per Nos etiam, ut præfertur, erecta absente ejus mandata, et ordinationes ad prædictam cathedralem, et primatialem ecclesiam Nanceyensem per Nos, ut præfertur, erectam, aut per se ipsum, aut per eumdem vicarium pro dicta sic erecta cathedrali, et primatiali ecclesia Nanceyensi, ut præfertur, designandum dirigantur, eademque vero absentia durante, institutiones in subcantoriis, et vicariis per Nos, ut præfertur, subrogatis hujusmodi eo tempore vacaturis ab ipso vicario pro dicta cathedrali, et primatiali ecclesia Nanceyensi, ut præfertur, erecta sic designando tantum dari debeant: parique modo, quod canonici, clerici ejusdem cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ pro tempore existentes, qui sacros ordines a dicto pro tempore futuro episcopo, et primate Nanceyensi utique debebunt suscipere, si tamen literis dimissorialibus indigeant, hujusmodi literæ non nisi ab ipso pro tempore futuro episcopo, et primate Nanceyensi, seu eodem vicario pro dicta cathedrali, et primatiali ecclesia Nanceyensi sic erecta, ut præfertur, assignando, cæteris aliis penitus exclusis dari possint, idemque servari debeat quoad approbationes eorum ex dictæ cathedralis et primatialis ecclesiæ Nanceyensis sic erectæ ad sacramentales excipiendas Christifidelium confessiones; quodque demum idem vicarius pro dicta cathedrali, et primatiali ec-

clesie Nancoyeasi, ut præfertur, erecta sic designandus sicuti retroactis temporibus, ita in posterum e gremio eorumdem capituli, et canonicorum dictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ per ipsum pro tempore futurum episcopum, et primatem Nanceyensem semper, et perpetuo desumi debeat. Ac insuper ut dicta cathedralis, et primatialis ecclesia Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erecta ex omni parte perfectior reddatur, ac majori ministrorum numero decoretur, in ea unum videlicet qui quarta, ec alterum archidiaconatus, qui quinta etiam inibi dignitates existant, eamque denominationem habeant; ec ea illis munus, et onera incumbant, quæ episcopo, et primati Nanceyensi primo instituendo prædicto magis videbuntur convenire, et ab ejus respective fuerint arbitrio declaranda, ac quorum tam a primæva erectione infrascripta vacantium, quam etiam in posterum dum illos pro tempore vacare contigerit collatio, provisio, et omnimoda alia dispositio ad ipsum pro tempore futurum episcopum, et primatem Nanceyensem semper, et omni tempore spectet, et pertineat, quique demum nulli expectativarum gratiæ ullo umquam tempore sint obnoxii, nec sub quocumque indulto comprehendi possint pro duobus presbyteris de nobili genere procreatis, seu graduatis, ac de gremio eorumdem canonicorum, seu alies indistincte ex personis ecclesiasticis ejusdem cathedralis, et primatialis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, erectæ desumendis (quod pariter ab ipso episcopo, et primate Nanceyensi primo instituendo ejus arbitrio, absque tamen variatione, semel præfiniri possit) futuris ejusdem cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ archidiaconis, qui ejusdem indultis, honoribus, prærogativis, privilegiis, et gratiis, quibus antedicti dignitarii, et canonici prædictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ, etiam, ut putatur, gaudent pariformiter gaudere; quique tamen ex dicta mensa capitulari nullo modo participes sint, sed eos tantum annueles redditus percipere debeant, qui ex dotatione a prædicto Ludovico rege, seu ab ipso futuro episcopo, et primate Nanceyensi in totidem fundis stabilibus, aut elias per viam unionis alicujus beneficii ecclesiastici, apostolica auctoritate facienda, non tamen alicujus ex beneficiis, quæ ad nominationem eorumdem capituli, et canonicorum dictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ existunt in posterum assignanda provenient dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo erigimus, et instituimus.

§. 7. Ac respective unum, et alterum archidiaconatus per Nos sic erectos hujusmodi capitulo dictæ cathedralis et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ, perpetuo pariter adjungimus, et incorporamus, illorumque futuros respective possessores archidiaconos pro tempore existentes inter illius capitulares, et membra comprehensos esse dicta apostolica auctoritate statuimus, atque decernimus; cum hoc tamen quod pro tempore respective provisi ab ipso pro tempore futuro episcopo, et primate Nanceyensi de uno, et altero per Nos, ut præfertur, erectis archidiaconatibus prædictis in mensibus Sedi apostolicæ reservatis novam de illis respective provisionem ab eadem Sede apostolica impetrare, et literas apostolicas expedire sub pœna nullitatis respectivo possessionis, et fructuum, redditunm, et proventuum perceptorum restitutionis omnino debeant. Mensæ autem episcopalis, et primatialis Nanceyensis per Nos, etiam, ut præfertur, erectæ dotationi ad hoc, ut idem pro tempore futurus episcopus, et primas Nanceyensis præsulia dignitatem decenter tenere valeat, providere volentes, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus cura, conventuque carentem, et personalem residentiam non requirentem prioratum sancti Dagoberti de Stenay nuncupatum antiqui ordinis sancti Benedicti Metensis diœcesis, qui, ut etiam accepimus ab infrascripto monasterio dependet, et a dicto nuper moderno primate ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ in commendam ad sui vitam ex concessione et dispositione apostolicis obtinetur ad præsens, ec cujus, et illi tamen annexorum fructus, redditus, et proventus vigintiquatuor ducatorum auri de camera hujusmodi secundum communem æstimationem valorem annuum, ut similiter accepimus, non excedunt, illiusque pariter titulum collativum, nomen, denominationem, naturam, et essentiam, necnon consuetudinem illum commendandi, ita quod ille pariter ex nunc deinceps perpetuis futuris temporibus collativus esse desinat, ac de cætero uti talis in titulum collativum, seu commendam qua-

Additio archidiaconatus inter capitulares cum eius privilegiis.

vis auctoritate conferri, seu commendari, vel impetrari, aut alias de illo quovismodo disponi amplius nequeat, et si illum ullo unquam tempore conferri, seu commendari, aut impetrari, vel alias de illo quovis modo, ut præfertur, disponi contigerit, collationes, impetrationes, commendæ, aliæque dispositiones de illo pro tempore quomodolibet factæ, nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti pariter existant, neminique suffrageotur, nec cuiquam jus, vel coloratum titulum possidendi tribuant, ex nunc de dicti nuper moderni primatis ejusdem collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, moderni prioratus hujusmodi commendatarii, nec non dilecti etiam filii moderni abbatis commendatarii monasterii abbatiæ nuncupati sanctorum Petri, et Pauli de Gorze etiam nuncupati eorumdem ordinis et diœcesis a quo prioratus hujusmodi, ut præfertur, dependet respective consensu apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo supprimimus, et extinguimus, illoque sic suppresso, et extincto, omnia, et singula tam dicti prioratus, quam primatiæ hujusmodi per Nos, ut præfertur, suppressi et extincti, ac suppressæ, et extinctæ, nec non monasterii ejusdem sancti Dogoberti insulæ Barrensis vulgo de Lisle nuncupati ordinis Cisterciensis, quod, ut pariter accepimus, alias prævis itidem illius suppressione, et extinctione apostolica auctoritate perpetuo factis eidem primatiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo unitum fuit respective fructus, redditus, et proventus, jura, bona, res, proprietates, obventiones, et emolumenta quæcumque eidem mensæ episcopali, et primatiali Nanceyensi per Nos, ut præfertur, aractæ; ita quod liceat eidem futuro episcopo, et primati Nanceyensi tam primo instituendo, quam pro tempore existenti ejus, ac dictæ mensæ episcopalis, et primatialis Nanceyensis sic erectæ nomine ejusdem prioratus, et primatiæ hujusmodi per Nos ut præfertur suppressi, et extincti, et suppressæ, et extinctæ, prædictique monasterii sancti Dogoberti, illorumque respective rerum, bonorum, proprietatum, fructuum, reddituum, proventuum, jurium, obventionum, et pertinentiarum quorumcumque, veram, realem, corporalem, et actualem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, ac respective bona, jura, res, et proprietates hujusmodi locare, dislocare, arrendare, ac respectivos quoque fructus, redditus, et proventus prædictos exigere, recipere, et levare, ac supportatis tamen prius per ipsum tam primo instituendum, quam pro tempore existentem episcopum, et primatem Nanceyensem omnibus, et singulis ejusdem prioratus, ac primatiæ hujusmodi per Nos, ut præfertur, suppressi, et extincti, ac suppressæ, et extinctæ, nec non prædicti monasterii sancti Dogoberti, si quæ sint, respective oneribus in suos, ac dictæ mensæ episcopalis, et primatialis Nanceyensis, sic ut præfertur, erectæ usus, et utilitatem convertere cujusvis licentia desuper minime requisita, eadem apostolica auctoritate similiter perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus, ac respective appropriamus.

§. 8. Nec non eidem pro tempore futuro episcopo, et primati Nanceyensi pro sui commoda, at sufficienti habitatione palatium supradictum, quod primatiæ prædictæ ante illius suppressionem, et extinctionem per Nos sic factas hujusmodi, ut præfertur, reperiebatur annexum dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo concedimus, et assignamus. Ac præterea, ut diœcesis Nanceyensis illiusque ecclesiæ episcopalis, et primatialis respective territorium constitui possit a diœcesi Tullensi unam Nanceyensis, ac aliam *de Mirecourt*, ac aliam *de Vezelize*, ac reliquam partes seu portiones districtuum, seu bajulivatuum vulgo *bailliages* nuncupatorum *de Vie* sub præfacturaMetensi vulgo *Intendenee de Metz* nuncupata existentis: et insuper unum *de Rosiere*, ac alium *de Luneville*, ac reliquum districtus, seu etiam bajulivatus vulgo, ut præfertur, *Bailliages* etiam nuncupatus de *Charmes* apostolica auctoritate prædicta perpetuo quoque dismembramus, dividimus, et separamus, ac respective primodictorum districtuum, seu bajulivatuum partes, seu portiones prædictas, nec non districtus, seu bajulivatus secundodictos sic dismembratas, divisas, et separatas, ac dismembratos, divisos, et separatos hujusmodi, et in eis respective consistentes, et consistentia parochiales (non tamen illas quæ in infrascripto concordato pro eadem Tullensi diœcesi reservatæ existunt) ac collegiatas, et alias ecclesias, monasteria, præposituras, præpositatus, prioratus, et alia quæcumque, quotcumque, et qualiacumque cum cura, et

Concessio palatii pro episcopi residentia, et territorii præfinitio.

sine cura secularia, et quorumvis ordinum regularia, beneficia ecclesiastica etiam si sæcularia, videlicet canonicatus, et præbendæ dignitates personatus, administrationes, et officia etiam curata, et electiva etiam in collegiatis, aliisque ecclesiis: regularia vero beneficia hujusmodi præpositurae, dignitates etiam canonicales, personatus, administrationes et officia etiam claustralia cappellaniæ, et cappellæ sint, et ad dignitates, prioratus, præposituras, et præpositatus hujusmodi consueverint, qui per electionem assumi primodictorum districtuum, seu bajulivatuum primodictorum, partium seu portionum prædictarum, nec non districtuum, seu bajulivatuum secundodictorum utriusque sexus personas, habitatores, et incolas, tam laicos, quam clericos, presbyteros, beneficiatos, et religiosos quoscumque cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria jurisdictione, potestate, et superioritate venerabilis fratris Nostri moderni, cujus etiam ad hoc expressus accedit assensus, et pro tempore existentis episcopi Tullensis, ac de consensu pariter dilectorum etiam filiorum modernorum capituli, et canonicorum dictæ cathedralis ecclesiæ Tullensis dicta apostolica auctoritate ad formam et tenorem ipsius infrascripti concordati itidem perpetuo sejungimus, at eximimus, dictumque appidum in civitatem episcopalem per Nos, ut præfertur, arectum, nec non unam Nanceyensis, ac aliam *de Mirecourt*, ac aliam *de Vezeliza*, ac reliquam partes, seu portiones prædictas districtuum, seu bajulivatuum primodictorum *de Vic* respective nuncupatorum sub præfectura Metensi hujusmodi, ut præfertur, existentis, ac unum *de Rosiere*, ac alium de Luneville, ac reliquum districtus, seu bajulivatus secundodictos *de Charmes* respective etiam nuncupatos per Nos, ut præfertur, dismembratas, divisas, et separatas, ac dismembratos, divisos, et separatos, et in eis respective, ut præfertur, consistentes, et consistantia parochiales (non tamen illas pro eadem diœcesi Tullensi in infrascripto concordato hujusmodi, ut præfertur, reservatas) ac collegiatas, et alias ecclesias, monasteria, præposituras, præpositatus, prioratus, aliaque supradicta secularia, et regularia beneficia earumdamque districtuum, seu bajulivatuum primodictorum partium, seu portionum ac districtuum, seu bajulivatuum secundodictorum sic, ut præfertur, dismembratorum, et exemptorum, ac dismembratarum, et exemptarum hujusmodi respective habitatores, et incolas tam seculares, quam ecclesiasticas personas, et quorumvis ordinum regulares personas superius expressas novæ ecclesiæ episcopali et primatiali Nanceyensi per Nos, ut præfertur erectæ, illiusque futuro præsuli pro suis civitate, territorio, diœcesi, clero, et populo apostolica auctoritate prædicta similiter perpetuo assignamus, et respective supponimus, atque subjicimus: ulterius vero sperantes, quod in posterum idem Ludovicus rex pro ejus singulari in Deum pietate, ac de catholicæ fidei propagatione zelo eo magis incensus alia similia, aut majora ad regis æterni gloriam, et honorem facere possit, eidem Ludovico regi, ejusque successoribus Franciæ regibus jus nominandi Nobis et Romano pontifici pro tempore existenti infra tempus a jure præfixum ad prædictam episcopalem, et primatialem ecclesiam Nanceyensem tam hac prima vice a primævis illius erectione, et institutione per Nos, ut præfertur, factis pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties eam pro tempore quomodolibet, non tamen apud Sedem apostolicam prædictam etiam pastoris solatio destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et eumdem Romanum pontificem pro tempore existentem ad nominationem hujusmodi eidem ecclesiæ Nanceyensi, ut præfertur, erectæ, in episcopum et primatem præficiendum eadem apostolica auctoritate pariter perpetuo reservamus, concedimus, et assignamus.

Jus nominandi episcopum canonicos, dignitates, aliosque beneficiatos regi christianissimo; cum suis declarationibus conceditur.

§. 9. Nec non jus nominandi hujusmodi ad dictam episcopalem, et primatialem ecclesiam Nanceyensem per Nos, ut præfertur, erectam regium existere, eidemque Ludovico regi, ejusque successoribus Franciæ regibus prædicto in indemnitatem abdicati per ipsum Ludovicum regem juris nominandi ad dictam primatiam per Nos etiam, ut præfertur, suppressam, et extinctam semper, et perpetuo competere, illudque vim, effectum, naturam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem juris nominandi regii hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione etiam cum quibusvis proegnantissimis, et efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione etiam per viam constitutionis, legis, regulæ cancellariæ apostolicæ, aut alias quomodolibet facta nullatenus comprehendi, ne-

que illi ullo unquam tempore ex quavis causa derogari posse, neque debere dicta apostolica auctoritate statuimus, atque decernimus, declarantes præterea quod non obstante status immutatione dictæ collegiatæ ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, et in cathedralem, et primatialem ecclesiam Nanceyensem etiam, ut præfertur, erectæ, nec non subrogatione decanatus videlicet prædicti in majorem post pontificalem, et primatialem hujusmodi, ac cantoriæ in secundam, et scholastriæ prædictarum in tertiam respective dignitates ejusdem cathedralis et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ, etiam, ut præfertur, facta, nihilominus idem Ludovicus rex, ejusque successores reges prædicti scilicet in prædicta nominatione personarum idonearum Nobis, et Romano pontifici pro tempore existenti, ut supra facienda ad prædictas tres dignitates quocumque tempore, ac ad dictos vigintiunum canonicatus, totidemque præbendas ejusdem cathedralis et primatialis ecclesiæ Nanceyensis sic erectæ, ut præfertur, per Nos subrogatas, et respective subrogatos hujusmodi in undecim cujuslibet anni mensibus tantum quovismodo respective vacaturas, et vacaturos, ut prius futurus vero pro tempore existens episcopus Nanceyensis prædictus, etiam in sua primatis Nanceyensis qualitate, nec non capitulum, et canonici dictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis, ut præfertur, erectæ nunc et pro tempore existentes prædicti in eadem nominatione, et respective collatione, provisione, omnimodaque dispositione eorumdem et vigintiunius canonicatuum, totidemque præbendarum hujusmodi in mense aprili dumtaxat, cujuslibet etiam anni similiter quovismodo extra Romanam curiam in posterum vacaturorum, quam etiam in nominatione, seu præsentatione personarum itidem idonearum ad tres canonicatus honorarios hujusmodi, ac ad dictas duas subcantorias, ac octo vicarias prædictas, dictasque tres cappellanias, nec non ad dictum officium bibliothecarii, et ad alia beneficia ecclesiastica in cathedrali, et primatiali ecclesia sic erecta sita, si quæ sint, in posterum etiam quovismodo respective vacaturos, et vacaturas ac vacaturum, et vacatura in eis, et eo ad nominationem, seu præsentationem hujusmodi per dictum pro tempore futurum episcopum, et primatem Nanceyensem, sive ejus vicarium prædictum pro dicta cathedrali, et primatiali ecclesia Nanceyensi, ut præfertur, erecta, ut supra, designandum respective, ut præfertur, instituendarum. Ac denique dilectus similiter filius modernus, et pro tempore existens abbas regularis cujusdam monasterii ordinis Cisterciensis in nominatione pariter per eum, ut etiam accepimus, hactenus habita ad unum, et unam ex eisdem vigintiuno canonicatibus, totidemque præbendis dictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis, ut præfertur erectæ, ut antea, respective continuare libere, et licite possit, et debeat.

Præcipitur expeditio literarum, ut electi in possessionem mitti possint.

bon être encor, que le cas ne fussent nommement designé, en ces presentes et requisent un mandement plus speciale s'associer à l'effet de ce que dessus telles personnes qu'il jugerà à propos substituer une ou plusieurs personnes en tout ou partie des presentes pouvoirs. Promettant avoir le tout pour agreable s'engageant à rattifier et faire rattifier tous acts que mon dit seigneur procureur passerà à l'effet des presentes et ce dans la mois obligeant ec. Fait et passé en l'hotel de mon dit seigneur le doyen la troisieme may mil sept cant soixante seine deux heures de relevée, et ont mes dits saignaurs signé avec les dits notaires après lecture faite sigoées à la minute. L'abbé de Ventoux Doyan Pallas Montignot, et La Cour sigeés la capelle et Ulriot notaires royaux et apostoliques controlé a Taul le trois may mil sept cent soixante seize recus 28. sols signé Ulriot. Expedié par le notaire royal et apostolique depositaire de la minute susdite et sousigné » signé la capelle et vict » En marge est ecrit » Scalle à Toul avec V. pour pa aphe au dessùs insinué et controlé au Greffe des insinuations ecclesiastiques a Toul le iv. may 1776. signé r. Vincent avec paraphe » Estrait des registres capitulaires de l'eglise cathedrale de Toul » du vendredy trois may 1776. ce jourdhuy le chapitre après avoir été annoncée au son de la cloche, et iotimé par l'un des huissiers capitulaires a été assemblé à l'issue de la messe canonicale au lieu, et eo la maniera accoutumée » massieurs ont deputé messieurs Clauds Francois Pagal de Vantoux chanoine et doyeo da l'eglise cathedrale, Francois Bernardin Pallas chanoine president du chapitre, Henry Montignot, et Jean Etienne La Cour chanoines de la même eglise à l'effet de passer pardevant les notaires apostoliques de la ville de Toul une procuration à monsaigneur l'eveque de Toul de consentir, au nom des messieurs les venerables doyen chanoines et chapitre de l'eglise de Toul, à l'erection d'un evéche à Nancy et d'un evécha à saint Diez demembrement du territoire da l'avéche, et diocese assignation du dit tarritoire aux dits evechas da Nancy et saint Diez à eriger la tout aux termes clauses et conditions de la procuration a faire, et les quelles clauses et conditions ont été arretés et approuvées au chapitre daliberé en chapitre les jour et an susdits » Signé Pallas president Pierron secretaire controllé à Toul le trois may 1776 signé Ulriot » pour copie conforme a l'original à Toul la sept may 1776 » signé Pierron secretaire avec paraphe » Pardevant les conseillers du roy notaires royaux et apostoliques de l'evéche et diocese da Toul bien et dûemeat immatriculés au bailliage royal en et l'officialité de la meme ville y residents soussignés. Furent presents messieurs Brice Thomas Tardif, Pierre Francois Rochard, et Antoine Charlas Rollin chanoines et archidiacres de l'eglise cathedrale da Toul, le premier archidiacre de Port, le second de Vitel, et le troisieme de Voges, les quels ont dit et declaré que les futurs diocesés de Nancy et saint Diez devant d'etre composées de la portion du diocese de Toul qui contient les cures, et annexes depandantes de leurs archidiaconés respectifs, sur les quelles ils out des droits honorifiques et utils ils ont supplié monseigneur leur evêque de pour eux, et en leur nom en la qualité qu'ils agissent consantir purement, et simplement à l'arection des evéches de Nancy et saint Diez et se deporter da tous leurs droits sur les paroisses, et autres eglises qui composeront ces deux nouveaux evéches priant mon dit seigneur evêque de Toul de leur procurer tant pour le preseot, que pour l'avenir les indemnitées qu'il trouverà convenable » Est aussi comparu monsieur Nicolas Dehuz pretre chanoine, et grand archidiacre de la dite eglise cathedrala de Toul, la que a aussi supplié monsieur l'evêque de Toul de pour lui, et en son nom consentir puroment et simplement à la distraction das paroisses de Chaligny et des Maron qui font partie du grand archidiacone pour etre desormais du diocese da Nancy et de Maron qui font partie du grand promettant mes dits seigneurs comparent, en la qualité qu'ils s'agisseot d'avoir pour agreable tont ce qui se rà fait par se grandeur en execution de la presente procuration et de n'y jamais contrevenir obligeant ec. fait et passé à Toul aux etùdes avant midi le dixieme may mil sept cent soixante seize, et onte mes dits seigneurs comparents signé avec les dits ootaires apres lecture faite ainsi Dehuz Tardif chanoine archidiacre da Port, Rochard archidiacre de Vitel, Rollin archidiacre de Voges Ulriot, at la capelle en la minute controllé au

» bureau de Toul à l'instant demeurée » et registrée de monsieur la capelle » pour copie delivrée par le sousigné » notaire royal et apostolique depositai- » re de la minute signé la capelle avec » paraphe » En marge est écrit » Scellé » à Toul le dit jour avec paraphe au » dessous insinué et controllé au Greffe » des insinuations ecclésiastiques à Toul » le dix may mil sept cent soixante » seize, signé p. Vincent avec paraphe » » Il est ainsi ces dites pieces duément » legalisées veritables, et annexes com- » me dit est à la minute de l'acte dont » l'expedition est des autres part le tout » en la possesion du dit monseigneur » Cordier notaire » Cordier » Momet » » scellé le dit jour.

Ipsius concordati executio, et observantia præcipitur.

§. 13. Decernentes propterea dictum concordatum, ut præfertur, initum ac etiam, ut præfertur, approbatum, et confirmatum in omnibus, et per omnia suos plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, nec non a dictis modernis Tullensi, et sancti Deodati, ac futuro, et pro tempore respective existentibus Nanceyensi respective episcopis, et ab omnibus aliis in eodem concordato, ut præfertur, inito, ac per Nos etiam, ut præfertur, approbato, et confirmato expressis personis ad quas nunc spectat, et pertinet, ac spectare, et pertinere potest, et poterit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter, atque inconcusse observari; et adimpleri debere, illosque a dicto concordato, ut præfertur, inito, ac per Nos etiam, ut præfertur, approbato, et confirmato, nulloque unquam tempore quovis prætextu, seu quavis occasione, vel causa resilire, vel recedere posse, imo ad integram illius observantiam teneri, ita ut quæcumque per eosdem modernos Tullensem, et sancti Deodati, ac futurum, et respective pro tempore existentes Nanceyensem respective episcopos prædictos, et quoslibet alios contra dicti concordati, ut præfertur, initi, et per Nos etiam, ut præfertur, approbati, et confirmati formam, et earumdem præsentium tenorem, et continentiam quandocumque faciendæ dispositiones nullæ prorsus, et invalidæ, ac insubsistentes sint, ac tales fore, et esse censeri debeant, ac easdem præsentes semper et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque integros, et plenarios effectus etiam sortiri, et obtinere, ac ab omnibus, et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter quoque, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel qualibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causæ, propter quas eædem præsentes emanarunt adductæ, verificatæ, et justificatæ non fuerint de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, seu intentionis Nostræ, aut quocumque alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac specialem, et individuam mentionem, et expositionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in præmissis, eorumque aliquo solemnitates, et quævis alia servanda, et adimplenda servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure, vel facto, seu statuto vel consuetudine aliqua resultante; seu etiam enormis, enormissimæ, totalisque læsionis, aut quocumque alio colore, prætextu, aliaque ratione, vel causa etiam quantumvis justa, rationabili, juridica, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiæ, vel justitiæ remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso, et impetrato, vel emanato quempiam uti seu se juvare in judicio, vel extra illud posse, neque easdem præsentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariæ apostolicæ regulas, quandocumque etiam in crastinum assumptionis Nostræ, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus etiam consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis etiamsi in eis de eisdem præsentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, editas, et in posterum edendas comprehendi; sed semper, et omnino ab illis excipi, et quoties illæ emanabunt toties in pri-

stinum, et validissimum statum restitutas, repositas, ac pleoarie reintegratas fore, et esse.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 14. Sicque, et noo alias per quoscumque judices ordinarios, vel delegatos etiam causarum palatii apostolici aoditores, ac ejusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, prærogativa, ac privilegio fungantes, ac teoore, et præeminentia fulgentes sublate, eis, et eorum cuilibet quavis alitar judicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et defioiri debere, irritum quoque, et ioane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Postremo autem desiderantes, ut præmissa omnia sic per Nos, ut præfertur, disposita ad suum feliciter perducantur effectum, et ea quæ non unquam in similibus suscitari solent obstacola dirimaotur. Hinc venerabilem fratrem Nostrum moderoum archiepiscopum Tolosanum in exaquutorem pro axaquutione tantum eerumdem præseotium apostolica auctoritate prædicta constituimus, at deputamus, eidemque moderno archiepiscopo Tholosaoo facultatem, ut ipse quascumque personas in dignitata ecclesiastica, ac etiam episcopali coostitutas pro hujusmodi exequtioois effectu subdelagare libere, et licite valeat dicta apostolica auctoritate ipsarum tenora præsentium concedimus, et impartimor, eidem moderno archiepiscopo Tolosano sive ejus subdelagando, motu, ac potestatis plenitudina pari mandaotes, qoatenus eorum alter eos limites, et confines prædictæ novæ diœcesi ejusdem episcopalis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, erectæ præfinire, et fixare, ac respective eidem foturo episcopo, et primati Nanceyansi eas portiooes, seo quantitates, et qualitates parochiarum ecclesiarum assignare, qui et quæ io dictis literis prædicti Ludovici regis Nobis, ut præfertur, exhibitis, et in ipso concordato, ut præfertur, ioito, ac per Nos etiam, ut præfertur, approbato, et confirmato, contenti, et expressi, ac coatantæ, et expressæ reperiuntur auctoritate Nostra curet, et satagat, nec ooo easdem præsentes, et in eis cootenta quæcumque ubi, et quando opus fuerit, solemniter publicans, ac omnibus, et singulis persoois, quarum favorem eadem præmissa quomodolibet concernuot effi cacis defensionis præsidio assistens faciat eadem auctoritate Nostra easdem præsentes, et in eis, ut præfertur cootenta quæcumque, a quibuscumque ad quos nunc spactat, et pro tempore spectabit inviolabiliter observari, ac eosdem futurum episcopum, et primatem, ac modernos, et pro tempore existentes capitulum, et caooiicos dictæ cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis, ut præfertur, erectæ, aliosque præfatos illis pacifice frui, et gaudare, ooo permittaos ipsos, vel aorum qoempiam per quoscomque quavis auctoritate fungentes quomodolibet iodebite molestari, ac perturbari; et oihilominus supar quacumque oppositione adversus aadem præmissa qnomodolibet oritura, quacumque appellatiooe ramota etiam definitive pronuociet, contradictores quoslibet, et rebelles per sententias, censuras, et pœnas ecclesiasticas aliaque opportuna juris, et facti remedia compescendo, ac legitimis super his habendis servatis processibus sententias, censuras, at pœnas ipsas etiam interatis vicibus aggravendo, imploreto etiam ad hoc qnatenus opus fuerit brachij sæculeris auxilio.

§. 15. Non obstantibus felicis recordationis Booifacii pp. VIII prædecessoris Nostri; qua cavetur oe quis ultra suam civitatem, at diœcesim oisi in certis ioibi expressis, et exceptis casibus, et in illis ooo ultra onam dietam a fine suæ diœcesis ad judieium evocetur, seu ne judices a Sede apostolica prædicta deputati extra civitatam, vel diœcesim, io quibus deputati foerint contra quoscumque procedera, aut alii, vel aliis vices suas committere audaant, seu præsumant. Noo obstaotibus relatis io concilio gaueruli de duabus dietis, ac quibusvis aliis etiam in synodalibus, proviocialibusque, generalibus, universalibusque conciliis æditis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordioationibus apostolicis, nec noo Nostris, et caocallariæ præfatæ regulis de jure quæsito non tollendo, ao de uniooibus ad partes committendis; et de exprimendo in eis vero aonuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec ooo Lateraoensis coocilii oovissime celebrati uniones, et applicatiooes perpetuas, nisi in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis etiam constitutione, dictique mooasterii a quo præfatus prioratus sancti Dagoberti, ut præfertur, dependet, dictique ordinis sancti

Derogatio contrariorum.

Benedicti etiam juramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus,et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis,ac irritantibus, et aliis decretis in genere, vel in specie etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis: quibus omnibus, et singulis etiam si pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas genarales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio habenda, seu quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata, et inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris latissime, et plenissime ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, cæteri sque contrariis quibuscumque.

Præceptum de inscribendis fructibus in libris cameræ apostolicæ.

§. 16. Volumus antea quod fructus ejusdem cathedralis, et primatialis ecclesiæ Nanceyensis per Nos, ut præfertur, eractæ juxta redditus illius prædictæ episcopali mensæ, ut præfertur, assignatos de more taxati ad quadraginta unum florenos auri pares cum uno tertio alterius floreni similis comprehensi tamen in illis dictis triginta tribus florenis hujusmodi, ad quos eadem primatia per Nos, ut præfertur, suppressa, et extincta ante hac, ut præfertur, taxata reperiebatur, et hujusmodi taxa in dictis libris cameræ apostolicæ præfatæ describi respective debeant.

Fides habenda transumptis

§. 17. Volumus etiam quod earumdem præsentium transumptis, et exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici, seu unius ex nogociorum committentibus expeditionariis Romanæ curiæ nuncupatis Parisiis commorantibus subscriptis, et sigillo personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ eisdem literis originalibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio pœnalis.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, substitutionis, subrogationis, declarationis, admissionis aliarum erectionis, institutionis, adjunctionis, incorporationis, statuti ac aliarum itidem suppressionis, et extinctionis, et extinctionis, unionis, annexionis, concessionis assignationis, dismembrationis, divisionis, separationis, sejunctionis, exemptionis, suppositionis, subjectionis reservationis, aliorum statuti,et declarationis,injunctionis approbationis,confirm ationis, roboris adjectionis,defectuum supplationis, et sanationis, decreti, constitutionis, deputationis, facultatis, concessionis, et impartitionis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo die decima tertia decembris pontificatus Nostri anno tertio.



Dat. die 14 decembris 1777 Anno III.

CLXVII.

Erectio terræ de Linares in Indiis occidentalibus, sic nuncupatæ in novo Legionensi regno existentis in civitatem episcopalem, et in ea sitæ parochialis ecclesiæ in cathedralem ecclesiam de Linares nuncupandam sub invocatione Conceptionis B.M. V. Immaculatæ, et archiepiscopo Mexicano suffraganeam exstituram cum reservatione illius juris patronatus favore regis catholici.

Pius episcopus

servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Proœmium.

§. 1. Relata semper ab Ecclesia militanti in verbo illius, qui firmam supra petram ædificavit eam, contra principem tenebrarum victoria, quemadmodum per inducta quandoque inter populos in mortis umbra sedentes crucis vexilla, quandoque vero per novos etiam in sinu credentium episcopatus in medio alia veluti nova fidei tentoria ac propugnacula erectos ad resistendum validius humani generis inimico, ac custodiendam, et defendendam civitatem sanctam, ac vineam Domini electam fuit omni tempore non sine prædecessorum Nostrorum gaudio, ac spirituali Christifidelium profectu, ac solamine recognita. Nos ita quos licet immerentes regimini ejusdem Ecclesiæ constituit Dominus, illam trophæis in dies illustrioribus quantum in Nobis est, ac cum ipso Domino, possumus ditare cupientes, dum animo revolvimus, et deprehensum habemus, quam facile sit ex nonnullarum diœcesum amplitudine, ut oriantur abusus, quamque difficile eos inde sic ortos eliminare et evellere; ex debito idcirco pastoralis officii, ne in medium prodeant apostolicæ potestatis gladio præeuntes, aliorumque incommodo per novarum cathedralium erectiones comitante principum catholicorum pietate viam præcludere satagimus, ut tandem benedicente Domino qui exiguis incrementum dat labores Nostros omnes populi tenebris licet ignorantiæ obvoluti, quod paravit Dominus ante faciem eorum, lumen proprius videntes majores et condignos in ecclesiis hujusmodi bonorum operum fructus, ac virtutum flores Altissimo cum gratiarum actione uberius valeant exhibere.

Expositio ratio num suadentium novam erectionem

§. 2. Cum itaque sicut nuper ex insinuatione charissimi in Christo filii Nostri Caroli Hispaniarum regis catholici per dilectum filium Josephum Nicolaum de Azara ejus negotiis apud Nos, et Sedem apostolicam præpositum Nobis facta accepimus ad dicti Caroli regis audientiam, et repræsentationem a regali consilio in consultatione diei trigesimæ mensis octobris anni Domini MDCCLXXV sibi facta pervenerit quod alias diversis, et successivis temporibus videlicet sub annis ejusdem Domini MDCCXXXVI MDCCXXXVII MDCCXXXVIII Prædecessori suo gloriosæ memoriæ Philippo eo nomine V dominatori Hispaniarum itidem regi catholico ex nonnullorum fide dignorum parte, relatisque ab Indiis ethnicis in litorali sinus Mexicani regione morantibus assiduo patrabant invasionibus, latrociniis, et sævitiis, quodque intus hujusmodi regionis districtum uberta pabula, terræ fertiles, locupletesque auri, et argenti fodinæ absque cultu, et respective usu existebant, ac de cetero quam facili dispendio infideles ipsi ad catholicæ religionis amplexum, et evangelicæ veritatis sequelam reduci, simulque suo, et successorum suorum earumdem Hispaniarum regum dominio, ac nationis urbanitatis, et civilium artium legibus subdi potuissent. Secus autem quam gravia ex tunc novo Legionensi regno damna, et pericula ex eorum parte imminebant nisi expedite curata foret regionis hujusmodi habitatorum conciliatio, eorumque spiritualis æque, ac temporalis acquisitio idem Philippus rex de præmissis instructus tam per hujusmodi, quam per aliam sibi jam præventive ab eodem consilio de ipsius Philippi regis ordine in alia simili consultatione, prævio maturo examine respective factas expositiones pro ipsius catholicæ religionis augmento zelo promotus suo tunc temporis pro novo Hispaniæ regno constituto, proregi toto commisso negocio, districtius ei dederat in mandatis, ut ea super re de qua scripserat discutienda calatis comitiis eam deputaret vigilem, expertamque personam, quæ manum operi tanto valideque admoveret. Ac reipsa licet per aliquod temporis executio præmissorum suspensa remanserat de anno præterito ipsius Domini MDCCXLVI pro hujusmodi mandatorum adimplemento, selecto ab eodem prorege præclaro viro Josepho de Escandon militum tribuno ad infrascripta peragenda constituto ei desuper opportuno præsidio idem Josephus super hujusmodi regio-

nis facie collatis, et illius explorato circuitu tunc primum retulit, qui colonias tum numerus pro Indorum hujusmodi acquisitionis securitate foret instruendus situs, insuper in quo earum unaquæque pro tuta vicissim recipienda defensione ædificari debuisset, quot denique populo, territorio, et subsidiis indigeret. Deinde vero omnimode sibi ab eodem prorage in vim decreti ab eo in generalibus comitiis in civitate Mexicana de anno præterito Domini MDCCXLVIII. habitis, editi, auctoritate tributa operam ita navare cœpit, ut benedicente Domino octodecim in circuitu ipso colonias instruxerit, et quindecim prope illas ex gente jam tunc conciliata, missiones instituerit, ceteris omnibus qui suæ renuere voluntati territorium illud linquere penitus, et omnino coactis. Verum in sua de gestis hujusmodi ad auditorem belli sub anno dicti Domini MDCCLI transmissa, et per auditorem ipsum antedictum proregi insinuata informatione, cum inter cætera, quæ singillatim adhibenda proposuit media de quinis maxime episcopatus erectionis in eo circuitu facienda necessitate suaderet, ac sequentur sæpefatus prorex (statutis interim quæ sine mora pro coloniarum earumdem populi subsistentia provisione indigebant) super hujusmodi erectionis suscepturo negocio tam prælaudatum Philippum regem per unam, quam per regium ipsum consilium per alteram epistolas diei sextæ mensis decembris ejusdem anni MDCCLI. reddiderit certiores factus est inde, ut proposito hoc ipso, matureque discussa erectionis hujusmodi necessitate in alia simili sub die xxvii. mensis decembris anni MDCCLII desuper habita consultatione supradicto proregi iterum mandatum extitit, ut in re tanti momenti prius an vera mittendi novum eo illum episcopum necessitas urgeret, illaque vero probata qui foret uniscujusque coloniarum hujusmodi respective habitatorum numerus, at in illis utrumque aliqua existeret, in qua novus episcopus tuto morari voluisset, et decimæ in ipso circuitu annuatim percipi solitæ, ac pro honesta ipsius episcopi, ac novæ insuper erigendæ cathedralis ecclesiæ, illiusque capituli substentatione sufficere possent accuratius faceret inquiri, et respective referret, ac alias prout in ejusdem Philippi regis diplomate sub die xxix mensis januarii anni præteriti Domini MDCCLIII. desuper et perpetuo plenius continebatur.

Causæ quæ erectionem retardarent.

§. 3. Cum autem sicut etiam accepimus ex eo tempore quatuordecim jam fere annorum spatium effluxerit, absque eo quod tam serio demandata inquisitio, tum stante gemina proregum variatione, tum etiam obitu ipsius Philippi regis interea superadvento perficeretur, de anno denique ipsius Domini MDCCLXVII. tum existens in eo proregis munere successor mandata hujusmodi nondum adimpleta perspiciens ea nimirum occasione, quo dilectum quoque filium Josephum Osoriæ de Lamas virum jurisconsultum ad eamdem sinus Mexicani regionem expediit, ei simul injunxit integram præmissorum indaginam, ut suum desuper sensum, votumque aperiret. Eo itaque prudenter functo munere dictus Josephus sub die videlicet xxviii. mensis februarii anni ejusdem Domini MDCCLXIX. adamussim retulit se prius facta longitudinis æque, ac latitudinis mensione supradictæ regionis in ea vigintitres jam vere instructas invenisse colonias, quarum cujusvis animarum numerum, simul redactum ad centum quinquaginta mille ac quatuorcentum et sexaginta unam ascendere, nonnullas vero ex iisdem colonis sub una scilicet Mexicanam, et ei propinquiorem centum et viginti nonnullas alias, sub alia de Mechoacan eique pariter propinquiorem centum et quinquaginta, reliquas autem sub reliqua diœcesibus de Guadalaxara respective comprehensas biscentum respective leucis ab archiepiscopali Mexicana et episcopalibus de Mechoacan, et de Guadalaxara hujusmodi respective sedibus distare, ac novi regni Legionensis prædicti, provinciis Coaquilæ, et Tesas, terramque de Saltillo ab ipsa de Guadalaxara, et loca insuper de Taumabe, et de Palmillas, ac Real de los Infantes, et Tula respectiva nuncupata ab eadem de Mechoacan respective civitatibus, a quibus respective dependent, eo etiam remotiores extare, et unamquamque ex dictis sedibus inter, et respective colonias ac provincias, et loca hujusmodi, tam aspera itinera, pravosque transitus intercedere, ut fieri non possit, ut archiepiscopus Mexicanus, et de Machoacan, ac de Guadalaxara respective episcopi pro tempore existentes sine eorum valetudinis evidente discrimine ad illuc causa explendæ pastoralis visitationis accedant, seu si accedere sit datum, raro tamen ob id visitatio hujusmodi fiat, adeoque ipsorum coloniarum incolis spiritualia auxilia plerumque deficiant,

et prava germine, quæ non raro in agro Domini succrescunt, non valeant inde tempestive succidi; addito quoque et numerato pecude, et annuali ex circuitu ipso decimarum proventu, ac respective explorato congruentiori loco pro tuta unius episcopi residentia, locum ipsum videlicet in infrascripta terra de Linares aptissimum, et ab omni barbarorum incursu ut pote in novo supradicto Legionensi regno existentem prorsus exemptum, redditus vero presontanoi (futuro tamen non comprehenso notabili eorum eugumento) ex ipsa episcopatus erectione in eo Americæ dominio facienda obventuros satis superque pro novi episcopi, illiusque capituli decenti manutentione sufficere respective repererit; propterea que sic stantibus præmissis in Domino putaret, ut si dicta terra de Linares, quæ de cetero temperati, optimique climatis existit civitatis episcopalis titulo decoraretur, et in ea unus episcopatus de Lineres nuncupandus in infrascripta parochiali ecclesia, ut infra supprimenda erigeret, illoque sic erecto eædem Coaquilæ, et Tesas respective provinciæ, seu guberaia, et territorium prædictæ terræ de Saltillo, ab una scilicet de Guadalaxera, prædicta autem de Taumabe et de Palmillas, ac Real de los Infantes, et de Tula ut prefertur respective nuncupata loca, eorumque et respective territoria ab alia de Mechoacan, ac omnes ex supradictis coloniis eb infrascripta Mexicana diœcesi dependentes ab ipsa et reliqua Mexicana respective diœcesibus perpetuo, et respective dismembrarentur, et novo huic episcopatui sic erigendo pro illius territorio etiam diœcesi adjicerent, et aggregerentur; omnesque, et singulæ decimæ ex eisdem provinciis, locis, et coloniis, sic, ut præfertur, obvenientes, et ad ipsum Carolum regem spectantes, nec non infrascriptæ ipsius parochialis ecclesiæ fructus, redditus, proventus, et emolumenta quæcumque novæ mensæ episcopali pro illius ex dicti episcopi de Lineres, illiusque capituli, ut infre pariter instituendi respective dotatione, prout in aliis episcopatuum in eisdem Indiis erectionibus consuetudo fuit applicarentur, et alia etiam infra exprimenda fierent. Ex hoc profecto nedum archiepiscopi, et respective episcoporum prædictorum commodo, quieti, et tranquillitati, simulque spirituali populorum pabulo peropportune provideretur, sed etiam ipsi infideles in eo circuitu ut supra degentes facilius, Deo propitio, reducerentur, et ab eis quacumque superstitione, et idolorum cultu deleto christiane religio, ers agrarie, commercium, ratio, urbanitas, et industria inibi respective inducerentur; ec deniquo reformatis in clero tam seculari, quam regulari quæ censura digna noseuntur ed populorum edificationem ecclesiastice, et religiosa munia exactius adimplerentur, et sæcularium officiorum administratio majori fieret rectitudine, nec non remoto quovis invasionum metu, ejusdem regni consuleret securitati ac redditus ærrarij regij per amplius in dies augerentur, prout in ipsa prædicta Josephi desuper facta relatione plenius et uberius continetur.

§. 4. Proindeque idem Carolus rex supradictis necessitate ec utilitate nec non mediis et provisione inspectis, ac, ut præfertur probatis ejusdem erectionis opus tam felicibus inceptum auspiciis, et quo nil carius atque jucundius ad regis æterni gloriam, fideique catholicæ propagationem generaliter in corde per Nos perfici vehementer desiderans per eumdem Josephum Nicolaum ejus nomine Nobis humiliter supplicari fecerit quatenus erectionem ipsam, aliaque infrascripta concedere dignaremur. Rex Hispaniarum erectionem exoptavit, et petiit.

§. 5. Nos igitur qui omnibus et singulis circumstantiis superius expressis mature consideratione pensatis congruam esse censemus novæ sedis episcopalis in supradicta terre institutionem, oamque, ec omnia alia per Nos ut infra disponenda catholicæ religionis augmento, christifidelium ædificationi, et spirituali consolationi, divinique cultus incremento valde profutura confidimus eximium ejusdem Caroli regis zelum, et religiosa desideria plurimum in Domino laudentes, eaque apostolicæ Nostræ benignitatis ministerio prosequi volentes, motu proprio et ex certe scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine parochialem ecclesiam in dicta terra de Linares sitam, illiusque titulum collativum, nomen, denominationem, naturam et essentiam ita quod illa ex nunc deincops perpetuis futuris temporibus collativa esse desinat, ac de cetero uti talis in titulum collativum quavis auctoritate conferri, vel impetrari, seu de illa quovis modo disponi amplius nequeat, et si illam deinceps ullo unquam tempore conferri seu impetrari vel alias de illa disponi contigerit, collationes, impetrationes, aliæque dispositiones de illa pro tempore quomodolibet factæ nullæ, et invalidæ, nulliusque roboris, vel momenti existant, neminique suffragentur, nec cuiquam jus vel coloretum ti- Concessio

tulum possidendi tribuant apostolica auctoritate perpetuo supprimimus, et extinguimus.

Terra de Linares in civitatem erigitur, cum suis privilegiis.

§. 6. Illisque sic suppressis et extinctis eamdem terram de Lineres in novo regno Legionensi hujusmodi quod nova Hispania, novique Santanderis in Indiis occidentalibus colonia vocatur, ut præfertur, existentem in civitatem episcopalem de Linares etiam nuncupandam cum omnibus juribus, honoribus, et prærogativis, quibus aliæ civitates pontificali sede insignitæ in eisdem Indiis occidentalibus, earumque cives utuntur, fruuntur, potiuntur, et gaudent, atque uti, frui, potiri, et gaudere possunt, et poterunt quomodolibet in futurum.

Ecclesia parochialis in cathedralem convertitur.

§. 7. Dictam vero parochialem ecclesiam per Nos, ut præfertur, suppressam, at extinctam de potestatis plenitudine pari in cathedralem ecclesiam de Linares etiam nuncupandam sub invocatione Conceptionis B. M. V. Immaculatæ Hispaniarum patronæ extituram, pro uno deinceps episcopo de Linares similiter nuncupando, qui eidem cathedrali ecclesiæ, illiusque civitati per Nos ut infra erigendis, nec non diœcesi etiam de Linares per Nos etiam ut infra assignandæ præsit, dictamque parochialem ecclesiam sic, ut prefertur, suppressam, et extinctam, et in ecclesiam cathedralem etiam, ut præfertur, erectam, ad tramites præscripti per leges regni hujusmodi, et constitutionum regiarum in earumdem legum margioe insertarum in forma ecclesiæ cathedralis construi et redigi faciat, et in ea tot dignitates, ac canonicatus, et præbendæ existant cum opportuno, et competenti cappellanorum per quorum alterum cura animarum pro tempore existentium parochialem dictæ parochialis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, et in ecclesiam cathedralem etiam, ut præfertur, erectæ, et institutæ debeat exerceri, et aliorum officialium et ministrorum numero, quæ et qui pro divini cultus, et ecclesiastici cleri decore sibi videbuntur convenire, ac alias juxta numerum canonicorum, aliorumque ministrorum aliorum capitulorum ecclesiarum cathedralium eidem archiepiscopo Mexicano metropolitico jure subjectarum, prævia tamen earum, et eorum congrua, et quæ pro illos, et illas pro tempore respective obtinentium substentatione sufficiat, et illarum partium decori respondeat respectiva dotatione, ex infrascriptis decimis, et redditibus novæ mensæ episcopali infrascriptæ, ac ipsi futuro episcopo de Linares constituenda, et assignanda quamprimum fieri poterit, ac deinceps eos omnes alios canonicatus, easque omnes respective præbendas, quos et quas idem Carolus rex in ipsa cathedrali ecclesia de Linares per Nos, ut præfertur, erecta, et instituta pro sua in Deum pietate fundare arbitrabitur respective erigat, et instituat. Nec non episcopalem jurisdictionem, auctoritatem, et potestatem exercere, omniaque, et singula, quæ ordinis, quæque jurisdictionis, et cujusvis alterius muneris episcopalis sunt, et quæ aliis tem in eisdem Indiis etiam prædicti archiepiscopi, etiam Mexicani suffraganei existentes, quam alibi ubicumque constituti episcopi in suis respective ecclesiis, civitatibus, et diœcesibus de jure, vel consuetudine, ac alias quomodolibet, etiam privilegiis, gratiis, et indultis, ac dispensationibus apostolicis desuper quæcumque fuerint, et per literas apostolicas desuper nominatim, et in specie concessas auctoritate, et facultate suffulti facere, et quibus uti solent, et possunt pariformiter æque principaliter, et absque ulla differentia, perinde ac si sibi quoque nominatim, et in specie concessa, et expressa fuissent in sua diœcesi de Linares ut infra assignanda facere, gerere, et exercere libere, et licite possit, et debeat, ac eidem pro tempore existenti archiepiscopo Mexicano suffraganeus, eique metropolitico jure prædicto subjectus existat, cum sede, mensa, aliisque insignibus episcopalibus, nec non præeminentiis, honoribus, privilegiis, immunitatibus et gratiis spiritualibus, et temporalibus, personalibus, realibus, et mixtis, quibus cæteræ cathedrales ecclesiæ Indiarum hujusmodi similiter de jure vel consuetudine, aut speciali privilegio, seu indulto, auctoritate apostolica, vel alias quomodolibet utuntur, potiuntur, fruuntur, et gaudent, at uti, potiri, frui, et gaudere poterunt, apostolica auctoritate prædicta, ad Dei omnipotentis laudem, et gloriam, Deiparæque virginis immaculatæ honorem, fideique catholicæ exaltationem etiam perpetuo erigimus, et instituimus.

Dismembrationes factæ a cæteris diœcesibus pro constituendo territorio novi episcopatus.

§. 8. Et insuper a diœcesi scilicet de Guadalaxara supra dictas Coaquile, et Texas respective provincias, seu gubernia hujusmodi, nec non idem territorium prædictæ terræ de Saltillo, ut præfertur, nuncupatæ, e diœcesi autem de Mechoacan prædicta de Tonmabe, et de Palmillas, ac Real de los Infantes, et de Tula, ut præfertur, respective nuncupata loca, illorumque respective ter-

ritoria, ac denique a Mexicana archidiœcesi eas omnes ex prædictis coloniis in eo circuitu existentes, et ab ipsa archidiœcesi Mexicana dependentes apostolica auctoritate prædicta itidem perpetuo dismembramus, dividimus, et separamus, ac easdem provincias, territoria, loca, et colonias hujusmodi sic, ut prefertur, dismembratas, divisas, et separatas, ac dismembrata, divisa, et separata, nec non omnes, et singulas utriusque sexus in eis degentes personas et incolas tam laicos, quam clericos presbyteros, beneficiatos, et religiosos cujuscumque status, gradus, ordinis, et conditionis existant ab ordinaria (non tamen respectu archiepiscopi Mexicani metropolitica) jurisdictione, potestate, et superioritate, venerabilium etiam fratrum Nostrorum modernorum (quorum ad id expressus respective accedat assensus) et pro tempore existentium archiepiscopi Mexicani prædicti, ac de Guadalaxara, et de Mechoacan respective episcoporum, dicta apostolica auctoritate similiter perpetuo disiungimus, et eximimus, ac respective prædictam terram de Linares perNos in civitatem episcopalem, ut præfertur, erectam; Nec non provincias, seu guberaia, ac territoria, ac loca, nec non colonias hujusmodi ut præfertur dismembratas, divisas, et separatas, ac dismembrata, divisa, et separata, et in eis nunc, et pro tempore respective, ut prefertur, degentes personas superius expressas novæ ecclesiæ de Linares, illiusque futuro præsuli pro suis civitate, territorio, diœcesi, clero, et populo; ita quod liceat personæ eidem ecclesiæ de Linares tam nunc a primæva illius erectione, et institutione hujusmodi, quam deinceps pro tempore quomolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendæ per se, vel alium, seu alios ejus nomine veram, realem, actualem, et corporalem possessionem, seu quasi possessionem administrationis spiritualis, et omnimodi juris diœcesani in dicta terra de Linares in civitatem episcopalem per Nos, ut præfertur, erecta, et in eisdem provinciis, seu guberniis, ac territoriis, et coloniis, ac locis, ut præfertur, dismembratis, divisis, et separatis, propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam perpetuo retinere ejusdem moderni, et pro tempore existentis archiepiscopi Mexicani, vel cujusvis alterius licentia desuper minime requisita, apostolica auctoritate prædicta etiam perpetuo concedimus, et assignamus, ac non supponimus, atque subjicimus.

§. 9. Mensæ autem episcopali de Linares etiam per Nos, ut præfertur, erectæ pro illius dote, ac congrua, et sufficienti tum dicti futuri episcopi de Linares, tum pariter futurorum capituli, et canonicorum, aliorumque cappellanorum, officialium, et ministrorum hujusmodi pro tempore existentium dictæ cathedralis ecclesiæ, ut præfertur, erectæ, et institutæ substentatione, ac stipendiorum, aliorumque onerum prædicto episcopo de Linares pro tempore existenti incumbentium supportatione providere volentes omnes, et singulas decimas ex eisdem provinciis, territoriis, locis, et coloniis, ut præfertur, dismembratis, divisis, et separatis, ac pro territorio, et diœcesi ejusdem ecclesiæ episcopalis de Linares, ut præfertur, erectæ, et institutæ etiam, ut præfertur, concessis, ac assignatis, et suppositis, ac subjectis annuatim obvenire, et respective percipi solitas, ac eidem Carolo regi, ut præfertur, spectantes (deductis tamen prius ex eisdem decimis duabus nonis dicto Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus annuatim debitis). Ac omnes, et singulos fructus, redditus, et proventus ipsius parochialis ecclesiæ per Nos, ut præfertur, suppressæ, et extinctæ, et in ecclesiam cathedralem hujusmodi etiam per Nos, ut præfertur, erectæ, et institutæ (dempta tamen etiam annuatim ex illis congrua, ac sufficienti portione favore unius ex cappellanis, ut præfertur, instituendis hujusmodi, seu cujusvis alterius ecclesiæ, idoneæque personæ pro animarum parochianorum hujusmodi curæ exercitio ab ipso futuro episcopo de Linares in dicta cathedrali ecclesia, ut præfertur, erecta, et instituta pro tempore deputandi, seu deputandæ) eidem mensæ episcopali de Linares, ita quod liceat eidem personæ dictæ cathedrali ecclesiæ de Linares tam nunc a primæva illius erectione hujusmodi quam deinceps pro tempore quomodolibet pastoris solatio destitutæ in episcopum præficiendæ ejus, ac dictæ mensæ episcopalis nomine supradictarum decimarum, ac fructuum, redditų̄um, et proventuum prædictorum veram, realem, actualem, et corporalem possessionem per se, vel alium, seu alios propria auctoritate libere apprehendere, et apprehensam hujusmodi perpetuo retinere, illasque et illos respective locare, dislocare, errendare, percipere, exigere, recuperare, ac in suos, et dictæ mensæ episcopalis, ut præfertur, erectæ usus, et utilitatem, nec non futu- Assignatio dotis mensæ episcopalis.

rorum capituli, et canonicorum, aliorumque cappellanorum officialium, et ministrorum prædictorum dictæ cathedralis ecclesiæ per Nos, ut præfertur erectæ, et institutæ, ac stipendiorum, aliorumque onerum supradictorum supportationum convertere, cujusque licentia desuper minime requisita, apostolica auctoritate similiter perpetuo sicuti in aliis episcopatuum hujusmodi in eisdem Indiis erectionibus aliis pro tempore factis, et ut consuetudo extitit unimus, applicamus, et appropriamus.

Privilegia canonicis concessa.

§. 10. Ac præterea eisdem futuris et pro tempore existentibus capitulo et canonicis ipsius cathedralis ecclesiæ de Linares erectæ, et institutæ, ut ipsi eadem prorsus indumenta choralia, ac signa, et insignia quæcumque tam in dicta cathedrali ecclesia de Linares, ut præfertur erecta, et institute, quam extra eam, et tam in processionibus quam aliis actibus, et functionibus quibuscumque publicis, et privatis etiam extra dictam civitatem de Linares per Nos, ut præfertur, eractam, ac ubique locorum etiam in synodalibus, provincialibus, et universalibus conciliis, ac etiam in præsentia S. R. E. cardinalium, et de latere legatorum, vice legatorum, archiepiscoporum, episcoporum, ac aliorum quorumcumque, ac etiam in ipsius cathedralis ecclesiæ de Linares, ut præfertur, erectæ et institutæ, choro, et capitulo quibusvis anni temporibus, et diebus deferre, et gestare; ac quibusvis aliis indultis, privilegiis, exemptionibus, et gratiis, quæ ceteris aliis capitulis, et canonicis aliarum cathedralium ecclesiarum dicto archiepiscopo Mexicano metropolitico jure prædicto, ut præfertur subjectarum tam in limitum earum respective arectionum, quam subinde, et per literas apostolicas nominatim, et in specie reperiuntur concessa, etiamsi talia sint, quæ specialem notam, et mentionem requirant, pariformiter, uti, et gaudere libere et licite possint apostolica auctoritate prædicta pariter perpetuo concedimus, et indulgemus.

Concessio juris patronatus, et juris nominandi favore regis Hispaniarum et successorum ejus.

§. 11. Ac ulterius prædicto Carolo regi, ejusque successcribus Hispaniarum regibus prædictis juspatronatus, et jus præsentandi ad ecclesiam de Linares hujusmodi tam hac prima vice a primæva illius erectione, et institutione a Nobis, ut præfertur, factis hujusmodi pastoris solatio destitutam, quam deinceps quoties eam apud Sedem apostolicam pro tempore quomodolibet etiam pastoris solatio destitui contigerit, personam idoneam per Nos, et Romanum pontificem pro tempore existentem ad præsentationem hujusmodi eidem ecclesiæ de Linares, ut præfertur, erectæ, et institutæ in episcopum præficiendam, ac aliud juspatronatus, et præsentandi coram ordinario loci personas itidem idoneas ad quæcumque tam dignitates etiam majorem post pontificalem, quam canonicatus, et præbendas, et alia beneficia, et officia ecclesiastica quovis nomine nuncupanda in ipsa cathedrali ecclesia de Linares pro tempore ab ipso futuro episcopo de Linares, ut præfertur, erigenda, et instituenda hujusmodi quandocumque, et quotiescumqua illas, et illos, nec non illa de cætero quibusvis modis, et ex quorumcumque personis etiam Nostris, et Romani pontificis pro tempore existentis, seu quorumvis prædictæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium etiam tunc viventium familiaribus, et continuis comensalibus, seu Romanæ curiæ officialibus, aut alias qualitates, reservationem, et affectionem inducentes habentibus, seu per liberas etiam ex causa permutationis respective resignationes da illis in dicta curia, vel extra eam etiam notario publico, et tastibus sponte respective factas, aut assecutionem aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quavis auctoritate collatorum, vel quamvis aliam dimissionem, amissionem, privationes, religionis ingressum, et professionis in ea emissiooem, matrimonii contractum, aut alias quomodocumque et qualitercumque etiam apud Sedem apostolicam præfatam vacare contigerit in eisdem dignitatibus, ac canonicatibus, et præbendis, aliisque beneficiis, et officiis, ut præfertur, erigendis hujusmodi ad præsentationem eamdem per ipsum loci ordinarium respective instituendas prædicto Carolo regi, ejusque successoribus regibus prædictis sibi apostolica auctoritate itidem perpetuo respective reservamus, concedimus, et assignamus. Decernentes juspatronatus, et præsentandi hujusmodi tam ad dictam ecclesiam de Linares a Nobis, ut præfertur, erectam, et institutam, quam ad easdem dignitates, ac canonicatus, et præbendas prædictas, et alia beneficia, et officia quæcumque a dicto futuro episcopo de Linares ut præfertur erigendas, et instituendas, ac erigendos et instituendos, nec non erigenda, et instituenda hujusmodi regium existere, illudque eidem Carolo regi, ejusque successoribus Hispaniarum regibus prædictis competere, ac vim, effectum, na-

turam, substantiam, essentiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem jurispatronatus regis hujusmodi obtinere, ac uti tale sub quacumque derogatione etiam cum quibusvis praegnantissimis, et efficacissimis clausulis, et decretis in quacumque dispositione, et per viam legis, constitutionis, regulae cancellariae apostolicae, aut alias quomodocumque facta nullatenus comprehendi, neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa, seu quacumque ratione, et per Sedem apostolicam praedictam, et consistorialiter derogari posse, nec derogatum esse censeri, nisi ipsius Caroli regis, ejusque successorum regum praedictorum ad id expressus accedat assensus, et si aliter quovismodo derogetur, derogationes ipsae cum inde sequutis nullius roboris vel momenti fore, ac de caetero quascumque collationes, et provisiones de eisdem dignitatibus, ac canonicatibus, et praebendis aliisque beneficiis, et officiis in dicta cathedrali ecclesia de Linares, ut praefertur, erigendis, et instituendis hujusmodi, absque praevia ipsius Caroli regis et ejus successorum regum praedictorum praesentatione, aut consensu quomodolibet pro tempore factas nullas, irritas, et inanes esse, nullique suffragari debere, nec per eas cuiquam jus acquiri, vel coloratum titulum possidendi tribui posse.

Clausulae salutares.

§. 12. Ac praesentes semper et perpetuo validas, et efficaces esse, et fore, suosque integros, et plenarios effectus sortiri et obtinere, ac ab omnibus et singulis ad quos nunc spectat, et pro tempore spectabit quomodolibet in futurum firmiter, et inviolabiliter observari debere, ac nullo unquam tempore ex quocumque capite, vel quolibet causa quantumvis juridica, et legitima, etiam ex eo quod causae propter quas eaedem praesentes emanarunt adductae, verificatae, et justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, vel invaliditatis vitio, aut intentionis Nostrae, vel quopiam alio quantumvis magno, substantiali, inexcogitato, et inexcogitabili, ac speciale, et individuam mentionem, et expressionem requirente defectu, seu etiam ex eo quod in praemissis, eorumque aliquo solemnitates, et quaevis alia servanda, et adimplenda, servata, et adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite de jure vel facto, seu statuto vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam enormis, enormissimae, totalisque laesionis, aut quocumque alio praetextu, colore, aliaque ratione, vel causa, etiam quantumvis justa, rationabili, legitima, juridica, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimenda foret, aut quod de voluntate Nostra, et aliis superius expressis nullibi appareret, seu alias probari posset, notari, impugnari, invalidari, retractari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad viam, et terminos juris reduci, vel adversus illas restitutionis in integrum, aperitionis oris, reductionis ad viam, et terminos juris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet etiam motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus concesso et impetrato, vel emanato quempiam uti, seu se juvare in judicio, vel extra illud; neque easdem praesentes sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aliisque contrariis dispositionibus per quascumque literas, et constitutiones apostolicas, aut cancellariae apostolicae regulas, quomodocumque etiam in crastinum assumptionis Nostrae, et successorum Nostrorum Romanorum pontificum ad summi apostolatus apicem, etiam motu, scientia et potestatis plenitudine similibus et consistorialiter ex quibuslibet causis, et sub quibuscumque verborum expressionibus, tenoribus, et formis, ac cum quibusvis clausulis, et decretis, etiamsi in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat edita, et in posterum edendas comprehendi; sed semper et omnino ab illis excipi, et quoties illae emanabunt toties in pristinum, et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas esse et fore.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 13. Sicque et non alias per quoscumque judices ordinarios vel delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam causarum palatii apostolici auditores, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae cardinales etiam de latere legatos, vice legatos, dictaeque Sedis nuncios, aliosve quoscumque quavis auctoritate, potestate, facultate, praerogativa, ac privilegio fungentes, ac honore, et praeeminentia fulgentes sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi et interpretandi facultate, et auctoritate in quocumque judicio, et in quacumque instantia judicari, et definiri debere, irritum quoque et inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Nominatio primi episcopi a rege praesentati.

§. 14. Ac demum ad hoc ut præmissa omnia sic per Nos, ut præfertur, disposita juxta piissima ejusdem Caroli regis vota suos valeant sortiri effectus prospero, feliciquesuccessu, motu, scientia, et potestatis plenitudine paribus dilectis quoque filiis Antonio a Jesu presbytero, ac fratri ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia nuncupato in collegio oppidi, seu loci de Pachuca in nova Hispania hujusmodi existente expresse professo, et ab eodem Carolo rege sub spe prædicti jurispatronatus reservationem ei, ut præfertur, concessam obtinendi ad eamdem ecclesiam de Linares per Nos, ut præfertur, erectam Nobis præsentato, et respective electo episcopo de Linares; nec non ad infrascriptum tamen officium Vincentio Gonzalez de Santianea laico illarum partium, ac tenenti militum tribuno, alias, ut etiam accepimus, novi Santandorij hujusmodi gubernatori; et in defectum eorum, seu alterutrius alteris personis ecclesiasticæ scilicet, ac pariter ad eumdem infrascriptum effectum etiam seculari eidem Carolo regi gratis, et acceptis, et ab ipso Carolo rege designandis per easdem præsentes committimus, et eadem apostolica auctoritate mandamus, ut ipsi Antonius, videlicet electus, vel alia persona ecclesiastica et sufficienda easdem præsentes debitæ exequutioni demandet, easque ob omnibus, et singulis ad quos spectat, et pertinet observari faciat. Ac pro ejusdem cathedralis ecclesiæ de Linares, ut præfertur erectæ, et institutæ, illiusque redditnum prædictorum, ac sacristiæ, et fabricæ, earumque rerum, et bonorum præsentium, et futurorum tam spiritualium quam temporalium regimine, gubernio, et directione, ac dignitates erigendas hujusmodi futurorum obtinentium canonicorum, aliorumque cappellanorum, officialium, et ministrorum prædictorum numeri statuitione, ac onerum eis pro tempore respective incumbentium supportatione, missarum, horarum canonicarum diurnarum, et nocturnarum, aliorumque divinorum officiorum, funeralium, et anniversariorum celebratione, ac de dignitatibus, canonicatibus, et præbendis, aliisque beneficiis, et officiis, ut præfertur, erigendis, et instituendis hujusmodi pro tempore providendorum receptione, et admissione personali, distributionum etiam quotidianarum, siquæ fuerint, in posterum repartitione, et administratione, personarum per absentes, ac divinis officiis, et functionibus suis loco, et tempore non interessentes, seu onera, et ministeria eis respective incumbentia subire negligentes incurrendarum impositione singulorum præsentiis, et obsentiis potandis cæremoniis, et functionibus in dicta cathedrali ecclesia sic, ut præfertur, erecta, et instituta, illiusque choro, capitulo, processionibus, et aliis actibus servandis, nec non ministris ejusdem sic erectæ cathedralis ecclesiæ deputandis, et amovendis salariis, et stipendiis eorum cuilibet assignandis, et quibusvis aliis rebus in præmissis, et circa ea quomodolibet opportunis quæcumque statuta, capitula, ordinationes, et decreta, licita tamen et honesta, ac sac. canonibus, nec non decretis, et constitutionibus apostolicis non contraria, ac alias ad tramites statutorum dictæ metropolitanæ ecclesiæ Mexicanæ cavet, edere et concedere; dictus vero Vincentius, seu quævis alia secularis, et idonea persona, et, ut præfertur, sufficienda limites, et confinia novæ diœcesis de Linares juxta præmissa præfiniat, determinet, et assignet. Ac tam ipse Vincentius quam dictus Antonius electus seu respective utraque, ut præfertur, sufficienda persona, quæcumque obstacula et impedimenta ex parte cujuscumque personæ super præmissis quomodolibet oritura, authoritate eis a Nobis per easdem præsentes attributa, prorsus dirimere, et removere satagant, et super illis eorum quisque in demandato sibi munere servatis servandis etiam definitive, et appellatione remota pronunciet; ita tamen ut alter alteri non dissentiat, sed eorum vel dictarum personarum uterque juxta injunctum eis respective officium in supradictis omnibus agere et procedere debeat.

Derogatio contrariorum.

§. 15. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ prædictæ regulis de jure quæsito non tollendo, ac de unionibus, et applicationibus ad partes committendis, et de exprimendo in eis vero annuo beneficiorum ecclesiasticorum valore, nec non Lateranensis concilij novissime celebrati uniones perpetuas in casibus a jure permissis fieri, et ab ecclesiis membra distingui, ac dividi prohibentis, aliisque etiam in synodalibus, provincialibus, generalibus, ac universalibus conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis; privilegiis quoque, indultis, et literis apostolicis quibusvis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus efficacissimis, et insolitis clausulis, ac irritantibus, et aliis decretis in genere vel in specie, etiam motu, scientia, et po-

testatis plenitudine paribus pro tempore concessis, et concedendis; quibus omnibus et singulis, etiamsi pro illorum sufficienti derogatione alias de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes mentio, aut quævis alia expressio, eut quælibet alia etiam exquisita forma ad hoc servanda foret tenores hujusmodi, ac si de verbo ed verbum nihil penitus omisso, et forma in illis tradita observata etiam inserti forent, eisdem præsentibus pro plene et sufficienter expressis, et insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, latissime, et plenissme ad præmissorum validissimum effectum specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat motu, scientia, at potestatis plenitudine paribus harum serie derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

Preceptum de in scribendis fructibus ecclesiæ episcopalis in libris cameræ apostolicæ.

§. 16. Volumus autem quod fructus ejusdem episcopalis ecclesiæ de Linares, ut præfertur, erectæ, et institutæ ad triginta tres florenos auri cum uno tertio alterius floreni similis de more taxari, et hujusmodi taxa in libris cameræ apostolicæ describi debeat.

Fides habenda transumptis.

§. 17. Volumus etiam quod earumdem præsentium transumptis et exemplis etiam impressis, ac manu seu oharactare alicujus oatarii publici subscriptis, sigilloque personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ munitis, eadam prorsus fides in judicio, at axtra illud adhibeatur, quæ eisdem præsentibus originalibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 18. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam Nostræ suppressionis, extinctionis, erectionis, institutionis, dismembrationis, divisionis, separationis, disjunctionis, exemptionis, concessionis, assignationis, suppositionis, subjectionis, unionis, applicationis, appropriationis, indulti, reservationis, decreti, commissionis, mandati, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: siquis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Patri et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentasimo septuagesimo septimo decimo octavo kalendas januarij pontificatus Nostri anno tertio.

CLXVIII.

Dat. die 15 Decembris 1777. Anno III.

Conceditur, ut in civitate, et diœcesi Popayanensi fieri possit commemoratio s. Josephi.

Pius PP. VI.

Ad futuram rei memoriam.

Expositio precum.

§. 1. Emanavit nuper ad supplicationem dilectorum filiorum moderni decani nuncupati cathedralis ecclesiæ Popayanensis in Indiis, ac cleri ejusdam civitatis, et diœcesis a congregatione venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium sacris ritibus præpositorum decretum tenoris sequentis videlicet.

Tenor decreti editi a sacra congregatione Rituum.

Popayaneo in Indiis occidentalibus

§. 2. Supplicationibus ssmo Dño Nostro Pio pp. VI hodierno decano acclesiæ cathedralis Popayanensis in Indiis occidentelibus, et clero ejusdem civitatis, et diœcesis ob peculiarem devotionem, quam erga sanctum Josephum beatæ Mariæ virginis sponsum profitentur; pro facultate peragendi in præfata civitate, et diœcesi commemorationem prædicti sancti Josephi in officio, et missa desponsationis ejusdem beatæ Mariæ virginis; Sanctitas Sua ad mei infrascripti secretarii relationem, hujusmodi instantiis benigne annuendo, gratiam juxta petita oratoribus benigne concessit. Dia 15 novembria 1777.

M. card. Marefuscus præfectus

Loco ✠ signi

Confirmationis tenor.

§. 3. Cum autem sicut pro parte eorumdem decani, et cleri Nobis nuper expositum fuit, ipsi decretum hujusmodi, quo firmius subsistat, apostolicæ confirmationis Nostræ patrocinio communiri summopere desideraot. Nos specialem ipsis exponentibus gratiam facere volentes, et aorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis censuris, sententiis, et pœnis quovis modo, et quacumque de causa latis, si quas forte incurrerunt, hujus tantum rei gratia absolventes, et absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, decretum præinsertum auctoritate apostolica tenore præsentium confirmamus, et approbamus, illique inviolabilis apostolicæ fir-

mitatis robur adiicimus, salva tamen semper in præmissis auctoritate congregationis eorumdem cardinalium.

Clausulæ salutares, et irritantes.

§. 4. Decernentes easdem præsentes literas semper firmas, validas, et efficaces existere, ac fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, et per omnia plenissime suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque judices ordinarios, et delegatos etiam causarum palatii apostolici auditores judicari, et definiri debere, ac irritum, et inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Derogatio contrariorum.

§. 5. Non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non dictæ cathedralis ecclesiæ etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, ac insolitis clausulis, irritantibusque, et aliis decretis in genere, vel in specie, ac aliis in contrarium quomodolibet concessis, approbatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis illorum tenores præsentibus pro plene, et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum, hac vice dumtaxat, specialiter, et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque. Datum Romæ apud sanctum Petrum die decima quinta decembris millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXIX.

Dat. die 16 decembris 1777. Anno III.

Dispositio domus, seu præceptoriæ sancti Antonii de urbe.

Pius episcopus
Servus servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

Memoratur providentia capta favore ordinis in constitutione edita ad diem 18 octobris 1774.

§. 1. Posteaquam de personis, et bonis perantiqui regularis ordinis, cujus imminebat extinctio maturo exquisito consilio opportunas leges indiximus, ad ea modo, quæ in priori dispositione præservata sunt animum convertentes, muneris Nostri debitum arbitramur reliquum, qua par est sedulitate, et curæ certum in ordinem distribuere. Per alias quidem Nostras literas sub datum Romæ apud sanctum Petrum sextodecimo kalendas proxime præteriti mensis januarii pontificatus Nostri anno tertio, explorato voto congregationis nonnullorum venerabilium fratrum Nostrorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinalium a Nobis deputatæ, a qua serio integrum negotium perpensum fuit, aliquas conventiones septendecim articulis contentas, quibus antequam ad summi apostolatus apicem essemus assumpti sub dia nimirum vigesima quinta octobris millesimo septingentesimo septuagesimo quarto ii ordinis de sancto Antonio denominati professores, qui in comitiis Viennæ in Delphinatu erant coacti ordini militari, ac etiam hospitali sancti Joannis Hierosolymitani sb futuro apostolicæ Sedis beneplacito se se addici curarunt suprema auctoritate Nostra juxta illius congregationis sensum quoad monasteria in Galliarum regnis existentia providis elicitis ordinationibus obfirmare non dubitavimus. Idcirco viginti sex monasteria, domus, seu præceptorias ordinis sancti Antonii in totidem civitatibus, et locis eorumdem regnorum cum eorum bonis, et juribus, nec non ecclesiis, non tamen parochialibus, ordini sancti Joannis Hierosolymitani eadem auctoritate perpetuo univimus, et omnes ordinis sancti Antonii eatenus alumnos, qui in dictis regnis solemnem emiserent professionem ad Hierosolymitanum ordinem in gradu fratrum cappellanorum pariter transtulimus, itaut exinde pro tempore existens Hierosolymitani ordinis magnus magister viginti sex monasteriis, domibus, seu præceptoriis prædictis præsit, et ordinis san-

cti Antonii professores in eisdem regnis jurisdictioni, et gubernio ejusdem magni magistri subsint. Quo vero ad domum, seu præceptoriam sancti Antonii de urbe, quæ alias a felicis recordationis Paulo pp. III. prædecessore Nostro monasterio, et mensæ abbatiali sancti Antonii civitatis Viennensis in Delphinatu, prout acceperamus, fuerat unita, unione quacumque penitus, et omnino dissoluta, atque deleta, tam illius, quam aliorum Avenione, et loco de Valreas in Nostro Venaissino comitatu existentium præceptoriarum, vel commendarum, seu domorum, etiam cum omnibus earum bonis plenariam dispositionem, quæ magis congrua videretur Nobis specialiter, et expresse reservavimus. Interim illas, earumque regimen, et administrationem, bona omnia Sedis apostolicæ nomine pro Nobis regi, et gubernari curatori. Nos ipsi suscepimus prout in eisdem literis cumulate, et ebunde singula a Nobis demandata complexa sunt. Sed ut earum literarum effectum subsequutum intelligeremus, atque modo postremam hanc de tribus memoratis præceptoriis, vel commendis, aut domibus, earumque bonorum dispositionem Nostram consulto distulimus, atque interim animum ad ea serio scrutanda adjecimus, quæ pauperum ab igne sauciatorum promptæ, ac sedulæ curationi, divini cultus augumento magis accomodata, at proficua forent. Nuper vero utriusque ordinis in Galliarum regnis annexione secuta, sos ordinis sancti Antonii professores, qui in urbe degebant in Gallias reversos cunctis rebus eorum usui opportunis abunde instructos, nummis quoque ad iter peragendum satis superque suppeditatis dimisimus, propterea que tempus jam imminere arbitramur, quo reliqua Nobis reservata palam aperiremus. Cumque divino illo simus edocti eloquio = omne opus electum justificabitur, at qui illud operatur, honorabitur in illo = ideo nil habuimus antiquius, quam in tribuendis Ecclesiæ bonis, quod optimum agnovimus eligere, idque modo in Domino etiam servare operæ pretium esse ducimus.

Motus-proprius vi cujus bona, jura, et actiones ecclesiæ et præceptoriæ s. Antonii applicantur archiospitali ss. Salvatoris ad Sancta Sanctorum.

§. 2. Motu igitur proprio, et ex certa scientia, deque apostolicæ potestatis plenitudine, ac personas, quorum favorem præsentes Nostræ literæ concernunt a quibusvis excommunicationis, suspensionis, et interdicti, aliisque ecclesiasticis sententiis, censuris, et pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatæ existunt, ad effectum præsentium tantum consequendum harum serie absolventes, et absolutas fore censentes, omnia, et singula stabilia, bona, annosque redditus, canones, et loca montium, nec non jura, et actiones ad ecclesiam, domum, seu præceptoriam sancti Antonii de urbe spectantia, et ubicumque existentia ab ipsa ecclesia, et domo, seu præceptoria, nec non a nosocomio ipsarum tenore præsentium penitus, et omnino separamus, et sejungimus, pariterque dismembramus. Ad consulendum autem in primis pauperum indigentiis nosocomium ipsum sancti Antonii, ad quod ii, qui ab igne exulcerati sunt, admittebantur una cum lectis, linteis, utensilibus, instrumentis, nec non medicaminibus, et cum simulacro quoque sancti Antonii, quod inibi venerationi expositum est, ad archiospitale sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum nuncupati de urbe, ubi quamplures medicæ, et chirurgicæ artis professores non desunt, et interdiu, noctuque ad excipiendos ægrotos sunt parati, perpetuo transferimus, ita ut deinceps eidem noscomio prædictum archiospitale subrogatum sit, et in illud personæ, quæ ab igne læsæ fuerint ad medelam juxta artis præcepta recipiendam admitti, ac in eo ali debeant, et retinori usque ad expletam earum curationem. Iis vero, qui minus læsi in lecto detineri non indigebunt, prout hactenus servatum fuit, statis horis medicamina opportuna erunt applicanda. In votis enim summopere habemus, quod ex translatione hujusmodi majus pauperes experiantur charitatis beneficium.

Ecclesia, domus, viridarium, sacra supellex, argentea, vasa, et reliquiæ sanctorum monialibus ordinis Camaldulensis conceduntur, annua reservata pensione favore fratrum scholarum christianarum.

§. 3. Ecclesiam vero sancti Antonii, ejusque domum una cum atrio, ac viridario, seu horto, aliisque adnexis, ac etiam omnem sacram supellectilem, argentea vasa, ac sanctorum reliquias, aliasque res ad usum, et ornatum ecclesiæ addictas, et destinatas, præhabita descriptione, ut infra demandanda dilectis in Christo filiabus monialibus ordinis Camaldulensis nuncupatis, quæ sub arcta sancti Romualdi eorum patris regularis disciplinæ observantia divinis assidue incumbunt. Illas ab iis, quas modo incolunt ædibus transferentes etiam perpetuo concedimus, et assignamus, cum onere tamen quotannis summam octoginta scutorum monetæ Romanæ duabus æqualibus solutionibus a die earum ingressus in domum eamdem decurrere incipiendo persolvendi fratribus scholarum christianarum hic in urbe com-

morantium, quorum instituti anno millesimo sexcentesimo octogesimo auctor fuit pius Dei famulus Joannes Baptista de la Salle canonicus metropolitanæ ecclesiæ Remensis, et subinde approbavit, et confirmavit felicis recordationis Benedictus XIII. prædecessor Noster per suas literas apostolicas septimo kalendas februarii anno millesimo septingentesimo vicesimo quarto, ut iidem fratres commodius provisi alacriores fiant in instruendis magno, quo experitur profectu pauperibus adolescentibus in elementis christianæ religionis, in legendi, ac scribendi modo, et in præceptis arithmeticæ. Si vero ipsi ab urbe discederent, vel quavis ex causa enunciatum institutum desererent tunc eadem summe scutorum octoginta, ut præfertur, persolvenda non ideo extinguetur, sed modo, et forma præmissis in conservatorii puellarum sanctæ Euphemiæ de eadem urbe commodum cedant.

Divino cultui, et Christifidelium devotioni erga s. Antonium consulitur.

§. 4. Ut autem divinus in eadem ecclesia cultus, et erga sanctum Antonium Christifidelium devotio nedum servetur, sed etiam augeatur, præcipimus, et mandamus, ut fidelibus pateat ecclesia, et in ea sanctissimum Eucharistiæ sacramentum quadraginta horarum spatio publicæ venerationi juxta turnum assignari solitum decenter exponatur; sancti Antonii festum solemni pompa celebretur, et onera omnia etiam missarum adimpleri debeant. Quovero ad benedictiones, quas ordinis sancti Antonii professores super animalia quæque, et signanter equos impendebant, cum specialis Christifidelium fiducia jugiter fuerit ab omnipotenti Domino, qui aperiens manus suas implet omne animal benedictione illius sancti ope, eo intercessione incolumitatem animalium tueri, ne populi devotio minuatur præcipimus, ut die festo sancti Antonii ante fores ejus ecclesiæ, ut moris fuit, et quoties id requiretur, ac etiam in loco, ubi animalia degunt, consueto sacro ritu benedictiones super animalia impendentur. Ad munus autem benedicendi, recurrente nimirum celebritate sancti Antonii, aliqui ex monachis ordinis Camaldulensium in monasterio sancti Gregorii ad clivum Scauri commorantium de superiorum suorum licentia evocandi erunt; aliis vero anni temporibus, vel monialium ordinarius confessarius, aut presbyter sæcularis quisque illius ecclesiæ servitio addictus benedictiones hujusmodi impertiri poterit. Hoc tamen jus benedicendi animalia, quod ab auditorio causarum palatii apostolici Nostri ecclesiæ antedictæ privative quoad alias urbis ecclesias integrum pluries servatum fuit, etiam deinceps auctoritate Nostra illæsum servatum iri volumus, et mandamus, nec in quavis ecclesia etiam exempta patronali, aut regulari liceat benedictiones hujusmodi sive publice, sive privatim tribuere. Oblationum autem, et eleemosynarum a fidelibus pro gratiarum actionibus libenti, meritoque animo tribuendarum juxta rerum oblatarum, sive species pro sacrosanctis sacrificiis celebrandis, vel in cultum sacelli sancti Antonii, aut in substentationem personarum ecclesiæ addictarum fuerint ordinatæ plenariam, seu fidelem dispositionem, et administrationem dilectæ in Christo filiæ modernæ, ac pro tempore existenti abbatissæ de consilio earum monialium, quæ in similibus vocem, et votum habent, tribuimus, et impertimur. In Domino tamen moniales ipsas hortamur, ut omnipotenti Deo piarum personarum vota commendent, et ob divi Antonii merita exquisitas gratias pro iis effuso animo postulare non desinant.

Distributio, et partitio bonorum, et proventuum ab ecclesia, nosocomio, et præceptoria s. Antonii sejunctorum.

§. 5. Jam vero ad partienda bona, proventusque, quæ Nos ab ecclesia, nosocomio, et domo, seu præceptoria sancti Antonii separavimus, et sejunximus progredientes, ut archiospitalis sanctissimi Salvatoris ad Sancta Sanctorum indemnitati in primis consulamus, eidem hospitali quoddam latifundium in vocabulo = Aguzzano = extra portam sancti Laurentii, quod alia ejusdem archiospitalis bona intersecat, illiusque annuos redditus applicamus, et appropriamus. Præterea ea bona, annuosque proventus, et canones in territoriis civitatum Prænestinæ, Alatrinæ, et Ferentini, ac oppidorum, et locorum Frosinonis, Palliani, Serronis, Bauci, et Ciprani existentia piæ congregationi mulierum sub titulo charitatis nuncupatæ = delle buone consorelle = paucis ab hinc annis institutæ in terra Sublaci Nullius diœcesis sub protectione sanctissimi Salvatoris, quarum cura est stipem colligere pro pauperibus infirmis, iisque inservire. Item alia bona una cum creditis inexactis in territorio oppidi Coræ Veliternensis diœcesis sita monasterio monialium beatæ Mariæ virginis de Bono Consilio nuncupatæ, et sancti Josephi tertii ordinis sancti Francisci in eodem oppido. Pariter nedum ecclesiam sancti Antonii Viterbii infra parochiales limites ecclesiæ cathedralis existentem, et a domo, seu præceptoria de urbe dependentem, cui presbyter ad nutum

amovibilis deservit, et privative quoad alios animalia benedicere solet, sed etiam illius bona, jura, et actiones, firmo etiam remanentè, ut prius, jure benedictiones hujusmodi impertiendi, et oblationes recipiendi cum onere temen in illa ecclesia divinum cultum procurandi, et præstationem viginti quinque scutorum monetæ Romanæ infrascriptæ eccademiæ annuatim persolvendi modernis, et pro tempore existentibus capitulo, et canonicis ejusdem Viterbiensis ecclesiæ dilectis respective filiis, adimpletis tamen omnibus, et singulis oneribus, si quæ respective incumbant, eisdemque bonis sint infixa, respective quoque unimus, annectimus, et incorporamus. Hisce peractis ab asse separationibus bonorum, eorumque applicationibus, quæ pauperum levamen, et sacrarum virginum, ministrorumque Ecclesiæ Dei utilitatem præseferunt majorem, quæ superest bonorum copiam in christianæ reipublicæ bonum convertere deliberavimus.

Consulitur locremento accademiæ nobilium ecclesiasticorum

§. 6. Et inter cætera cum perpenderimus, accademiam nobilium ecclesiasticorum dudum a felicis recordationis Josepho Renato cardinale Imperiali patrocinante, opemque ferente rec. mem. Clemente XI. prædecessore Nostro in urbe institutam, quam ob regiminis incuriam, et redditaum defectum postremis hisce temporibus penitus collapsam, et destitutam maxima Nostra sollicitudine nobilibus adolescentibus ad urbem accedentibus iterum patere voluimus, neo ingentibus pepercimus sumptibus, ut majori, quam antea fuerat nitori, et cultui restitueretur, nisi uberiori proventuum accessione doteiur, novo forsitan fore obnoxium discrimini, opus sane eximium esse ducimus eadem superextantia bona providis elicitis ordinationibus ipsi accademiæ attribuere. Etenim iis juvenibus nobili e genere ortum ducentibus, quibus in eamdem accademiam recipi datum est, cunctis inibi religionis actibus operam præstare solent, atque ed divinas, humanasque scientias, et ecclesiasticam disciplinam acquirendas excitantur, ut deinde vel in Sanctæ Romanæ Ecclesiæ servitio adsciscì queant, et ad amplissima evocentur munera, ent ed patriam revertentes alios cives, et indigenas instruant, ac per semitas rectas dirigant. Motu igitur, scientia, et potestatis plenitudine paribus omnia, et singula superextantia bona, prædia, vineas, domus, loca montium, canones, census annuos quascumque præstationes, credita, actiones, jura etiam succedendi, substitutiones quoque, et alia quæcumque tam in urbe, quum in agro Romano, ejusque districtu, et ubique locorum existentia alias ad ecclesiam, nosocomium, et domum, seu præceptoriam sancti Antonii hactenus quoquo modo pertinentia, et ab ipsis prætensa, cum infrascriptis tamen a Nobis præscribendis oneribus, et obligationibus eidem accademiæ in illius dotis augmentum præsentium Nostrarum literarum vi perpetuo unimus, annectimus, et incorporamus. Onera autem necessario subeunda ea erunt, ut præcipue celebrationes missarum, quæ a testatoribus, piisque personis bonis ipsis fuerunt infixa fideliter adimpleantur, ad quorum effectum præfici, ac determinari debeat, quæ annua summa sacristiæ ecclesiæ sancti Antonii sit persolvenda pro celebrationis missarum adimplemento. Insuper ex omnium, et singulorum eorumdem bonorum, et signenter prædii vulgo denominati = La Saccoccia = extra portam Piam urbis siti fructibus, redditibus, et proventibus dilecto pariter filio Claudio de Veyret presbytero Gratianopolitano alias ordinis sancti Antonii professori ob labores, occupationesque nutu Nostro diligenter, at integre impensas, annuam præstationem prorsus liberam, immunem, et a quacumque imminutione exemptam tercentorum scutorum monetæ Romanæ de iuliis decem pro quolibet scuto hujusmodi sibi quoad naturaliter vixerit, vel procuratori suo legitimo in duobus terminis æqualibus, vel mensibus singulis, prout ipsi Claudio libuerit, ab eadem accademia, illiusque moderatoribus absque exceptione aliqua persolvendam, et a die ab infrascripto executore præscribenda incipientem constituimus, et assignamus. Postquam autem eumdem Claudium e vivis decedere contigerit, et hæc annua præstatio cessaverit, cum eamdem accademiam tot affecerimus beneficiis, non abs re arbitramur, quin imo opportunitatem arripimus, ut utendo verbis felicis recordationis Pii pp. II. prædecessoris Nostri commendatione quadam naturæ erga patriam Nostram invitati signum aliquod pietatis Nostræ illi ostendamus.

Duo cives Cæsenatenses in eadem accademia certis sub legibus recipiendos esse præcipitur.

§. 7. Decernimus propterea, volumus, et statuimus, ut tunc, et perpetuis futuris temporibus duo nobiles patritii civitatis Cæsenæ, diversæ tamen familiæ, et agnationis, infrascriptis qualitatibus præditi absque solu-

tione menstrualis præstationis, a qua illos, et eorum singulos ex nunc prout ex tunc perpetuis etiam futuris temporibus plenarie absolvimus, et liberamus, sed expensis ejusdem accademiæ quoad victum, et tectum in illam admitti, et sicut cæteri accademici absque ulla prorsus differentia ali, haberi, et reputari debeant. In ea autem per decennium permanere poterunt, expleto vero decennio, vel minori elapso tempore ob voluntarium unius, vel alterius egressum, seu promeritam arbitrio cardinalis protectoris expulsionem signanter ob ingenii segnitiem proclivitatem ad otium, ad licentiam, ad dissidia aditus fiat successoribus, ita quod jugiter, et perpetuo duo nobiles Cæsenatenses accademici cum præmissa familiarum, et agnationum diversitate in hac accademia sint permansuri absque alimentorum, et habitationis solutione. Jus porro ex cœtu nobilium patritiorum Cæsenæ futuros accademicos eligendi, et nominandi toties quoties casus vacationis advenerit, nusquam vero præventive, nec per expectativam dilectis filiis dignitatibus, et canonicis cathedralis ecclesiæ Cæsenatensis pro tempore existentibus perpetuo pariter tribuimus, et impertimur; sed ipsi dum locus fuerit nominationi peragendæ capitulariter congregati absque interventu episcopi, et vicarii generalis, nisi fuerit et iste canonicus, nec non cum esclusione canonicorum conjunctorum usque ad tertium consanguinitatis, vel affinitatis gradum inclusive cum aliquo ex juvenibus concurrentibus eligent solummodo descendentes ex abavo paterno, vel saltem ex avo similiter paterno, qui inter nobiles consiliarios Cæsenatenses adlectus fuerit, et fixum cum tota familia domicilium Cæsenæ habuerit, in eadem civitate orti, et educati sint, nec alterius urbis civilitate potiantur, cursum institutionum juris canonici, at civilis in patria expleverint, ac praxi forensi penes aliquem jurisperitum inibi operam dederint. Præterea eligendi nec minores viginti annorum, nec majores viginti quinque esse poterunt, speciali semper habita ratione eorum, qui majoris expectationis indicia non obscura denotaverint, quorum præcipuum erit, si in publica bibliotheca, quam, Deo dante, erigere in patria Nostra declaravimus, aliis frequentiores se ostenderint, et serius in ea studiis incumbuerint. In electione perficienda secreto suffragia præstabuntur, et qui majorem partem obtinuerint erunt inter concurrentes præelecti, dummodo suffragia favorabilia semper excedant medietatem eorum, qui electioni interfuerunt, alias nemo habebitur electus. Quod si juvenes cum præmissis qualitatibus in tempore vacationis unius, vel amborum locorum non extiterint, electio in aliud tempus differetur, et interim onus alimentorum cedet in utilitatem accademiæ.

§. 8. Et quoniam contigere poterit, quod ante primam, vel successorias electiones alter, vel plures nobiles Cæsenatenses in accademia propriis sumptibus commorentur, si quotquot fuerint, exclusos perpetuo volumus a concursu pro admissione ad loca a Nobis instituta, quæ semper reservata volumus favore illorum, qui ante tempus electionis inter accademicos adsciti non fuerint. Præcipimus propterea, et mandamus dilecto quoque filio Nostro moderno, et pro tempore existenti ejusdem accademiæ cardinali protectori, ut ipse, ejusque successores quoties nominationes hujusmodi eis fuerint exhibitæ, illas absque hæsitatione aliqua illico recipi mandet juvenes nominatos, et in accademicos admitti, eosque omnibus prærogativis, quibus alii accademici potiuntur, et gaudent, sine aliquo discrimine, aut differentia potiri, et gaudere faciat.

Excluduntur a concursu juvenes, qui tempore electionis peragendæ jam in eadem accademia recepti fuerint.

§. 9. Præter autem memorata onera aliud præexistens minime censemus admittendum, solutionis nimirum quindenniorum, ad quam administratores, seu præceptores præceptoriæ, seu hospitalis sancti Antonii de urbe ratione unius præceptoriæ de monte Sancto Firmanæ diœcesis a felicis recordationis Urbano pp. VIII. etiam prædecessore Nostro per suas litaras sub datum anno incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo trigesimo primo, quarto idus martii favore hospitalis de urbe peracta tenebantur in summa ducatorum quinquaginta unius auri de camera cum tribus ex quatuor partibus alterius ducati similis, ad quorum solutionem ipsa accademia, quæ bonis præceptoriæ de monte Sancto gaudebit perpetuis futuris temporibus pariformiter tenebitur, et obligata erit.

Servatur onus solvendi quindennium ad tramites constitutionis Urbani VIII.

§. 10. Quoniam vero opportunum valde censemus, ut quis præsentium executioni præsit, et possessionem assignatorum bonorum cum oneribus præfigendis tradat, aliaque agat juxta instructionem, mentemque Nostram, ideo dilecto quoque filio magistro Josepho Gavotti A. C. locumtenenti committi-

Aperitio mentis pontificis ut recte peragatur literarum executio.

mus, et mandamus, ut ipse postquam præsentes ei fuerint exhibitæ descriptionem rerum mobilium nosocomii, ecclesiarum, et domorum in urbe, et ubique sitarum confici curet, nosocomium transferat, onera, solutiones, præstationesque præscribat per se; deinde vel alium, seu alios veras, reales, et actuales possessiones, iis quibus ecclesiæ, domus, bona, resque vigora præsantium fuerint applicata juxta mentem, et instructionem ei oretenus communicandam tradat. Quoties vero pro parte interesse hebentium fuerit requisitus, eis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistens faciat auctoritate Nostra easdem præsentes, et in eis contenta ab omnibus, ad quos spectat, et pro tempore spectabit, inviolabiliter abservari, omnesque, quos eædem præsentes quomodolibet concernunt, illis omnibus pacifice frui, et gaudere non permittans, quempiam ex ipsis per quoscumque quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet cujuscumque gradus fuerint per sententias, censuras, at pœnas ecclesiasticas, aliaque opportuna juris, et facti remedia, appellatione postposita compescendo. Cæterum quoad alias duas domus, seu præceptorias, unam videlicet in civitate Nostra Avenionensi, et alteram in loco de Valreas Vasionenis diœcesis in Nostro pariter comitatu Venayssino sitas, venerabilibus quoqua fratribus Nostris archiepiscopo Avenionensi, et Vasionensi episcopo per præsentes committimus, et mandamus, ut ipsi Nostro, ct apostolicæ Sedis nomine realem, at actualem possessionem utriusque ecclesiæ, ot domus respective capiant, ac statum illarum activum, et passivum, ut dicitur, cfficii mandent, quo inspecto, onera omnia adimpleri curent; ordinis vero santi Antonii professoribus, qui in ambabus domibus, seu præceptoriis mansionem habebant in tempore datæ præsentium eamdem annuam assignationem constituant, quæ in Galliarum regnis ejusdem ordinis alumnis fuit præfinita, quod si hujusmodi annuam summam, satisfactis oneribus cujusvis speciei non attigerint, onus erit religionis Hierosolymitanæ deficientem partem sopplere, si vero in aliquo supererint, vel assignationes cessabunt, tunc pia opera, quibus redditus hujusmodi devovendi essent, Nobis sigoificare curent. Etenim quanti eorum, qui in partem solicitudinis Nostræ vocati sunt, animi sensus faciamus statim ostendere non omittemus.

Omne juris remedium tollitur contra tenorem constitutionis.

§. 11. Præsentes demum literas, et in eis contenta quæcumque nullo umquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis Nostræ etiam ex eo, quod causæ propter quas præmissa emanaveriut sufficienter adductæ, et verificatæ, vel quicumque circa præmissa interesse habentes, seu habere prætendentes ad id vocati, citati, et auditi non fuerint, aut quocumque alio defectu etiam substantiali notari, impugnari, limitari, modificari, in jus vel controversiam vocari, ad viam, et terminos juris reduci, aut adversus illas quodcumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari nullatenus unquam posse, sed semper, at perpetuo firmas, validas, et efficaces esse, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri, et obtinere, et e converso ab illis, ad quos spectat, et spectabit quomodolibet in futurum etiam inviolabiliter observari debere, neque illas sub quibusvis similium, vel dissimilium gratiarum generalibus ravocationibus, limitationibus, suspensionibus, aliisque contrariis dispositionibus pro tempore factis, vel faciendis numquam comprehendi, sed semper ab illis excipi, suosque plenarios, at integros effectus sortiri, et obtinare.

Clausula sublata, et decretum irritans.

§. 12. Sicque, et non alias per quoscumque judices ordinarios, et delegatos quavis auctoritate fungantes etiam causarum palatii apostolici Nostri auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ cardinales etiam de latere legatos, vicelegatos, dictæqua Sedis nuntios, sublata eis quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate, judicari, et definire debere, at quidquid secus super his a quoquam quavis auctoritata scienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, et inane decernimus.

Derogatio contrariorum.

§. 13. Non obstantibus Nostris, et cancellariæ apostolicæ regulis de unionibus committendis ad partes, vocatis, quorum interest, et de exprimendo valore bonorum ecclasiasticorum tam uniendorum, quam illius, cui uniri petitur, et quatenus opus sit, de jure quæsito non tollendo, et Lateranensis concilii postremo celebrati uniones perpetuas nisi in casibus a jure permissis fieri prohibentis, aliisque etiam in universalibus conciliis editis specialibus, vel generalibus constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, nec non ordinis san-

cti Antonii etiam juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, et literis apostolicis eidem ordini sancti Antonii, ejusque superioribus, et personis sub quibuscumque tenoribus, et formis, ac cum quibusvis derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus clausulis, et irritantibus, ac aliis decretis in genere, vel in specie forsan in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis. Quibus omnibus, et singulis etiamsi pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, et individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut etiam aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, eorum tenores ac si de verbo ad verbum, et forma in illis tradita observata inserti forent, eisdem præsentibus pro insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris, ad præmissorum effectum tantum latissime, et plenissime, ac specialiter, et expresse, nec non opportune, et valide hac vice dumtaxat præsentium Nostrarum literarum seric derogamus, contrariis quibuscumque.

Fides habenda transumptis.

§. 14. Volumus autem, quod earumdem præsentium transumptis etiam impressis, charactere alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in judicio, et extra illud adhibeatur, quæ iisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Sanctio poenalis.

§. 15. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc Nostræ ab solutionis, separationis, sejunctionis, dismembrationis, translationis, concessionis, assignationis, præcepti, mandati, voluntatis, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, onerum injunctionis, constitutionis, assignationis, commissionis, mandati, decreti, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentari præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo septuagesimo septimo, sexto decimo kalendas januarii, pontificatus Nostri anno tertio.

CLXX.

Dat. die 10 januarii 1778. Anno III.

Concessio indulgentiarum assequendarum, ab iis qui die prima aprilis visitaverint ecclesias monialium ordinis sancti Dominici.

Pius PP. VI.

Ad perpetuam rei memoriam

Tenor concessionis.

§. 1. Ad augendam fidelium religionem et animarum salutem cœlestibus Ecclesiæ thesauris pia charitate intenti omnibus, et singulis utriusque sexus Christifidelibus vere pœnitentibus et confessis, ac sancta communione refectis, qui aliquam ex ecclesiis tam fratrum quam monialium ordinis sancti Dominici ubicumque existentibus in quinque feriis quartis continuis immediate antecedentibus diem primam mensis aprilis singulis annis devote visitaverint, et ibi pro christianorum principum concordia, hæresumque extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltationa pias ad Deum preces effuderint, plenariam in una tantum ex præfatis feriis quartis per unumquemque Christifidelem ad sui libitum eligenda lucrifaciendam omnium peccatorum suorum indulgentiam et remissionem misericorditer in Domino concedimus; in qualibet vero ex reliquis feriis quartis hujusmodi Christifidelibus prædictis præmissa peragentibus septem annos et totidem quadragenas de injunctis eis seu alias quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Ecclesiæ consueta relaxamus.

Derogatio contrariorum.

§. 2. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Præsentibus perpetuis futuris temporibus valituris. Volumus autem ut præsentium literarum transumptis seu exemplis etiam impressis manu alicujus notarii publici subscriptis, et sigillo personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ, vel procuratoris generalis dicti ordinis munitis eadem prorsus fides habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ vel ostensæ. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die x januarii MDCCLXXVIII. pontificatus Nostri anno tertio.

FINIS TOMI QUINTI

INDEX MATERIARUM

PRÆCIPUARUM

QUAE

IN HOC QUINTO VOLUMINE

CONTINENTUR



A

ABSOLUTIO

ABROGATIO

APOSTATÆ

ASYLUS

B

BEATIFICATIO

C

CAPPELLANI

CIVITAS

CONCLAVISTA

CONFRATERNITAS

CONGREGATIO

CONSTITUTIO

CONVENTIO

D

DAPIFERI

DISMEMBRATIO

E

EPISCOPUS

ERECTIO

F

FESTUM

H

HOSPITALE

I

INDULGENTIÆ

JUBILÆUM

JUDICIUM

JUS GAZAGA'

M

MISSA

O

OFFICIUM

OFFICIUM VACABILIUM

MONS PIETATIS

P

POENITENTIARIUS

PRIVILEGIUM

S

SANCTA SEDES

SUPPRESSIO

T

TAXA

U

UNIO

UNIVERSITAS STUDIORUM

INDEX TITULORUM

OMNIUM MATERIARUM

QUAE

IN GENERALI INDICE HUIUS VOLUMINIS

CONTINENTUR

A

B

C

D

E

F

H

I

M

O

P



IMPRIMATUR

Fr. Dominicus Buttaoni Ord. Præd. M. S. P. A.

IMPRIMATUR

Joseph Maria VespignaniA rchiep. Tyanen. Vicesgerens.

